**Moines.**

ChM001
**Adam Lupi.**
d - après † de son épouse Margarete.
f - 29 novembre ? (>1390).

---

P. Bastin, Gde Chartreuse, A-V 179d, *chartreuse de Paris* : 10 janvier, Adam Lupi, qui et uxor sua dederunt nobis unum feodum apud Tylliacum, valentem 100 solidos annui redditus. Sunt associati beneficiis nostris. Obiit 10 januarii. (s'agit-il de la même personne ?)
Lamalle, p. 19 : (Hic sequuntur nomina monachorum et conversum qui fuerunt hic defuncti ante annum Domini 1390 prout colligi potuerunt) : dominus Adam Lupi monachus huius domus.
Pede fol. 6 (& idem Lamalle, p. 19, note 2) : domnus Adam Lupus qui defuncta uxore et relictis in sæculo filiabus suis hic monachus professus est. Anniversarium earum habetur in antiquo calendario 28$^{a}$ 7$^{bris}$ obyt ille 29 novembris.
Arsenal : 29 novembris, domni Ade Lupi monachi hujus domus.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis* : 1 septembre, Adam Lupi, qui dedit domui Capellæ CLX mutones.
Arsenal : 1 septembre, parentum domni Ade Lupi monachi huius domus que Adam dedit domui C.LX mutones..
Arsenal : 28 septembre, Margarete quondam uxoris Ade Lupi monachi nostri et filiarum eius.

Schrije, 2:

NLM001

**Adrianus.**

d - Bois-le-Duc.

e - Ch hos 1502
Bois-le-Duc c.1503
en fuite c.1507
Valbonne hos c.1508
Bois-le-Duc c.1509.

---

Scholtens, Bossche Bijdragen 16 (1939) 75 : … Eligius doelt hier op moeilijkheden, die onder het prioraat van Van Loon hebben plaats gehad. Zij betroffen een tweetal monniken. te weten Adriaan (niet Adam), professus van S. Sophia, en Joost Sterc, monnik van Zeelhem, die in 1505 als *hospes* bij de Vughtsche kartuizers verbleef. Reeds in laatstgenoemd jaar moest het generaal kapittel tegen Sterck optreden. In 1506 werden zij als *fugitivi* beschouwd en deswege door de Grande Chartreuse uit hun provincie uitgesloten. D. **Adriaan** schijnt een onderdak te hebben gevonden in de chartreuse van Villeneuve. In 1509 gelastte het bestuur der orde dat beide monniken, benevens een derde, D. Livinus, die professus was van het klooster bij Edingen, terug zouden keeren naar hun conventen en daar vreedzaam moesten leven. Nadien wordt niets meer over het geval vernomen, zoodat kan worden aangenomen, dat het drietal zich verder rustig heeft gedragen.

Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 80a, *chartreuse d'Enghien* :
Lamalle, p. 127 : porro circiter anno 1503, cum suo more solito esset in capitulo generali et dominus Petrus Vassor, prior domus Vallis Regalis prope Gandavum principalis visitator huius provinciæ, esset etiam ibi et sermonem habuisset et congregatos ibi patres, Livinum et duos alios adhuc fratres curavit reduci ad domos professionum eorum. Quorum unus erat monachus domus Buscoducensis dominus Adrianus, et alter monachus domus Diesthensis dominus Judocus ; quos quidam vir sæcularis reduxit cui nomen erat Iudocus, qui fuit germanus frater domini Ioannis Binchois scribæ domus Cartusiæ Maioris…
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 248a,b, *chartreuse de Valbonne* : pas de mentions pour Adrianus.
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 32a, *chartreuse de Bois-le-Duc* : ch. 1507 : et domorum Judocum Sterck, professum domus Diestensis, et **Adrianum**, professum domus prope Buscunducis, fugitivos, in terrorem aliorum a provincia excludimus, ad ordinis voluntatem.
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 32a, *chartreuse de Bois-le-Duc* : ch. 1508, priori domus Sanctæ Sophiæ non fit misericordia ; et anno futuro mittas duo scuto priori domus Vallis Bonæ ad capitulum, pro medicis dicisus impens domno **Adriano** professo domus suæ (on voit que les deux compères étaient partis ensemble, dixit P. Bastin).
AC 100:27/2, p. 134, L27-31, c.1508 : (domus Vallis Bonæ) domnus Adrianus ibidem hospes vadat hospitatum ad domum Silvæ Benedictæ prout petit ; et prior dictæ domus Vallis Bonæ provideat eidem domno **Adriano** de famulo honesto, et de pecuniis pro via necessariis, quas refundet sibi anno futuro visitator provinciæ Theutoniæ.
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 32a, *chartreuse de Bois-le-Duc* : ch. 1509 : priori domus Sanctæ Sophiæ non fit misericordia. Ordinamus et volumus quod domnorum Livinus, Judocus et **Adrianus**, monachi dictæ provinciæ (Teuthoniæ) revertantur ad domos suarum professionum, monentes priores et conventuales dictarum domorum quatenus eos beningne eas recipiant : et ipsi ice versa relgiose et pacifice vivant ; alias visitatores, singulorum paci onsulentes, culpabiles puniant.

ChM002

**Adrianus Buyckx.**

b - Opvelp (Brabant) ou Velp (Brabant-Septentrional, Pays-Bas).
d - 1615.
e - proc ? -1624
Bois-le-Duc proc 1624-c.1627
Ch proc c.1627-c.1632
Di P 1632-c.1635
SM P 1 juin 1635-1 juin 1640
Ga P 1640-c.1642
Ch P c.1642- †.
f - 30 octobre 1654.

---

RAR, 12, 41 et 42:

de Wal, 7048, f° 80v:

Lamalle, p. 15 : (catalogus priorum) Anno 1642 iussus est dominus Laurentius Sherians per chartam capituli præesse domui Gandavensi, eique hic subrogatus fuit dominus Adrianus Buyckx, professus huius domus, tunc prior dictæ domus Gandavensis. Is pie sapienterque moderatus huic familiæ fuit usque dum anno 1654, 30° octobris, diem clausit supremum, *vir sanctæ vitæ et æterna dignus memoria*. Sub domino Adriano Buyckx facta fuit testudo utriusque chori monachorum et laicorum qualis modo est ; insuper summum altare de ligno marmorisato et partim deaurato. Testudo quoque *ecclesiæ* et minoris claustri, domus quam lactis vel *melkhuis* vocant ; nova stabula equorum, vaccarum porcorumque, *ac cellæ multæ uti cellæ litterarum C. D. E. G. I. K.*
Lamalle, p. 189 & Pede fol. 114-115 : domnus Adrianus Buycx, Welpius, professus Capellæ, suprascripto per eadem cartam successit. Vir insignis et cui variarum domorum regimen tute creditum fuit. Convisitator provinciæ hic moritur 30 octobris 1654. Hoc defuncto conventus elegit et eius suffragia merito assecutus est P. Antonius Van Pecque.
Scholtens, Bossche bijdragen, 16 (1939) 178 : Ingevolge instructie van het generaal kapittel van 1621 is D. Arnoldus Kegels, procurator der Bossche kartuizers, overgeplaatst naar het Brusselsche huis. (Kon. Bibl. Brussel, hs. 4061. f. 181 De naam Adrianus Buycs, professus van Edingen, is in het hs. doorgehaald en vervangen door dien van Kegels.)

RABg CE 738 :

AC 100/28, p. 54, c.1624 : domnus Adrianus Buicx ibidem procurator (Lyræ) vadat ad domum Sanctæ Sophiæ ibique exerceat idem officium procuratoris e prior provideat sibi de alio procuratore
AC 100/28, p. 83, c.1627 : domnus Adrianus ibidem procurator (Sanctæ Sophiæ) revertatur ad domum suæ professionis et ibi exerceat idem officium.
AC 100/28, p. 118, c.1632 : et præficimus in priorem dictæ domus domnus Adrianus professus et procurator domus Capellæ
AC 100/34, p. 28, c.1633 : priori domus Diestensis non fit misericordia.
AC 100/34, p. 37, c.1634 : priori domus Diestensis non fit misericordia
AC 100/34, p. 46, c.1635 : priori domus Diestensis alibi instituto fit misericordia.; p. 46: … et præficimus in priorem dictæ (Sylvæ Sancti Martini) domus Adrianum Buyckx professum domus Capellæ propterea a prioratu domus Diestensis absolutum.
AC 100/34, p. 56, c.1636 : priori domus Sylvæ Sancti Martini non fit misericordia.
AC 100/34, p. 67, c.1637 : priori domus Sylvæ Sancti Martini non fit misericordia.
AC 100/28, p. 127, c.1638 : priori Sijlvæ Sancti Martinin non fit misericordia.
AC 100/34, p. 77, c.1639 : priori domus Sylvæ Sancti Martini non fit misericordia.
AC 100/28, p. 137, c.1640 : priori Sijlvæ Sancti Martinin alibi instituo fit misericordia ; domui Gandavi priori orbatæ præficimus in priorem Adrianum Bucs propterea a prioratus ds Sylvæ S. Martini absolutum.
AC 100/34, p. 87, c.1641 : priori domis Gandavi non fit misericordia.
AC 100/28, p. 145, c.1642 : priori ds Gandavi, alibi instituto, fit misericordia. … et præficimus in priorem dictæ ds domnus Arnoldum Buyckx, propterea a prioratu ds Gandavensis absolutum.
AC 100/34, p. 95, c.1644 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/34, p. 103, c.1645 : priori domus Capellæ non fit misericordia
AC 100/28, p. 155, c.1651 : prior ds Capellæ non fit misericordia.

AC 100/34, p. 123, c.1652 : prior domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/34, p. 132, c.1653 : prior domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/34, p. 141, c.1654 : prior domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100:13, p. 11, c.1655 : domnus Adrianus Buyx, professus et prior domus Capellæ et alias domorum in Zeelhem, Silvæ Sancti Martini et Gandavi.
AC 100:27/5, p. 84, L30-32, c.1655 : domnus Adrianus Buya, professus et prior domus Capellæ, alias prior domorum in Zeelem, Sylvæ Sancti Martini, et Gandavj.

Pede fol. 114-115 : domnus **Adrianus Buycx**, Welpius, professus monachus hujus domus ad quam venit circa annum 1615. Initio anni 1621 absoluto domno Lambrechts hujus domo procuratore, factus est in hac domo procurator, sed post tres annos per cartam 1624 ex procuratura hac missus est ad domum Sanctæ Sophiæ procurator. domnus autem Schotte, prior hujus domus cum vidisset in carta : Et prior provideat sibi de alio procuratore, elegit sibi domnum Henricum Byl conprofessum suum domus Lovaniensis, qui tamen procuraturam non tenuit nisi ad annum ~~sequentem~~ 1627 cum vidit in carta, articulo domnus Sophiæ : Et domnus Adrianus Buycx ibidem procurator, revertatur ad domum Capellæ suæ professionis et ibi exerceat idem officium procuratoris. mansit autem hic procurator usque ad cartam capituli anni 1632 qua factus est prior domus Diestensis inde anno 1635 translatus per cartam ad prioratum domus Sylvæ Sancti Martini unde post quinque annos per cartam prior factus est domus Gandavi 1640, ultimo deinde loco, per cartam 1642 missus est prior ad hanc ejus professionis domum Capellæ. Hic anno sequenti a fundamentis ædificavit ædificium in area anteriori quam domum lactis appellamus ubi carnes a domesticis preparantur et manducantur et cum hoc eodem anno villa nostra de Cromrycke casu fortitito ad solum usque a voracibus flammis fuisset consumpta 13° augusti, materiam et hanc reædifandi habuit, cum solertissimo suo procuratore domno Baltasaro de Wolf cujus egregia ædificia infra suo loco videbimus. Anno 1650 sub illo chori nostri testudo facta est quod opus constitit absque virtualibus et pegmatibus 400 florenis semel anno 1653 facta est Antverpiæ tabula summi altaris in nostro choro a magistro Joanne van Houbraken pictore majus altare verosimiliter immediate antea constructum fuerat. Domum hanc plurimum auxit bonis imo optimis religiosis ~~inter quos egregius domnus Pecquius fuit quem et habetit successorem~~ obyt autem domnus Adrianus optime meritus in hac domo 30 octobris 1654, inveni alicubi quod fuerit provinciæ hujus aliquo tempore convisitator quod melius postea examinandum.
Pede fol. 115-116 : domnus Laurentius Serjants, monachus professus domus Lovanij ex prioratu quem exercebat in domo Diestensi, ad prioratum hujus domus Capellæ transfertur per cartam capituli nostri generalis anni 1629 quo anno familia nostra consistebat incluso priore in quatuordecim monachis inter quos duo hospites. Anno 1637 prior noster factus est convisitator provinciæ quod tamen non mansit nisi tribus annis hic est prior qui inter alios varios in hac domo recepit ad ordinem Antonium Pecquium filium defuncti cancellarij Brabantiæ qui professus est circa ultimam aprilis 1633, de quo plura inferius. per cartam capituli generalis anno 1642 a prioratu domus hujus domnus Laurentius ivit ad prioratum domus Gandavensis et domnus **Adrianus Buycx** professus noster qui Gandavi prior erat translatus est ad prioratum hujus domus suæ professionis. Prior hic absolutus domnus Laurentius 3a july antequam hinc discederet reddidit statum hujus domus, in quo videre est quantum bonus hic pater pro hac domo fecerit tempore sui prioratus. Ex illo statu in lingua nostra Flandrica scripto exscripsi quæ sequuntur. primo emit 20½ jornalia terræ et sylvæ pro quibus solvit 3476 florenos, deinde recepit pro ecclesia quæ sequuntur. Van de moeder van Heer Joseph Cappon 50 guldens, van Mr Van Helleweghen 30 guldens, van den aertsbischop van Mechelen voor eene venster in den clynen pandt 50 guldens, van jouffrouwe Isabelle Pecqius 50 guldens, van den baillu van Beveren Hendrick Cogen 25 guldens, van Hr Niclaes Francq proost van Vorst 25 guldens; van frere Michiel stervende my overgegeven 26 – 10, van frere Pier 91 gulens. Item van weghen frere Pier noch ontfanghen 900 guldens om daer voor te doen maken een autaer kleet en silvere candelaeren. Item is ons gelegateert by testamente van mevrauw Anne de Croij, hertoginne van Aerschot tot maecken van eenen gauden celck 1000 guldens ex ijs pecunijs fieri fecit et solvit :

voor een silveren becken met 2 silvere ampullen op de canten vergult ---- 120 = 0
voor eenen silveren vergulden kelck ---------------------------------------------- 145 = 0
voor eene silvere doose om de hostien in te leggen ---------------------------- 40 = 16
voor eene silvere vergulde remonstrantie --------------------------------------- 386 = 16
voor de custodie van de selve remonstrantie ---------------------------------- 11 = 6
voor een silvere reliquatre ---------------------------------------------------------- 10 = 0
aen Mr Joachim silversmit tot Brussel voor 6 silvere sandelaers ------------ 1230 = 0
aen den selven voor t' maecken van 2 silvere vergulde kelcken die
gemaeckt syn uyt het legaet van Anna de Croij van 1000 generalis ----------------- 358 = 0
Item voort maecken van den derden kelck waer van de cuype en patene gaut 650 = 0
Item soo heb ick noch doen maecken 4 silvere vergulde kelcken en een silvere

cruys om in de processie te dragen en op rekeninge gegeven --------------- 857 = 15
Item in volle betalinghe daervan ---------------------------------- ------------- 263 = 19 ½

voor 3 gelase vensters samen ---------------- f 4073 = 12 ½
in den clynen pandt f 108 = 0

Voor ornamenten.

Voor 14 ellen silvere laecken met gaude bloemen a 26 guld d'elle ----------- 364 = 0
14 ellen wit damast met gaude bloemen a 18 guld d'dlle ----------------------- 252 = 0
58 ellen groen armesyn a 3 = 10 d'elle ------------------------------------------ 203 = 0
80 ellen groen seyen damast a 3 = 15 ------------------------------------------ 300 = 0
30 ellen wit seyen damast a 3 = 0 ---------------------------------------------- 92 = 0
2 ellen wit seyen damast met gaude Bloemen a 11 gl d'elle -------------------- 22 =0
20 ellen silvere laecken voor O.L.Vrauwe Capelle ---------- ------------------- 280 = 0
f 1513 = 0

Obyt hic V. Pater de domo hac tam egregia meritis 1 aprilis anno 1655, habuitque in carta capituli generalis anni sequentis plenum cum psalterijs monachatum et missam de Beata Maria per tot ordinem.

Pede fol. 117-118 : domnus Balthasar de Wolf dictus Lupus, Teneramundanus, monachus hujus domus professus anno 1620. Primitias suas celebravit in augusto 1624 et sequenti anno factus est sacrista cum per cartam capituli anno 1632 domnus **Adrianus Buycx** hujus domus procurator factus esset prior in domo Diestensi, domnus Balthasar ex sacrista factus est procurator in quo laborioso officio, summo domus hujus bono perseveravit ad annum usque 1658 per viginti scilicet ~~annos~~ quinque annos : nam mense martij 1658 misso domno Petro Antonio Pecquio hujus domus priore ad prioratum domus Valencenarum, domnus Balthasar conventualium electione constitutus est hic prior et a capitulo generale sequente confirmatus. Initio sui prioratus non vidit nisi hic bellorum calamitates et ruinas, rusticos vininos ad se suaque animalia grana etc conservanda ad hanc domum confugientes quibus mediante contributione varia monastery loca elocabat ad tempus, varios interea ac inter illos egregios juvenes ad novitiatum recipiens et professione monastica huic familiæ adscribens, a quibus non paucas pecuniarum summas in eleimosinam accepit. Anno autem 1661 jussit per architectum nomine Jan du Can, edificij novi ichnographiam exarare, quam munitus approbatione conventualium et patrorum visitatorum ad capitulum generale ascendens ostendit illi et reverendo patri, unde et approbationem et consensum reportavit. Initio anni 1663 capit antiqam culinam et alia ædificia antiqua destruere quæ locum novi edifii construendi occupabant, et 16[a] marty domnus Melchior Pletincx, procurator, primum posuit ex eo lapidem ædificavit autem gravem illam variorum ædificiorum molem quam videmus, scilicet caveas culinam cameras pro hospitibus et fratibus ambulæra etc spatiosa et commoda cuncta.

Turrim quoque pro horologio et in anteriori parte ædificij frontispicium satis superbum (quod fatemur) omnia autem incæpta complevit, et constitit totum hoc opus in numerata pecunia 16396 florenis et 18 stuferis. Solvit ulterius cuidam latomo dicto Richart ex Escaussinnes 17 july 1665 quadraginta libras pro sculpendis armis domini ducis Arembergy, quas in frontispicij altiori parte poni jussit. fecit quoque testitudines amborum chororum et possessiones nostras varijs terrarum bonarijs acquisitis auxit et anno 1666 pingi fecit ~~Antverpiæ~~ Bruxellis tabulam altaris sancti Brunonis per pictorem J.B. van Heil et alias parvas quo anno iterum grave hic exarssit bellum et coacti fuimus prætiosa nostra Bruxellas ducere et vicinos rusticos etc iterum in hanc domum ad mittere. combustum horreum et cetera in Cromrycke incæperunt reaæificare anno 1669 quo mortuus est domnus Balthasar die 12[a] aprilis de hac morte sic scribit in suo registro procurator domnus Pletincx : obyt domnus Balthasar de Wolf vir æconomus, Teneramundanus, prior et alias procurator hujus domus, sub quo multa ædificia sunt constructa, omnes cameræ Hospitum, culina et cætera ædificia, tota vaccaria, tesudo chori monachorum et donatorum, multa immobilia empta, cellæ religiosorum reparatæ. Obyt bonus pater septuagenorius R.I.P. propter majus ædificium et præcipue propter frontispicium passus est ab uno vel altero monachorum magnas contradictiones ; nam scriptum quoddam satis extensum ad mè a V.P. Priore Lirano missum est, quo videtur quasi ad illustrissimum nuntium desuper appellatum fuisse, in hoc scripto non solum nos accusamur super illa superba ædificatione sed et patres nostri Leodienses, imo patres nostri Lirani et Lovanienses super ornatu sedilium suorum in choris suis, sed nihil cum hoc scripto videntur effecisse. aliqua reprehensione dignum videtur quod in frontispicio poni permiserit bonus pater illa verba : me Lupus ædificat. vera causa ignoratur ab quam in frontispicio posuerit arma ducis Arembergij a quo omnino nihil acceperunt, vero similiter putaverunt aliquid ab eo in recognitionem recipere ut ædificium perficerent, quod inperfectum ab una parte remansit ; vel forsan etiam propter murmur supradictum religiosorum, non perfecerunt illud.

Pede fol. 119-120 : domnus Petrus Antonius van Pecque alias Pecquius, Bruxellensis, monachus hujus domus in qua ad novitiatum est receptus a domno Laurentio Serjants priore anno 1632 et

professus est anno sequenti 1633 in fine mensis aprilis, nam 28° mensis hujus fecit suum testamentum jam profiteri intendens in hoc testamento relinquit huic domui aut domibus in quibus in ordine postea mansurus erat redditum 200 florenorum annue pro emendis ornamentis ad ecclesias vel altaria. Tunc succedentibus annis sacros ordines suscepit et initio anni 1642 ex hac domo vicarius missus est per obedientiales patri visitatoris ad domum Bruxellæ : et per sequentem cartam confirmatus. deinde in illa domo Bruxellensi factus est coadjutor donec per cartam capituli generalis anno 1652 super candelabrum positus missus est prior ad domum Diestensem. defuncto autem hujus domus priore domno **Adriano Buycx** 30ª octobris 1654 et data electione conventui noster domnus Pecquius electus hic prior est et anno sequenti per cartam capituli confirmatus. tunc anno 1656 pingi fecit ab excellentissimo **pictore Gaspare de Crayer** tabulam altaris Sanctæ Annæ pro qua solvit 220 florenos. circa finem anni 1657 vel initio anni sequentis 1658 per obedientiales literas reverendi patris nostri generalis ex hac domo missus fuit ad prioratum domus Valencenarum et data fuit hic conventualibus facultas eligendi sibi novum priorem quod fecunt eligentes domnus De Wolf qui fuit in carta 1658 confirmatus. ab illo prioratu domus Valencenarum translatus est ad prioratum domus Antverpiæ per cartam anno 1664 in quo per biennium tantum mansit nam inde translatus est ad prioratum domus Liræ per cartam anni 1666. Convisitator hujus provinciæ designatus est per capitulo genrale anni 1668 et pricipalis visitator per capitulum generale anni 1672. In hoc officio moritur in domo Lyræ 19 decembris 1679. supra scriptis lucet hic adscribere quæ de hoc excellenti viro scripsi in cathalogo priorum hujus domus Capellæ scilicet : domnus Petrus Antonius Pecquius claris ortus parentibus patre nimirum incomparabili viro omno Petro Pecquio, Brabantiæ cancellario, matre pyssima femina domina Barbara Maria Boonen archiepiscopi Mechliniensis sorore. huic æpplicamus ut paucis hunc priorem depingamus illud Ciceronis : nullum monumentum clarius relinquere pater potest, quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenij, filium. Tale parentibus suis gloriosum monumentum Pecquius noster fuit : qui licet prioratus et visitatoris officijs ad finem usque vitæ gravatus, ita studijs se occupavit ut in quinque domibus in quibus præfuit, rarus liber sit, quem doctissimis ubique notis ac observationibus fuse non illustrarit. Tanta nitidissimo charactere et pulcherrimo, elegantissimoque stylo scripsit, ut si sic ubique sparsa in unum colligi possent, varia efficerent volumina pyssimi ac doctissimi operis. Visitatoris officio fungens elegantissimas visitationis chartas in visitatis domibus composuit et reliquit. ex his judicamus Pecquium nostrum, magno Bibautio si non majorem equidem in scientia non inferiorem.

Pede fol. 120-121 : domnus ------- Nechelput monachus hujus domus professus anno 1648 sub domno **Adriano Buycx** hujus domus priore qui ad prioratum hujus domus pervenit anno 1642 et obyt in illo 1654 quod prænotandum judicavi, quia manu hujus prioris scriptum inveni prototypum unius literæ destinatæ ut apparet V.P. visitatori hujus provinciæ consignadie littera hæc continet quod hic sequitur. Recerendissime pater, de fuga et apostasia confratris nostri domni ----- Nechelput quæ nos omnes vehementer contristavit, et de ipsius ad nos resitu qui nos iterum lætifica verat venerandus P. visitator jam a mense aut circiter reverendum patrem vestram plene informavit receptus itaque reconciliatus et incarceratus satis laudabiliter se gessit et non exigua veræ ut videbatur pænitentiæ indicia præbuit quotidie suspirans et replicans se divinam super se misericordiam veraciter agnoscere et si perpetuo carceri mancipari deberet, se id bene meritum esse &c porro hæretici civitatis Hulstensis ad quos confugerat ex ipsius fuga turbati et exacerbati, voluerunt sibi satisfieri pro vestibus dicto fugitivo datis et expensis omnibus ibidem factis, minantes graviter nisi id fiat reverendo domno decano Hulstensi alysque ecclesiasticis et catholicis circa illas partes morantibus. est autem Hulstum civitas Flandriæ diocæsis Gandavensis vix 5 milliaribus Gandavo dissita ante paucos annos ab Hollandis occupata, in qua et circa quam maxima catholicorum multitudo etiamnum commoratur. Cogente igitur reverendissimo domino episcopo Gandavensi, ego infra hebdomadam Pentecostes evocatus Gandavum, aliquot diebus ibidem hærere compulsus, conferentia cum dictis hæreticis ultro citroque habita ; tandem negotio composito, feria 3ª post dominicam S.S. Trinitatis circa 8ᵐ matutinam domum rediens non minime consternatus reperi illum iterum effracto carcere fugisse ipsa nocte immediate præcedente; statimque lustrato carcere visoque foramine per quod eruperat cæterisque omnibus perlustratis ; invenimus cum fugisse iudis pedibus sine habitu sine pileo sine cappa nigra, majori cuculla tamen secum assumpta saccoque etcætera, statimque emissis aliquot ad ipsum quarendum non est inventus : aliquot autem diebus elapsis fideli relatione didicimus ipsum iterum ad antedictam civitatem Hulstensem profugisse intrans autem dictam civitatem ut intelleximus ex cive ejusdem catholico 15ª hujus valde mane similis mendico aut vili rustico, indutus sacco lineo de quo supra, habens alterum sacculum in capite (erat autem paulo ante rasus ad formam ---- vix appareret nuditas capitis. Non dubium quin tam vilis et iteratæ fugæ /p.121/ incentorem instructorem et conductorem habuerit malignum spiritum, adeoque vix quicquam boni post hac de ipso sperandum. sed miserator et misericors Dominus in cujus manu sunt corda omnium filiorum hominum quem ------ errantem oviculam tandem aliquando ad ovile suum reducat et reverendum patrum vestram sacro ordini nostro quamdiutissime conservet incolumem. Hæc littera scripta fuit Rˢ P. generali ut ex ultimis verbis apparet. de illo autem ulterius

nihil omnino inveni adeoque præsumendum est quod non redierit. non datur nomen ejus in carta ulla capituli generalis nec in calendario comus hujus.

ChM003
**Adrianus van Dorpe**
alias **Dorpius.**
a - p. : Adrianus
m. : Jozijna Laris.
b - Ninove (Flandre Orientale).
d - ca 1576
e - Tückelhausen hos ? – c.1580
Erfurt proc c.1580
Ch rec 1580-1582
Ch P 1582-1599
Ch P 1599-1609
Ch vic 1609- †.
cvs 1590-1591 et 1602-1609.
f - 6/7 juillet 1619.
g - 1599: est nommé a Arnhem, mais ne s'y rend pas.

---

de Wal, 7044, f° 150:
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V Chartreuse de Tuckelhausen : c.1580, domnus Adrianus, professus domus Capellæ, hospes in domo Tuckelhausen mittitur procurator ad domum Erfordiæ « Laudamus et approbamus patrum bonum propositum de instituendo in domo Tuckelhausen seminario ; exhortamur omnes priore in domino, ut propter necessitatem provinciæ et personarum penuriam, ad laudem Dei et ordinis decorem, in bi-onis cæptis pergant, et singulæ domus, juxta visitatorum ordinationem, ad dictum seminarium subsidium conferant. Flores. Preuve que l'œuvre commencée en 1534 par dom Jean Maryel avait été interrompue.
Lamalle, p. 14 : domnus Adrianus Dorpius huius domus professus. Hic habitaverat aliquot annis in domo monachorum et illinc migrans ob tumultus belgicos procuratorem agebat in domo Erffordiæ. Hic a visitatoribus vocatus fuit in rectorem huius domus sesquianno et postea a capitulo confirmatus fuit.

Anno Domini 1609, in novembri, absolvitur a prioratu huius domus dominus Adrianus Dorpius et ei subrogatur sub titulo rectoris dominus Robertus de Bel, professus huius domus, oriundus ex walo Brabantio confirmaturque per cartam capituli generalis anni sequentis in priorem, quo munere functus est usque ad annum 1614.
Lamalle, p. 186-7 : domnus Adrianus Van Dorpe, natione Ninivita, professus Capellæ, qui ex Alemania revocatus a PP. visitatoribushic institutus est rector.
Interea temporis dominica infra octavas Visitationis B. Mariæ heretici præsidium habentes in Ninive furore incensi in hanc domum irrupti, flammis consumi fecerunt ecclesiam, sacristiam, capitulum, sacellum Sanctæ Crucis et partem parvi claustri, item portam anteriorem, cameram mulierum, stabula cum domo quam abbatiam vocabant, portam secundam, portam pomarii cum annexis ædificiis, tres cellas fratrum laicorum et cellam procuratoris ; eadem etiam die fuit ab illis exusta colonia nostra molendino in Scibbeke et paulo post eodem anno 1580, cum toto pago Herinensi illa de Eselenberg, novissime autem anno 1581 feria 2da ante Palmas ecclesia parochialis per execrandos istos incendiarios combusta est.
Fugerat autem V.P. rector, ac primus annis cum suorum uno vel altero, ac præcipue V. P. Huart, morabatur Montibus Hannoniæ in locata domo, deinde facto parum securiore tempore in Angiensi refugio, in utroque loco supra modum angustiatus prioris dignitate honoratus, toto sui regiminis decursu, domus restaurationi egregie probatur præfuisse ex eo solo : quod cum per cartam 1599, prior alibi constitutus, data fuisset iam domum reversis convetualibus electio, ipsum denuo elegerunt summa cum lætitia pariter Te Deum Laudamus decantantes. Factus est deinde per 8 annos convisitator, sed ab hoc sicut a prioratus officio solutus fuit circa finem anni 1609 per commissarios reverendi patris qui in suis visitationibus varios huius provinciæ priores absolverunt : ac inter alios, illum magnum virum domnum Iacobum Denys, priorem domus Silvæ Sancti Martini et post provinciæ visitatorem. Deo ad ipsorum absolutorum humiliationem et maius bonum id permittente. (note Lamalle : voir le récit donné par Pede de cette visite de la province en 1609 ; on y trouvera la même note de mécontentement).
Lamalle, p. 217-219 : Interim hoc anno 1580, nominato per cartam domno Adriano Dorpio in hujus domus rectorem, cum noviter huc ~~forsan~~ ex domo Erfordiæ ad quam confugerat forte advenisset, dominica infra octavas visitationis Beate Virginis Mariæ fuit exustum hoc nostrum monasterium Capellæ ab hæreticis qui præsidium habebant in Ninovia. fuerunt autem exusta ecclesia, sacristia, capitulum, sacellum S. Crucis et pars parvi claustri, porta anterior, camera mulierum, et stabula equorum. Item secunda porta cum domo quam abbatiam vocabant ; tres cellæ fratrum laicorum cum

porta pomarij et cella procuratoris. Eodem die exusta etiam fuit colonia nostra cum molendino in Scibbeque et aliquanto tempore postea colonia nostra in Ezelenbergh. Ab hoc tempore domnus Adrianus rector et noster hic Nicolaus Huart procurator, dimittentes hanc domum et refugium nostrum Angiense ubi prævalebant hæretici et hactenus latuerant, fugerunt ad Montes Hanoniæ circa mensem octobris 1580 et conduxerunt ibi domum pro uno anno a festo Andreæ hujus anni ad idem festum usque anni 1581 pro 250 libris,
Vidimus superius quod circa Pascha 1578 in hac domo Capellæ cessaverit divinum officium in cantu celebrari, nec fuisse domum hanc a fratribus inhabitatam ab illo anno usque ad annum 1593 circa festum Sancti Joannis Baptistæ. Ab illo festo usque ad profestum Sancti Brunonis 1596 celebravimus (inquit) divinum officium in sacello Beatæ Mariæ anteriore. Hoc autem eodem anno 1596 in profesto Sancti Patris nostri Brunonis incepimus iterum divinum officium cum cantu persolvere et hoc in choro conversorum qui (addit) modo est chorus noster. Incepimus autem a vesperis. Hæc in registro litterarum in membrana sub 1344 notato in procuratura
… Anno sequenti 1599 cum advenisset carta capituli generalis, maxima cum stupefactione conventualis viderunt in illa verba sequentia : priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia et committimus visitatoribus ut provideant dictæ domui de alio pastore aut per viam electionis vel ut ipsis videbitur expedire. Et domui Monachorum (prope Arnhemium in Gelria) brevi ut speramus restituendæ ordini præficimus in priorem domnum Adrianum Dorpium, propterea a domo Capellæ absolutum, sed residentiam habebit in domo Leodij nec quicquam agere sine consilio patris visitatoris præsumat.
Hinc conventuales, concessa illis electione, vocatis ad hunc actum patro visitatoribus, absolutum suum et vere dilectum priorem, novo exemplo iterum elegerunt et installaverunt intonantes et cantantes in choro simul canticum: Te Deum laudamus. quibus ut Wallius scribit (ait, *Lamalle*), visitatores facile consenserunt, cum res patriæ non pro voto succederent. Erant hi conventuales qui rem tam egregiam fecerunt sequentes : Philippus van Belle vicarius, Nicolaus Huart procurator, Cornelius de Dyer, Joannes Roost sacrista, Augustinus (Raes), Robertus de Belle et domnus Joannes Roost.

Pede fol. 91 : Interim hoc anno 1580 nominato per cartam domno **Adriano Dorpio** in hujus domus rectorem, cum noviter huc ~~forsan~~ ex domo Erfordiæ ad quam confugerat forte advenisset : dominica infra octavas visitationis B° Virginis Mariæ fuit exustum hoc nostrum monasterium Capellæ ab hæreticis qui præsidium habebant in Ninovia. fuerunt autem exusta ecclesia, sacristia, capitulum, sacellum S. Crucis et pars parvi claustri ; porta anterior, camera mulierum, et stabula equorum. Item secunda porta cum domo quam abbatiam vocabant ; tres cellæ fratrum laicorum cum porta pomarij et cella procuratoris. Eodem die exusta etiam fuit Colonia nostra cum molendino in Scibbeque et aliquanto tempore post Colonia nostra in Ezelenbergh.
Ab hoc tempore domnus **Adrianus** rector et noster hic Nicolaus Huart procurator, dimittentes hanc domum et refugium nostrum Angiense ubi prævalebant hæretici et hactenus latuerant, fugerunt ad Montes Hanoniæ circa mensem octobris 1580 et conduxerunt ibi domum pro uno anno a festo Andreæ hujus anni ad idem festum usque anni 1581 pro 250 libris. conduxerunt et granarium a confratribus Sanctæ Christinæ non procula porta de Nimij pro termino trium annorum pro quo (inquit) tenebimur quotannis numerare 20 libras turon, expirabit primus annus in festo S. Andreæ 1581. Refugium Angiense per partes varijs elocarunt, Joannes Pletincx elocavit capellam, cameram illi attenentem cum Cavea etc; tr……….sonibus incipientibus in vigilia nativitatis Domini 1580.

Pede fol. 97-105 : domnus **Adrianus van den Dorpe**, Ninovita, monachus professus hujus domus circa annum 1566 ; sed anno 1578 propter hæreticos cum alys ad exteras domos exulare compulus, missus fuit ad domum Erffordiæ ubi non diu post factus est procurator.
Anno autem 1580 per cartam capituli nominato hujus domus Capellæ priore domno Lamberto van Rotselaer sed ante adventum cartæ in provincia, defuncto ; domnus Adrianus per patrem visitatorem e domo Erffordia evocatus est, et hujus domus institutus est rector, in qua diu residere non potuit, quia hoc eodem anno ut superius vidimus in V.P. Huart dominica infra octavas B.V. Mariæ fuit exustum nostrum monasterium vel maxima pars illius ab hæreticis qui præsidium habebant in Ninive junctis Angiensibus sicut et totus pagus Herinensis, ecclesia vero parochialis Herinensis anno 1581 feria 2ª ante palmas.
Videri potest et supra in Pr Huart qualiter P. rector cum eo coactus fuerit fugere ad Montes Hanoniæ ibique ad habitandum domum conducere pauperrimè certe nutriti ac vestiti : nam status domus quem composuit anno 1581 indicat summam totam receptorum hoc anno 678 florenorum 13 assium. Hortatur illum capitulum nostrum generale anni 1581 in carta his verbis : rectori domus Capellæ õ fit misericordia.; quem hortamur in Domino ut restaurationi domus cum opportunum fuerit, sedulo invigilet. Anno sequenti 1582 adhuc Montibus hærens per capituli cartam ex rectore nominatus est prior quem hortamur (inquit) ut data opportunitate restaurationi dictæ domus viriliter

insistat: quod illo tempore certe valde difficile erat, nam totum quod hoc anno ex proventibus domus recepit ascendit ad 620 florenos et aliquot asses cum quibus ultra dubium ipsi vix sustentari poterant, indigebant namque omnibus, nam et infert pro cerevisia et granis 105 florenos, pro herbis 4 fl. et 14 asses, pro lignis 15 fl: 9 asses, etc. non loquitur de piscibus, qui certe illis rari erant. aderat illis semper honestus juvenis Adrianus Cosyns natus in Appeltere qui cum illis ex civitate Montensi tandem Angiam /p. 98/venit ubi in domo nostra vel refugio habitarunt ubi et receptus est donatus et contraxit 12 januarij 1585 cum antea 10[a] scilicet january fecisset suum testamentum cujus copiam hic describere volui ut videant posteri quam miserabilem et pauperem vitam hoc in felicissimo tempore duxerint et domnus Adrianus van den Dorpe et domnus Nicolaus Huart : et curiositatis causa.

In den naeme des Heeren Amen. By desen iegenwoordighen instrumente zy eeniegelyck notoir en openbaer, en sonderlinghe diet souden mogen aengaen, oft competeren ; dat desen tienden dagh der maent der maendt van januario Anno Domini nostri Gregorij 13 divina providentia papæ anno 13° indictione 13" et 1585, is compareert voor my notaris apostolicus en by den kyserlycke majestyt geadmitteert, en getuygen hier ondergenoemt Adriaen Cosyns Cornelis sone van Appelterne in Vlaenderen oudt synde 25 Jaren oft meer, hebbende syn volle verstant, goede memorie, fraey en gesont (Godt lof) en oock by synen eygen vryen wille onbedwonghen syns selfs synde in geenen bedwanck bandt ofte profes synde, considererende ende wel overleggende de cranckheyt ende broosheyt van de menschen en aenmerckende dat op dese boose wereldt niet en is dan bedrogh ende ziel verlies, ende om dat hij soude moghen Godt almachtigh bequamelyck dienen, mits dat het goet een groot aftrecken is van Godt ende synen dienst ende de menschen brenght tot menigherlye sonden : zoo wilt hij disponeren en ordineren, en mits desen disponeert en ordineert van alle syn goet dat hem verschenen is oft noch moght verschynen hier naer ; en dat by testamente en uyttenten wille, begeirende dit selve testament stadt te grypen ende van valeur te syn van stonden aen sonder eenigh wederroep van desen moghen naermaels te doene ; wederroepende alle testamenten voor desen gemaeckt ofter eenighe gemaeckt waere t'welck niet en is geweest : En ordineert dit irrevocabele testament in formen en maniere hier naer volghende. Eerst Godt almachtich, de reyne Maghet Maria, alle godtslieve hylighen, synen goeden inghel ; nu ter tydt, in de ure des doots ende naer syne doodt ; zyne ziele beveelt hy Godt almachtigh - biddende hem te ontfangen in synen Rycke; het lichaem de hylighe aerde daert den prior van de chartroysen best believen sal.

Item begeirt dat alle syne Schulden betaelt worden ofter eenige waeren.

Item ofter eenigh ontrechtveerdigh goet oft qualyck verkregen bevonden waere (t' welck hy niet en meent) dat begeirt hy wederom gerestitueert te zyne.

Item aengaende syn erffelyck goet, mits dat hy luttel oft geene - vrienden ofte naer maghen en heeft die souden succederen, in sulken goet oft Erven die hem Godt almachtigh verleent heeft en hem verstorven syn by den overlede van syn vaeder en moeder, en datter gemeenelyck twist haet nydt ende processen uyt spruyten; en dat hy overpeyst ende bekent den deught jonst ende vriendtschap die hy ontfaen heeft ende noch dagelycks ontfanghende is, te weten onderhouden als van montcosten, cleederen en alle dinghen die hem nootsaeckelyck hebben geweest alle desen benauden tydt acht jaren lanck duerende continueel oft daerontrent, ende meer andere redenen hem daer toe moverende niet ondanckbaer en onbekint wesende, ende oock aenmerckende de conversatie ende goet leven en godtvruchtigh van de eerwaerde en goede vrienden heer Adrianus Dorpius prior ende Nicolaus Huart procurator van het godtshuys ende convent van de cartuysers in de prochie van Herne in Henegauwe bysdom van Camerycke geheeten ter Capelle maeckt ordineert ende geeft, in alle maniere forme voeghe ; dat hy doen can oft mach, tsy by onderffenisse oft andersints, eenwerfs anderwerfs en derdewerfs, geene actie meer daer aene van nu voortaen reclamerende; aen de voors. eerwaerde paters en convente alle dese partien van erven hier verclaert, ende dat omme haeren vryen eyghen wille met te doene ; tsy vercoopen verwisselen vermangelen, alieneren, vervreemden ; zoot henlieden best sal geleghen syn tot haerlieder meest oorboor ende profyte. Ende dat om dat den tydt soo benaut is, en dat hy wel weet dat den voors. eerwaerde en discrete paters groot gebreck by haerlieder goet geleden hebben, mits dese inlandighen oorloghen, ende dat den mont kosten boven maeten diere is en de erfgronden niet veel weerdt en zyn, en oft hyse selve verkochte qualyck soude hem daerop konnen bedraghen ende onderhouden van alles dat hem van noode soude moghen syn ; en hadde hy by de voorschreve paters niet geweest desen quaden benauden tydt geduerende, hy saude gelyck meer andere (Godt betert) van gebrecke vergaen hebben ende gestorven. Dit syn de partien van erve die hy haerlieder geeft in recompense

Eerst t' Appelterre

De stede met een ovenbueree opstaende groot synde een aagwant en half comende met een zeyde aent goet van Hangereel, &c.

Item noch een dagwant liggende op Deygem veldt comende &c.

Item noch een dagwant en half lants liggende int midden de Wildere Cauter daer den voetwegh van Ninove naer Geertsberge door loopt, &c.

Item noch een half dagwant lant opt selve Veldt comende, &c.
/p. 100/ Item noch twee dagwant lants liggende opt selve veldt, &c.
noch een half dagwant lant liggende op de Neder Cauter, &c.
Item noch dry lynen landt liggende opt Molenveldt, &c.
Item noch een half dagwant liggende opt Appelterre veldt &c. dit is uyt gegeven voor derRente aen Hector van der Haghen.
Item noch 30 roeden landts op Taenvelt gelegen, &c.
Item noch een half dagwant meersch in den Broeckmeersch gelegen
Item noch 3 lynen daer de beke tusschen loopt, &c
Item noch 5 lynen meersch liggende te Woutershove geheeten de Spillemaecker comende, &c.
Item noch een dagwant en half meersch gelegen op den Dendermeersch, &c.
Item noch twee dagwant meersch liggende te Nederstraete comende, &c.
Item noch een stede een half bunder groot te Craeynenbroeck, &c.
Item noch op Oultre dry dagwant lants liggende op den Hooghen Cauter comende, &c.
Den voors. testateur als hy het godtshuys van de chartroosen boven genoempt voorsien heeft van alsulcken partien van erven boven gespecificeert, wel wetende dat den gemeenen armen huyslieden van den dorpe ende prochie van Appelterre niet en behooren vergeten te syne, aengesien dat hy syn goet geeft ende distribueert tot Godt en synen dienst, ende die almoessen gedaen binnen syn leven syn Godt almachtigh eene welrieckende offerande de sonden blusschende gelyck het water het vier, ende dat dé arme Luyden syn den levenden Tempel van den H[e] Geest. Daer toe oock door den H[e] Geest beroert ende gemoveert synde; uyt synen eyghen vryen wille ; geeft maeckt disponeert en ordineert aen den gemeende Huysaermen van de voors Prochie van Appelterre dese partie van erve hiernaer volgende, te weten :
Een half dagwant lant liggende op den Luyperdaeleveldt, &c.
Ende dat geeft hy in alle maniere formen al boven oock als donatie ofte gift tusschen de levende gedaen, int Latijn donatione inter vivos, &c.
En ofte geviel dat hem hiernaer noch eenigh goet verstorven t'zy erfgront oft roerende haven begeirt hy daer af van den erfgront syn leven lanck syn gebruyck te hebben, om hem daer mede t'onderhauden, ende naer syne doodt maecket ende gevet aen de eerwaerde prior en procurator voors. en aent covent voorgaende en van de ruerende haven begeirt hy die te ontfaen ende daer mede te doene naer synder discretie ; ende naer syn overlyden van dese wereldt ofter iet bevonden waere by hem : dat zy ten profyte van het godtshuys voorschreve.
Ende om dat soude moghen volcomen van poincte tot poincte alle dat boven verclaert es, soo begeirt dat dese voors. ordinantie dispositie en uytterste wille, wet weerdigh zyn en in valeur /p. 101/als een testament irrevocabel toebehoort oft forme van eenighe anderen legatie nietyegenstaende recht oft costuymen der plecke ende verbindt hy hem selve alle syn goet present ende toecomende synen eedt oock doende op syn deel hemelrycx ende opt verlies van syne ziele, dat hy dese donatie inter vivos doet tot ende door goede intentie niet om imant te frauderen, dan alleenelyck tot syne zielen saligheyt.
Van alle datter gedaen es ende gepasseert, den voors. Adriaen Cosyns testateur en donateur begeirt van my notarius hem een instrumente oft meer instrumenten gemaeckt te hebben om hem te dienen daer hyse van doene saude moghen hebben ; als sonder bedrogh ende gelist.
Aldus gedaen binnen der stede van Edinghe ten huyse en woonste der voors. eerwaerde heeren prior en procurator van de cartuyers voors., presenten discreten en eerbaere persoonen Barthel de Leeman en Willim Pauwels van Hernegewout, en daerenboven tot meerdere corroboratie ende verschertheyt met my ende ghetuygenisse boven genoempt, sonderlinghe geroepen Arendt Neeten notarius apostolicus et regalis. Jaer maendt dagh en indictie als boven. Onderteeckent ita attestor Arnoldus Neeten notarius apostolicus et regalis. Neeten. Ende daer onder noch : Et ergo Joannes de Cousenere presbiter sacra apostolica et imperiali authoritate notarius, quia præmissis omnibus et singulis presens interfui et sic omnia fieri audivi scivi et vidi ; id circo hoc presens publicum instrumentum manu licet alterius, fideliter tamen scriptum et in hanc publicam formam redactum, nomine ac cognomine ac signo manuali, in fidem et robur præmissorum omnium subsignavi ad hæc specialiter rogatus et vocatus. Signat J.D. Cousenere notarius apostolicus admissus. Collata est hæc presens copia cum instrumento originali, inventa est de verbo ad verbum concordare 1583 die mensis marty duodecima ita attestor J D Cousenere notarius apostolicus admissus. Bona hæc brevi post varijs fuere divendita ex quibus ut alio loco vidimus provenit summa 2200 librarum turonensium quæ fuit applicata ad ædificationem ecclesiæ combustæ nostræ.
Item noch een dagwant en half meersch gelegen op den Dendermeersch, &c.
Anno 1590 domnus Adrianus van den Dorpe, prior noster nominatur in cartam capituli generalis convisitator hujus provinci quod tamen officium ultra annum non tenuit.

Jam reddita aliqua saltem tranquillitate circa has nostras patriæ partes paulatim hæc domus incipiebat restaurari ; cum ecce nova et gravi jactura visitavit nos dominicus cum tota fere civitate Angiensi. Registrum nostrum anno 1508 intitulatum habet fol. 75 verso.
Anno 1594. augusti 27$^{a}$ casuali incendio conflagrata est pene medietas civitatis Anghianæ : quod initium sumpsit in de Borrestraete ex braxatorio Arnoldi Reetem et consumpsit partem illius plateæ usque ad domum domini de Sassegnies, ecclesiam fratrum Augustiniensium cum horreo et stabulis xenodochy et tota illa augustiniensium platea, et ex parte plateam abuna parte a xenodochio ascendentem ad forum usque ad insigne Alvearis, retro vero has domos, omnes æteras officinas consumpsit usque ad Hallas vel ut vocant domum ubi blada venduntur : a præfata vero domo alvearis ex opposito, domo conflagrata ; transyt ad plateam dictam de Silverstraete, in qua exussit aliquas domos et stabula et horrea. inde transiens et consumens multas retro positas officinas, venit ad plateam de Hernestraete dictam, circa medium plateæ et utrimque usque ad portam Herinensem flamma vorax quidquid obvium habuit, consumpsit. quo etiam incendio nos amisimus nostram domum in de Ghyloijstraete sitam, non procul a foro piscario. simili quoque et eodem infortunio sacellum S. Sebastiani cum domo carmelitarum, tota illa platea cum platea in qua est horreum pauperum et alia platea usque ad locum dictum den Berghe, in cineres flamma redegit; nec potuit ullum adhiberi remedium, ob nimisericordiam vehementiam venti qua in momento pene tota et omnia supradicta loca ignis sæviens invasit et consumpsit. Pyssimus Jesus misericors dulci consolatione nos mulcere dignetur. dicuntur ab incendio conflagratæ quadringentæ et quinquaginta domus.
Anno 1596 perfectus tandem est chorus noster ædificatus in loco in quo fuerat antea chorus conversorum, hoc patet ex annotatis P$^{r}$ Huart registro litterarum 1344, his verbis: anno inquit Domini 1596 in profesto domni Brunonis patris nostri, incepimus iterum cantare divinum officium in choro conversorum qui modo inquit est choro noster anno 1598 septembris 24$^{a}$ de licentia V.P. visitatoris, domnus Adrianus prior cum suo conventu ~~contrasit~~ ex una parte et domino abbas Sancti Autberti Cameraci et conventus hujus ex altera parte, contraxerunt et permutarunt inter se varias partes terrarum, innovarunt antiquum contractum pro exemptione decimarum, et onus in nos suscepimus fundationis missæ dictæ de Capella trium missarum per singulas anni hebdomadas in perpetuum, quæ fundatio per sacerdotem sæcularem deserviebatur antea. Litteram originalem hujus fundationis nobis non tradiderunt, sed librum proventuum hujus beneficij quem habebat capellanus ille sacerdos sæcularis: qui annui proventus consistebant in 8 florenis redditus annui parum plus, in uno modio siliginis et in 4 bonarijs 2 jornalibus et 50 virgatis terræ et parva decima in Haycruyssen. illa 4 bonaria bene nobis constiterunt et considerata fuerunt in permutatione terrarum bonaria quæ illis nos cessimus optima certe totius erant pagi, illa que nobis illi tradiderunt, nec erant nec futura sunt unquam talia. Quidquid sit, illa permutatio postea confirmata fuit a principilas hujus patriæ Alberto et Isabella quibus se junxit nuntius apostilicus et rever. P° Generalis noster.
Anno sequenti 1599 cum advenisset carta capituli generalis, maxima cum stupefactione conventualis viderunt in illa verba sequentia : priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia et committimus visitatoribus ut provideant dictæ domui de alio pastore aut per viam electionis vel ut ipsis videbitur expedire. Et domui Monachorum (prope Arnhemium in Gelria) brevi ut speramus restituendæ ordini præficimus in priorem domnum Adrianum Dorpium, propterea a domo Capellæ absolutum, sed residentiam habebit in domo Leodij nec quicquam agere sine consilio patris visitatoris præsumat.
Hinc conventuales, concessa illis electione, vocatis ad hunc actum patro visitatoribus, absolutum suum et vere dilectum priorem, novo exemplo iterum elegerunt et installaverunt intonantes et cantantes in choro simul canticum: Te Deum laudamus. quibus ut Wallius scribit (ait, *Lamallè*), visitatores facile consenserunt, cum res patriæ non pro voto succederent. Erant hi conventuales qui rem tam egregiam fecerunt sequentes : Philippus van Belle vicarius, Nicolaus Huart procurator, Cornelius de Dyer, Joannes Roost sacrista, Augustinus (Raes), Robertus de Belle et domnus Joannes Roost.
Anno 1600 ut habet registrum notatum 1508 fol. 24, fuit valde vehemens gelu et intensum, quod duravit fere a festo Sanctæ Agnetis 21 januarij usque ad Octavas Paschæ quæ celebrabatur 9$^{a}$ aprilis, itaut in vigilia et ipso die Paschæ nix operuerit terram ad altitudimen pedis similiter et in ipsis octavis et postridie octavarum, et fuit ijsdem diebus gelu tam vehemens, quod multæ arbores obriguerint et congelatæ sint eo quod propter spissitudinem nivis non posset gelu intrare terram. in tantum quod hoc anno non habuimus unum acinum etc hæc credo me superius scripsisse.
Hoc anno chorus noster aperibus tectus est et anno sequenti 1602 domnus Adrianus Dorpius prior hujus domus iterum institutus est convisitator provinciæ et anno 1608 ascendit ad capitulum generale anno 1609 factum est sub generali Brunone D'Affringues, memorabile quid non solum in hac domo sed et in tota provincia : hic reverendus pater et capitulum generale provinciam nostram integram quod officiales subverterunt suscitati a quo, ignoratur. Deputati aut commissarij pro visitanda provincia erant domnus Petrus Serval prior domus Montis Dei et domnus Martinus

Bleneau prior domus Noviomi visitatores ordinarij provinciæ Picardiæ, hi circa calendas novembris hoc anno domum Bruxellensem visitarunt in qua prior erat domnus Hercules Winckelius prof domus ~~Lovany~~ Bruxellæ et visitator hujus provinciæ. Hoc actu visitationis finito, venerunt ad hanc domum Capellæ in qua domnus Adrianus prior erat et provinciæ convisitator, quem in visitationis actu absolverunt dante: conventualibus electionem. ad hanc ut se rite prepararent secundum statuta interea temporis domum Sylvæ Sancti Martini adierunt ibique domini illi plenipotentiarij, idem fecerunt et absolverunt priorem domnus Jacobum Denijs, qui tamen tam egregius vir erat ut postea factus sit visitator, et miserunt illum Gandavum ad domum suæ professionis functurus in illa officio vicarij. tunc repetentes hanc domum Capellæ in qua conventuales in electione non concordarant instituerunt in rectorem domnum Robertum van Belle vicarium, et priorem absolutum domnum Adrianum fungi jubent officio vicarij in quo officio obyt. Domnum Augustinum van Doorne instituunt procuratorem absoluto procuratore domus tum Bruxellam reversi absolvunt domnum Herculem priorem hujus domus provinciæ visitatorem qui absolutus elegit domum habitationis suæ Diestensem in qua ex hydropisi brevi post obyt 5[a] scilicet july præfecerunt autem domui Bruxellensi domnum Joannem Emmechoven professum et priorem domo Lovanij in qua domnum Godefridum de Haelmale constituerunt rectorem.

Erat in domo Leodij prior dominus Joannes de Steelant, quem ad se Bruxellas venire jusserunt et ibidem illum absolverunt et mittunt ad domum Diestensum vicarium. Deinde Brugas pervenientes absolverunt in domo monachorum vicarium et procuratorem, vicariatum imponentes in domnum Joannem Marensem professum domus Leodij et procuraturam dantes domni Guidoni. In rectorem domus Sylvæ Sancti Martini instituunt domnum Livinum de Jaghere professum domus Gandavi, in vicarium domnum Cornelium La Rousse professum domus monachorum Brugis, in procuratorem domnum Egidium Blitterswyck professum domus Bruxellarum præcedenti procuratore domno Petro Lamberti professo domus Lovanij remisso ad domum suæ professionis. qui brevi post factus est hic procurator, absoluto domno Augustino. In domo Diestensi similiter vicarium ac procuratorem absolverunt in vicarium eo miserunt absolutum domnum priorem Leodiensem ut supra in procuratorem instituentes domnum Petrum Eikermans. Gandavi absolutis officialibus illis etiam duobus mittunt ad illam domus vicarium ut supra, et alterum domnum Laurentium t Serjants professum domus Lovanij In domo Leody rectorem nominarunt domnum Joannem Brial professum Majoris Cartusiæ et anno sequenti domnus Henricus Orto vicarius fuit missus hospes ad domum Sophiæ. in qua et patres commissarij et priorem absolverunt et novum priorem posuerunt domnum Joannem Taperum professum domus Leodij et absoluto pariter ibidem procuratore procuraturam dederunt domni Joanni Nanningio professo domus Leodij debebant etiam per egregios illos reformatores turbari moniales, nam apud illas absolventes procuratorem, loco ejus posuerunt domnum Melchiorem Charles, professum domus Lovanij quod officium (teste Wallio) proficue exercuit illisque ædificavit ecclessiam et in eo officio usque ad mortem perseveravit, quamovi electus (addit) in priorem D Capellæ V.P. Emechoven abdicavit officium visitatoris quod illi imposuerant plenipotentiarij, exponens in generali capitulo anni sequentis suas rationes et curans illud demandari V.P. Arnoldo Havensio priori domus Gandavi, vicariam illi operam navare contentus. Per cartam anni sequentis illæ mutationes, sine dubio pro hac provincia et pro ordine toto scandalosæ, fuerunt confirmatæ, positi rectores nominati priores etc. excepto rectore domus Lovanij qui vicarius fuit in illa domo factus, et in priorem assignatus domnus Joannes Baptista .... obyt tadem domnus Adrianus van den Dorpe venerabilis senex et vicarius 6[a] july 1619. sufficiat de eo proferre testimonium Wally in suis annalibus: obyt inquit habens missam de Beata Maria, vir misericordiarum, qui in caritate maxima annonæ, gentilibus suis effusis liberalitatis habenis, subvenit: flagrante Ninoviensis oppidi incendis. Ipse idem diversa exilia et diversas querere terras coactus, modo inter sicambros, modo in cartusia Erffordiæ partem ærumnarum suarum devoravit.

Pede fol. 110-111 : domnus Robertus van Belle, Binchiensis, monachus professus hujus domus anno 1577 qui sequenti anno 1578 propter hæreticos cum alys conventualibus hanc domum deserere coactus fuit missus ad aliam et securiorem domum. Erat industrius tornator et huc reversus procurator diversis vicibus pecunias recepit ab illis quibus ex ejus operibus quædam presentaverat, et anno 1598 summam quandam ab abbate Sancti Autberti pro cavea ad includendam in ea avem ab illo recepit, quas sic receptas pecunias portat in annuo computu domus. Anno 1606 erat in hac domo vicarius, et mense novembri 1609 in visitatione absoluto domus **Adriano Dorpio** hujus D priore et convisitatore provinciæ per plenipotentianrios patres reverendi patris generalis cum data fuisset electio conventualibus in qua non concordarant, hic domnus Robertus vicarius, ab illis nominatus est hujus domus rector et sequenti anno 1610 per cartam institutus est prior. hanc tamen præsidentiam diu non tenuit, nam carta capituli generalis anni 1614 a prioratu fuit absolutus. Anno 1615 sequenti supplicæ subsignavit presentatæ a conventualibus hujus domus reverendo patri et capitulo generali : quoad misam De Behault. Reverendo patri priori Majoris Cartusiæ, totiusque ordinis cartusiensis ministro generali exponunt cum omni reverentia et humilitate prior et conventus

cartusiæ Capellæ Beatæ Mariæ prope Angiam : quod ex virtute et tenore cujusdam contractus olim ante annos circiter 87 initi, inter priorem et conventuales ejus temporis; et honorandum virum Joannem de Behault, Montium, Hannoniæ incolam : obligati sint ad celebrationem quotidianæ unius missæ in perpetuum, ob certam septingentorum viginti florenorum summam, tunc eisdem numeratam ; quam ex eodem contractu cujus est hic annexa copia constat fuisse consumptam in quibusdam debitis quibus tunc domus gravabatur persolvendis, necessarijs que provisionibus ordinarijs coemendis cum intentione tamen impendendi in futurum, quando uberiores suppeterent facultates similem summam in comparandis redditibus annuis pro securitate ejusdem fundationis : quod nihilominus nunquam factum est, quare missarum numerum venerandus pater Hercules hujus provinciæ Teutoniæ non ita pridem visitator, ad quatuor singulis septimanis redegit. quod onus tamen adhuc satis molestum et grave sentientes ob religiosorum paucitatem et quo immerito se gravari quandoquidem nullum ex inde pereipiunt emolumentum censent se posse conqueri, supplicant humillime ut cum auctoritate et permissione reverendæ vestræ paternitatis et benigna dispensatione super obligatione præfati contractus eidem liceat eis supplicantibus satisfacere per missam privatam de B[eata] Maria quæ ex ordinis more legitur ; quandoquidem nulli hujus domus benefactori adhuc dicata est ; addita oratione propria Inclina in plurali pro fundatoris intentione orabuntque pro felici prosperitate reverendæ P[a] vestræ frater Hieronymus de Wydts prior frater **Adrianus Dorpius** vicarius frater Joannes Roost senior frater Jacobus Goossens pro et sacrista frater Robertus de Belle ejusdem domus professus frater Augustinus van Doren professus ejusdem domo frater Petrus Lamberti procurator, frater Judocus Fortius professus.
infra : committimus patribus visitatoribus ut nostra authoritate provideant supplicantibus. Cartusiæ sedente capitulo 1615, frater Bruno prior Cartusiæ.
Et inferius : juxta authoritatem nobis concessam, considerata domus necessitate, supplicantium petitioni libenter annuimus. Datum in cartusia domus Capellæ in actu visitationis ejusdem 8[a] 7bris 1615 frater Jacobus Dionysius prior cartusiæ Gandensis, frater Van Emechove prior cartusiæ Sanctæ Sophiæ, visitatores provinciæ Teutoniæ. Nota : descripsi suprascripta sicuti orginaliter jacent. Anno 1619 defuncto hujus domus vicario domno Dorpio, hic domnus Robertus iterum fuit institutus vicarius in quo officio perseveravit ad mortem usque quæ illi venit 9[a] marty 1634 postquam 58 annis laudabiliter vixisset in ordine.

Arsenal : 6 november, Adriani Vanden Durpe et Jozijna Laris parentibus domni Adriani Dorpij de Ninovia prioris quondam … ac Anne Vanden Durpe sororis eiusdem domni prioris quem dedit nobis LXXIJ libras preter alia dona atque redditum annuum …. domistandum suum in Ninovia ad anniversarij sui suorumque memorie a° 1598.

AC 100:37, p. 76, L33, c.1581 : rector domus Capellæ restaurationi eius cum opportuno fuerit invigilet.
AC 100:37, p.83, L16-17, c.1582 : rector domus Capellæ, data opportunitate, restaurationi dictæ domus viriliter insistat.
AC 100:39, p. 3, L16-17, c.1600 : priorem domus Capellæ super annum ad postulationem conventualium authoritate reverendi patris institutum confirmamus.
AC 100/28, p. 28, c.1620 : obierunt domnus Adrianus Dorpius professus et vicarius et alias prior domus Capellæ habens missam de B. M. per totum ordinem.

AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 6 julius : domnus Adrianus Dorpius, professus et vicarius domus Capellæ, alias prior et convisitator.

*BgM004*
***Adrianus Keppel.***
*e -    hos 1454.*

ChM004
**Adrianus Noteboom.**
d - ca 1524.
e - proc 1534
vic ? - †.
f - 15 février 1540.
g - copiste.

---

PB:

Lamalle, p. 212-213 : Pede fol. 74 : domnus **Adrianus Noteboom** monachus professus hujus domus, quem non nominat in suo Chronico domnus Joannes Amonius licet cum eo vixerit et procurator in hac domo fuerit anno 1534 et alijs fortassis annis. Receptus hic videtur et professus circa annum 1529, dum ab avunculo ejus dicit manuale domus in elecmosijnam aliquas pecunias accepimus. equidem. Et idem scripsit sermones Dionisij nostri ad religiosos et alia hujus opuscula quæ manuscripta. habemus in uno volumine ligata, in cuius fine scripsit : hunc librum scripsit in domo Capellæ ordinis carthusiani frater **Adrianus Noteboom** monachus professus eiusdem domus (ce manuscrit est conservé à la B. R.n. 1942 (inv. 1133-1135) : *Dionisius de Ryckel, Sermones*. La note relevéée par Pede se trouve f° 260v). Carta capituli nostri generalis anni 1540 habet obitum domni **Adriani** monachi professi et vicarii domus Capellæ, et certe ille idem est quia tunc temporis inter professos non dabatur alter **Adrianus.** Obiit autem 15 februarii hujus anni.

Pede fol. 74 : domnus **Adrianus Noteboom** monachus professus hujus domus, quem non nominat in suo Chronico domnus Joannes Ammonius licet cum eo vixerit et procurator in hac domo fuerit anno 1534 et alijs forsitan annis. Receptus hic videtur et professus circa annum 1524 dum ab avunculo ejus dicit manuale domus in eleemosijnam aliquas pecunias accepimus. equidem scripsit sermones Dionisij nostri ad religiosos et alia hujus opuscula quæ manuscripta habemus in uno volumine ligata, in cujus fine scripsit. Hunc librum scripsit in domo Capellæ ordinis cartusiensis frater **Adrianus Noteboom** monachus professus ejusdem domus. Carta capituli nostri generalis anni 1540 habet obitum domni **Adriani** monachi professi et vicarij domus Capellæ, et certe ille idem est quia tunc temporis inter professos non dabatur alter **Adrianus** obyt autem 15 februarij hujus anni.
AC 100:27/2, p. 25, L22, c.1540 : domnus **Adrianus**, professus et vicarius Capellæ.
AC279, Calendarium, 15 februarius : domnus **Adrianus** Noteboom, vicarius Capellæ.
Arsenal : 15 februarius domni **Adriani Noteboom** vicarii et quondam procuratoris huiuis domus.
Arsenal : 9 november, parentum fratris nostri **Adriani Noteboom** ac omnium pro quibus idem obligatur.

ChM005
**Alardus de Schoonhoven**
alias **Scoenhovia, de Sconhoven.**
c - cistercien a Bolwert (Frise, Pays-Bas).
d - ca 1429.
f - 28 mai 1469.
g - maître des novices.

---

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Alardus de Schoonhovia, monachus domus huius.
Pede fol. 25 : domnus **Alardus de Schoonhovia**, Hollandiæ oppido, monachus professus hujus domus, ante ingressum ordinis monachus ordinis Cistertiensis in Frisia et verosimiliter abbatiæ apud Bolswaert dictæ Oldeclooster in quo sepultus fuit Wilhelmus 4° Hollandiæ et Hanoniæ comes a frisonibus in bello occisus anno 1345. **Alardus** hic vel ut prædicti ordinis membrum vel a suo conventu delegatus interfuit concilio Constantiensi causa chismatis tollendi quod 30 annis pias fidelium mentes male vexaverat, dum cardinalium discordia plures in eodem tempore personas in Romanos pontifices eligeret. inceptum est concilium hoc A° 1414 et finitum 1418. Receptus est hic ad ordinem nostrum a domno Joanne de Atrebatho qui supra, anno 1429 et qui fuit magister novitiorum vir anxiæ conscientiæ. Ante mortem fere annis duobus cæpit ægrotare et laborare malo cruris ex quo verosimiliter est mortuus postquam fuisset in ordine plusquam 40 annis obyt autem in hac domo 28 may 1469.
Le Vasseur, *Ephemerides*, II, 168-169, **Alardus van Schoonhoven**, Herne, 1469, 28 mei. Ante ordinis ingressum, Instituti Cisterciensis monachus interfuit concilio Constantiensi. Annos plusquam quadraginta apud nos exegit, ob mores religiosissimos factus novitiorum magister, quos non solum verbo sed virtutum exemplis instituit ad omnem pietatem. Naturæ debitum persolvit, a.1469, die 28 maii. *Ex Chronico Cartusiæ Capellæ.*

AC 100:6, p. 109, L17-25, c.1470 : domnus **Alardus de Sconhonia**, monachus professus domus Capellæ Beate Marie prope Angiam….. pro qui fiat unum tricennarium defunctorum per totum ordinem … et dictus dominus **Alardus** habet anniversarium perpetuum per totum ordinem associandum cum primo anniversario currente post diem obitus eius qui fuit XXVIIJ may, et ita scribatur in kalendariis conventualibus domorum ordinis.
de Wal, 7043, f° 78v° : eodem anno (1469) in die Sanctorum Trinitatis obijt domnus **Alardus de Schoonhovia** professus domus Capellæ. Antea fuit monachus ordinis Cistertiensis in Frisia et interfuit concilio Constantiensi. Hic fuit plusquam 40 annis in ordine et magister novitiorum vir valde scrupulosus.
AC 100:12, p. 123, L3-9, c.1470 : domnus Aleardus de Sconahonio, monacus professus domus Capelle Beate Marie prope Angiam, sacerdos, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem]. Et dictus domnus **Aleardus** habet anniversarium perpetuum per totum ordinem associandum cum primo anniversario currente post diem obitus eius, que fuit XX°VIIJ ° maij. Et ita scribatur in kalendarijs conventualibus domorum ordinis.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 28 maius : **Allardus** monachus Capelle.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 28 maius : domnus **Alardus de Schoonhovia**, professus domus Capellæ.
Arsenal:
Schrije, 8:

*HFM004*
***Albertus de Loze.***
*d - Montdieu.*
*e - Ch P 1409-c.1411.*
*f - Montdieu 19 avril 1413 (c.1413).*

---

*Arsenal :*

*Pede fol. 7 : domnus Albertus de Lose, professus domus Montis Dei, et prior hujus domus Capellæ. Kalendarium dicit alias prior hujus domus indicans illum in illo officio non esse defunctum obiit autem 19 aprilis 1412.*
*AC 100:25, p. 500, L23-26, c.1410 : hactenus charta, in qua domus et provinciæ ordinis sunt dispositæ prout sequitur : provinciæ Picardiæ : domus Antwerpiæ, Beatæ Mariæ prope Monsteriolum, Capellæ, Sylvæ Sancti Martini, Brugis, Sancti Audomari, Gosnay monialium, Gosnay monachorum, Vallis Regalis, monialium Sanctæ Annæ prope Brugis, Abbatis Villæ, Vallencenarum.*
*AC 100:7, p. 14, L26-29, c.1411 : priori Capellæ ad suam magnam instantiam et propter senectutem et impotentiam laborandi fit misericordia. Cui iniungitur ut restituat domui Montis Dei omnes libros quos secum deportavit, et præficimus ibidem in priorem domnum Ioannes de Atrelato (sic) nuper absolutum a domo Mortui Maris.*
*AC 100 :7, p. 35, L18-20, c.1413 (ca 24 mai) : domnus Albertus Loize monachus sacerdos et professus domus Montis Dei pro qui fiat unum tricenarium per totum ordinem.*
*Lamale, p. 12 : (catalogus priorum) domnus Albertus Loze quondam prior huius domus.*
*Lamale, p. 38 : ab anno 1380 ad annum 1411 creduntur in hac domo prioratum tenuisse (quantum potuit coniici ex scriptis vel auditis) domins Lambertus, qui non scribitur huius domus monachus fuisse sed prior…, item Albertus Lose qui fuit monachus domus Montis Dei : obiit anno 1413 13 kalendas maii.*
*Lamalle, p. 40 : Post hunc domnum Henricum de Nullen fuit hic prior alius dictus domnus Henricus ut ex auditu comperi. Obiit 6 kalendas novembris. Iste præcessit per annum vel parum amplius in prioratu domnum Ioannem de Attrebato ; quia senex et imbecillis et non multum utilis legitur absolutus a capitulo generali. Ille erat monachus Montis Dei ut patet ex charta, vel saltem inde venit huc, si tamen nomen huius prioris qui immediate præcessit dominum Ioannem, de Attrebati non fuit dominus Albertus de Lose in latere præcedenti scriptus. De quo Alberto nihil certi potui invenire vel scripto vel auditu quo tempore hic prior fuerit (Lamall, note, Cette dernière hypothèse nous paraît la plus vraisemblable. La charte de 1411 qui absout le prieur à cause de son grand âge, lui ordonne de restituer des livres à la maison de Mont-Dieu ; or nous savons qu'Albert de Loze était profès de cette maison, qu'il était un lettré et qu'il fut absout de son priorat à un âge avancé.)*
*Lamalle, p. 138 : ?*

*AC 279,* Calendarium Cartusiense Bruxellensis, *19 aprilis : domnus Albertus, prior domus Capellæ.*

*BgM008*
***Alexander Palinck***
*alias* **Palync.**
*e - proc 1547-1550*
*SA proc 1551-22 juillet 1555*
*Bg P 1555-1557*
*Bg proc 1560-1561*
*Ch vic c.1562- ?*
*Bg sen 1569-1575*
*Kampen P 1576- †.*
*f - 17 mars 1579.*

---

*PB:*

*AC 100:40, p. 17, L35, c.1557 : priori domus Brugis non fit misericordia.*
*AC 100:36, p. 123, L32 – p.124, L5, c.1561 : domnum Mauricium Chancæum, 2° professum domus Brugis, eiusdem priorem in capitulo institutum, hortamur ut dictam domum in utroque statu multum collapsam in pristinam gloriam et observantiam regularem paulatim restaurare studeat. Et excusamus domnum* **Alexanderum Palinck** *de inobedientia, si officium vicariatus in domo Zerichzee a visitatoribus sibi iniunctum non acceptavit, quia ab illo per reverendum patrem cartusiæ per aliud mandatum relevatus erat. Ordinamus similiter, quod novitii quos de cætero Deus miserit, ad formam ordinis si apti et grati inveniantur, recipiantur et professi dictæ domus Brugis fiant, et non alterius domus. Commendamus tamen ipsam domum Brugis dicto domno Mauricio priori, ut de eleemosyna regiæ maiestatis (Philippi 2[ii]) etiam cum sustentatione Anglorum curet illam iuuare et relevare agravaminibus quantum licuerit et rationabiliter fieri poterit, ita ut per adventum Anglorum domus Brugis benedictionem et restaurationem accepisse inveniatur, prout speramus. Et dictus domnus Mauricius statim eodem tempore domus ipsa ordinarie visitetur.*
*AC 100:40, p. 52, L29 – p.53, L7, c.1561 : domnum Mauricium Chanceum, 2° professum domus Brugis, eiusdem priorem in capitulo institutum, hortamur ut dictam domum in utroque statu multum collapsam in pristinam gloriam et observantiam regularem paulatim restaurare studeat. Et excusamus domnum* **Alexandrum Palinck** *de inobedientia, si officium vicariatus in domo Zerichzee a visitatoribus sibi iniunctum non acceptavit, quia ab illo per reverendum patrem cartusiæ per aliud mandatum relevatus erat. Ordinamus similiter, quod novitii quos de cætero Deus miserit, ad formam ordinis si apti et grati inveniantur, recipiantur et professi dicte domus Brugis fiant, et non alterius domus. Commendamus tamen ipsam domum Brugis dicto domno Mauricio priori, ut de eleemosyna regiæ maiestatis etiam cum sustentatione anglorum curet illam iuvare et relevare a gravaminibus quantum licuerit et rationabiliter fieri poterit, ita ut per adventum Anglorum domus Brugis benedictionem et restaurationem accepisse inveniatur, prout speramus. Et dictum domnus Mauricius statim accepta charta capituli a visitatoribus introducatur, et per eosdem sttim eodem tempore domus ipsa ordinarie visitetur.*
*Le Vasseur, Ephemerides, I, 343,* **Alexander Palinck**, *Brugge-Kampen, 1579, 17 maart. Prior Campensis. — Ex prioratu cartusiæ Brugensis ad regomen domus Campensis translatus a.1576, non diu præfuit, nimium præpopera morte sublatus, cuius obitum notatur in charta anni 1579. Hic paulo antequam ex hac vita decederet, rebus licet adhuc stantibus ac mediocriter istic florentibus (licet heretica pravitas per Hollandiam grassaretur) non sine futuræ calamitatis præscusione ac quodam divini Numinis afflatu, lecto circumstantes identitem interpellavit, ut duplo profundius in terram cum defoderent, quam communis haberet consuetudo : futurum enim ut demortua religiosorum fratrum corpora etiam vomere tandem aliquando prosciudentur ; quod vaticinium equidem seu præsensionem rei probavit eventus. — Sunt namque sacra sepulchralia per abopminandum metaphoram in urbem translata, sanctissimorum patrum monumenta violata, eversa domicilia pietatis, ipsumque adeo suspiciendæ pulchritudinis templum cartusiæ Campensis non minus quam cœmetarium in usum cereris redactum. Hoc vaticinium ab Autberto Miræus in libello originum cartusiarum tribuiter domno Arnoldo Bemmellio rectori Campensis cartusiæ et* **A. Palinck** *successori (quem Arnoldum idem Myræus perperam priorem nominat) ; sed melius putat Theodorus Petræus noster in quadam epistola ad nostrum Petrum du Wal scripta, tribuendum esse præfato* **domno Alexandro Palinck**, *qui rebus adhuc bene florentibus (ut ipse Myræus testatur) e vivis abiit ; Arnoldus vero non decessit nisi turbata jam civitate.*

*AC 100:27/3, p. 238, c.1579: domnus* **Alexander Pasuix**, *prior domus Campensis, professus et olim prior et procurator domus Brugis.*

*SABg Fonds de Limburg Stirum, comptes, A:*
*RABg OKA passim.*

ChM006
**Amandus Claes**
alias **Nicolai.**
a – p. : Joannes
m. : Ida Marcelli
b - Joannes-Baptista
Geel (Anvers);
17 février 1656.
c - secrétaire d'Alphonse de Berghes a
Malines.
d - entré le 12 septembre 1675
? septembre 1676.
e - tons & ord min (Bruxelles) 17 décembre 1677
subd 8 juin 1677/ (Bruxelles) 18 décembre 1677
dia (Bruxelles) 4 juin 1678
sds (Malines) 6 avril 1680.
f - c.1718.

---

PB:

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, obierunt incerto die : domnus **Amandus Claes**, professus domus Capellæ.

Pede fol.125 : domnus Hugo Segers Angiensis, ante vocatus Christophorus, monachus hujus domus, vestitus 22 Octobris 1679 et anno sequenti professus. 1681, 3[a] may Mechliniæ minores et subdiaconatum recepit, in Pentecoste diaconatum et eodem anno sacerdos ordinatus primitias suas celebravit 18[a] octobris. ex his apparet quod ætatis fuerit ad presbyteratum dum fecit professionem, videturetiam quod vestem nigram deferret, forte clericus theologus dum receptus est, quia ut invenio ex veste ejus serica nigra facta est casula anno eodem 1681. post unum aut alterum annum post quam sacerdos factus esset, missus est ad domum Sylvæ Sancti Martini, unde huc redijt anno 1684. Anno sequenti fuit missus ex hac domo cum domno Pirot professo domus Gandavi qui hic hospitabatur, per cartam ad domum Monachorum Brugis, unde eodem iterum anno huc est reversus. habentur hic in originali versus aut Carmen ab illo compositum et dicatum domno Melchiori Pletincx priori suo, anno 1683, quod ingenium suum ostendit. Cæterum ab anno 1684 quo huc Bruga est reversus, nihil amplius de eo invenire potui; nec ejus obitus habetur in calendario nec in ulla carta capituli generalis quæ malam suspicionem præbent. unicum quod invenio in quodam manuali procuratoris anni 1696 quod V.P. visitator hic fuerit ut caperet (inquit) informationem super negotia P[r] Seghers.
Non possum tacere quod alias audivi dici, an verum aut falsum sit, novit Deus quod hic et domnus **Amandus Claes** cum ~~essent~~ fuissent optimi studiosi amentes facti, ad invicem scriptis litigaverint, inclusi vel ambo vel saltem unus ex ijs. interrogatus a me V.P. Kelders dum viveret sacrista noster et jubilarius an nihil audivisset de obitu domnus Segers, retulit: quod audisset quod desperatus obient et ideo corpus ejus non in cæmeterio sed in horto sacristæ sepultum sit. quid de hoc etiam sentiendum non audeo dicere, et quomodo hæc res se habeat Deus solus scit. Pater ejus fuit nobis magnus benefactor, habuimus enim ab illo tria plus minus bonaria terræ.

G. Vanden Berghe, Naamlijst van Geelse Priesters, Geel, 1980.

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 64 : Bruxellis die 17[a] mensis decembris 1677 quæ fuit feria sexta quatuor temporum ab illustrissimo ac reverendissimo domino Alphonso de Berghes archiepiscopo Mechliniensi. Tonsurati sunt … frater **Amandus Nicolaj** carthusiæ Herinensis, religiosus diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.
… Eodem die ad minores promoti sunt … **Amandus Nicolai** Carthusiæ Herinensis religiosus diœcesis Cameracensis vigore dimissorialium.
Die 18[a] mensis decembris 1677, quæ fuit sabbatho quatuor temporum Bruxellis ab illustrissimo ac reverendissimo domino Alphonso de Berghes archiepiscopo Mechliniensis ordinati sunt subdiaconi … frater **Amandus Nicolai** carthusiæ Herinensis diœcesis Cameracensis vigore dimissorialium.
1678. Bruxellis quarta Junij quæ fuit Sabbatho quatuor temporum Penthecostes ab eodem illusrissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo Mechliniensi ordinati sunt diaconi … frater **Amandus Nicolai** carthusiæ Herinensis diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.

Mechliniæ die sexta aprilis 1680, … presbyteri … frater **Amandus Nicolai** carthusiæ Herinensis diœcesis Cameracensis relig : vigore dimissorialium.

ChM007

**Amandus Opdenbergh.**

b - Etienne
Bruxelles
4 février 1729.

d - 15 décembre 1749.

e - tons & ord min 18 septembre 1750
subd 19 septembre 1750
sds 17 mars 1753
cité vic ? janvier 1756
SM vic 1759-1763
Lo vic 1763-1765
Di proc 13 novembre 1765-2 avril 1772
SA proc 12 avril 1772-1783.

f - 18 septembre 1783 (prêtre séculier a Oostkamp).

---

RAR 52 et 60:

PB:

AGR CR 353 :

RAH Kartuizers Zelem :

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 68 : die 18 septembris 1750. quæ erat feria VI quatuor temporum in sacello palatii archiepiscopalis Mechliniæ ab eminentissimo ac reverendissimo domino cardinali archiepiscopo promoti sunt … ad tonsuram clericalem et quatuor minores ordines … frater **Amandus op den Bergh** carthusiæ Herinnensis diœcesis Cameracensis schol: et cleric: vigore dimissorialium.

Die 19 septembris 1750. quæ erat sabbato quatuor temporum in sacello seminarii archiepiscopalis Mechliniæ infra missarum solemnia ab eminentissimo ac reverendissimo cardinali archiepiscopo Mechliniensi promoti sunt ad S. subdiaconatus ordinem frater **Amandus op de Bergh** carthusiæ Herinnensis diœcesis Cameracensis Acol: Vigore dimissorialium.

Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : religiosi professi huius domus Capellæ 1776 : **Amandus Opdenbergh** procurator domus monialium Brugis.

Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : status vel personnæ professæ domus Capellæ in januario 1756 : **Amandus Opdenbergh** professus huius domus vicarius.

AC 100/35, p. 208, c.1765 : concordat cum suo originali quod attestor frater **Amandus Opdenbergh**, vicarius cartusiæ Lovanii.

AC 100/35, p. 216, c.1766 : domnum **Amandum op den Bergh** professus domus Cappellæ (vicario domus Lovanii), a patre visitatore super annum in procuratorem institutum confirmamus.

AC 100/35, p. 255, c.1772 : domnum **Amandum Opdenbergh** professum domus Capellæ, ac procuratorem domus Diestensis a patre visitatore super annum in procuratorem institutum confirmamus

*RABg OKA 323:*

d Ydew p.277.

L. Vercammen (OCCR) : Antwerpen, wijdingen.

AOPG 2797 :

*SMM005*

***Amandus Servaes.***

*e -    P 15 juin 1745-10 juin 1752.*

ChM008
**Andreas van Doornik**
alias **de Tornaco.**
d - 1° ca 1454
2° Bx 23 avril 1479 (BxM007).
e - Delft ini 1470- ?
Zierikzee hos ? - ?
Bx 1479-1483
Ch hos 1483- ?
Geertruidenberg hos 1486-1488
Ch hos 1488- †.
f - 15 février 1507.
g - frère de ALM222 et d'un autre, P d'une chartreuse de la province picarde.
copiste.

---

PB:

Pede fol. 47-49 : domus **Andreas de Tornaco**, monachus professus hujus domus, receptus a domno Henrico de Loe priore circa anno 1452 et discipulus domni Laurentij de Musschezeke tunc vicarij, de eo domnus Joannes Ammonius auctor 2[di] Chronici nostri, scribit quæ vidit et audivit, quibus nos nostra hic adjiciemus quæ habent carta capituli nostri generalis et alia. Natus hic est Tornaci, Latinis litteris mediocriter imbutus juxta morem illius temporis. qui postquam anno sequenti professionem fecisset sacerdosque esset factus, in hac domo se ita laudabiliter gessit ut anno 1470 missus sit cum duobus alys hujus domus professis ad initiandam novam domum Delfensem ubi tamen non multis annis mansit sed hospes missus fuit ad domum in Scheut prope Bruxellas, in qua existens venit sequens litera reverendi patris generalis nostri anno 1480 quam habet Wallius Bruxellensis frater Antonius humilis prior domus majoris Cartusiæ, auctoritate capituli et nostra qua fungimur super annum ; ordinamus per præsentes et seriose injungimus, quod sub pæna inobedientiæ impleri volumus : ut domni **Andrea de Tornaco**, hospes in domo nostræ Domina de Gratia prope Bruxellam ordinis nostri cartusiensis, statim ibi profiteatur visis præsentibus prima die capituli, et de cætero pro professo ibidem habeatur ; injungentes priori et conventui ut in hoc nullam difficultatem faciant : nam ipsius loco domnus Joannes de Colonia eorum professus in domo Capellæ profitebitur, quod similiter fieri volumus et jubemus. Datum cartusiæ 12 martij anno Domini 1480 sub sigillo dictæ domus in testimonium præmissorum. Credimus quod illa litera effectum habuerit, sed anno 1483 domnus Andreas iterum in hac domo Capellæ residebat, et in carta capituli generalis an 1484 habetur: domnus **Andreas de Tornaco** professus domus Capellæ, ex illa domo vadat hospitatum ad domum Vallis Sancti Petri ad ordinis voluntatem, cum indigeat personis pro adjutorio chori. eo tamen non ivit sive quod infirmus esset seu infirmitatem allegaverit, quod ex carta anni sequentis videri potest, habet enim illa anni 1485, priori domus Capellæ non fit misericordia, et domnus **Andreas** monachus ibidem caveat de cætero patrem reverendum atque capitulum generale suis superfluis scripsit inquietare sicut hactenus fecit, alioquin carceri mancipetur quem admodum prius injunctum fuerat, et studeat in pace vivere cum priore suo atque conventu; neminem quovis modo inquietando; alioquin statim puniatur secundum formam statutorum. Insuper de translatione sua ad domum Vallis Sancti Petri, a capitulo generali anno præterito sibi injuncta quam non implevit propter suas infirmitates, habemus supportatum, attenta pænitentia quam sustinuit. Hac tamen admonitione nec his minis destitit, habet namque carta sequentis anni 1486 articulo domus Capellæ. Et domnus **Andreas** non amplius inquietet capitulum generale per suas frivolas literas sub poena carceris cum effectu, et prior dictæ domus in hoc non deficiat. Post hanc cartam per visitatores super annum est cambium inter illum et domnum Cornelium de Dordraco professus domus Beatæ Mariæ vulgo Monichuysen apud Arnhemium, qui venit hospitatum ad hanc domum Capellæ ille ivit ad Monichuysen. Hoc autem per capitulum generale sequens confirmatur his verbis anno 1487 : priori domus Beatæ Mariæ in Hollandia non fit misericordia et commutationem factam per visitatores de domno Cornelio de Dordraco, et domno Andrea monacho professo domo Capellæ, approbamus: et maneat uterque in loco per visitatores deputato, et sicut per cartam capituli prohibitum fuit de domno **Andrea** ne amodo molestare deberet capitulum generali suis frivolis scriptis sub pæna carceris ; ita etiam prohibetur ne de cætero molestet patrem reverendum sub simili pæna.
Anno sequenti 1488 per cartam capituli generalis ambo missi sunt ad domus suæ professionis his verbis domnus Andreas : articulo domus Hollandiæ « Et domnus Andreas ibidem hospes vadat ad domum suæ professionis, studeatque se conformare cum meliori pace quam hactenus suis confratribus. Sic domum reversus quievit usque ad cartam anni 1492 quæ iterum habet de illo,

articulo domus Capellæ : et de domno Andrea ibidem professo qui contra prohibitionem capituli generalis non desistit molestare idem capitulum ; committimus visitatoribus de cidendum ejus appellationem a correctione minus justam esse decernentes. Anno sequenti iterum apparet in theatro cartæ 1493 articulo Capellæ ; et domnus **Andreas** ibidem professus, alios non molestet et confiteatur juxta dictamen prioris, alioquin per abstractionem vini et victualium ad discretionem prioris puniatur donec se alys conformaverit. Siluit iterum per quatuor vel ultra annos et comparuit iterum in carta capituli anni 1498 sed pro ultima vice cum hac admoratione articulo Capellæ ». Et domnus **Andreas** monachus professus dictæ domus conformare se studeat ordinationibus prædecessorum priorum domus suæ ; et declaramus et etiam omnes ordinationes de ipso factas, tam per capitulum generale quam per visitatores sive priores domus suæ renovamus et ratificamus et in vigore permanere volumus.
Prosequimur nunc quæ scribit de eo author Chronici supradictus fol. 74. Plusculos inquit in hac domo transcripsit libros : partem commentariorum domini Augustini in Evangelium Joannis : et alios sermones diversos Augustini, et libellum de Mysterijs Missæ qui jacere solet in cathedra sacerdotis ad summum altare, et item alia litera transcripsit revelationes divæ Catarinæ de Senis et alia diversa.
Hic domnus Andreas erat homo robustus et staturæ sat eminentis, habens naturaliter bonam et sonoram vocem, et inter cantandum verba divina valde distincte et expresse pronuntiavit, et quemadmodum colloquii tempore juniores fratres admonere consuevit ut in choro et in canaculo legerent sicut scriptum est in libro Esdræ : distincte et aperte ad intelligendum, ita legebat ipse, opere docens quod alioqui docebat verbo. Qui tametsi A° 1500 (quo tempore novitius et recens in hac domo receptus fuit) inter monachos senior domus esset ; tamen omnia monachi munia publice et privatim sufficienter obibat, quæ fratribus nostris admodum grata fuerunt. Hic etiam paululum super frontem habuit a nativitate sua tuberculum ferme ad dimidiatæ nucis in glandis modum ; de quo paucis ante obitum annis : cum in tonstrina parumper ibidem læsus fuisset a tonsore, sanies cæpit effluere; ac postmodum pellicula cecidit ; et ipse plene sanatus fuit. Atque ubi prius erat tuberculus ibi postea remansit vallicula. Hic Andreas habuit etiamnum duos fratres in ordine cartusiensi professos : quorum alter quidem Robertus nominabatur, monachus et sacerdos professus in domo Sancte Catharinæ prope Antverpiam ; alterius autem fratris nomen ignoro, sed audivi ipsum fuisse professum in provincia Picardiæ et ibidem alicubi priorem quoque fuisse. Vixit domnus **Andreas** noster in ordine annos tres et quinquaginta et obyt in hac domo 15 februarij 1507. Andreas iste fuit discipulus domni Laurentij de Musschenzele, dixitque se non vidisse super terram hominem tam eximie sanctum, quam fuit prædictus iste domnus Laurentius.

de Wal, 7043, f° 16 : domnus **Andreas de Tornaco**, professus fuit domus Capellæ 1470, nisi fuerit illi alius cognominis, et secundam hic emisit professionem ut reor, idque 23 aprilis anno 1479, obijt 15 calendas martij anno 1507.
96r° : **Andreas de Tornaco**, professus domus Capellæ in monasterio Schuet secundo fæcit professionem de licentia et mandato reverendi patris cartusiæ, per epistolam sigillatam quæ eiusmodi tenoris est.
132v° : **Andræas de Tornaco** moritur qui et in hac secundam fecit professionem. Circiter anum 1453 receptus fuit in domo Capellæ ad statum monachi quidam juvenis **Andræas** nomine natus Tornaci, latinis litteris mediocriter imbutus iuxta morem illius temporis, qui postquam professionem facit in ordine plusculos conscripsit libros. Erat homo robustus staturæ sat imminentis habens naturaliter bonam et sonoram vocem, et inter cantandum verba divina valde distincte et expresse pronuntiavit, et colloquij tempore iuniores fratres admonere consuevit ut in choro et in cænaculo legerent sicut scriptum est in libro 2 Esdræ c. 3 distincte et aperte ad intelligendum, ita legebat ipse opere decens quod dicebat verbo. Quamvis inter monachos senior domus esset, tamen omnia monachi munia publice et privatim sufficienter obibat quæ fratribus nostris admodum grata fuerunt. Hic paululum supra frontem habuit a nativitate sua tuberculum ferme ad dimidiatæ nucis iuglandis modum, de quo paucis ante obitum annis cum in rasura ibidem læsus fuisset a tonsore sanios cæpit effluere ac postmodum pellicula cecidit et ipse plene sanatus fuit, atque ubi prius erat tuberculus, ibi postea remansit vallicula. Hic Andræas habuit duos fratres in ordine cartusiensi professos quorum unus Robertus nominabatur, professus domus Sanctæ Catharinæ prope Antverpiam, alreius autem fratris nomen ignoro, sed audivi fuisse professum in provincia Picardiæ et postea priorem Anno 1470 quando inchoata fuit domus ordinis nostri prope Delph Andræas iste cum alijs fratribus domus Capellæ missus est illuc. Et in domo Ziriczeæ aliquando hospes fuit sicut et in hac domo Bruxellensi, ibi secundam professionem fecit ex mandato reverendi patris, reversus est tamen postea ad domum Capellæ primæ suæ professionis ibi obijt hoc anno 1507 15 calendas martij. Vixit in ordine annos tres et quinquaginta.

AC 100:21, p. 82:

AC 100:27/2, p. 122, L16-17, c.1507: domnus **Andreas de Tornaco**, professus 1° Bruxellæ, ultimo domus Capellæ.

Arsenal : 15 februarius, domni **Andree de Tornaco** monachi domus huius.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 16 februari : domnus **Andreas de Tornaco**, monachus domus Capelle.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 15 februarius : domnus **Andreas de Tornaci**, monachus Capellæ.
Chri. De Backer, De Kartuize Monichusen bij Arnhem …, in Historia et Spiritualitas Cartusiensis, Ed. Jan De Grauwe, 1983, p.84, n° 10: hospes in Zierikzee 1480-1483, hospes Ch 1483-1486, hospes Monichusen 1487.

ChM009

**Andreas van Langenhove.**

e - tons & ord min (Bruxelles) 22 septembre 1645
subd (Bruxelles) 23 septgembre 1645
dia (Bruxelles) 24 février 1646
sds (Bruxelles) 26 mai 1646

f - 23 janvier 1679.

---

PB :

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 63, f° 13: Bruxellæ die vigesimo secundo 7bris 1645 in sacello palatij archiepiscopalis tonsuram insigniti sunt clericali … frater **Andreas van Langenhove** ordinis carthusiensis diœcesis Cameracensis vigore Vic: General:
f° 13v: ibidem eodem die promoti ad ordinis minores … frater **Andreas van Langenhove** ordinis carthusianorum, diœcesis Cameracensis vigore dimissorialium. V. S.
f° 14: Bruxellæ die vigesimo tertio septembris 1645. illustrissimo domino pontificalia exercente in parochiali Sanctæ Catharinæ, ordinati sunt subdiaconi … frater **Andreas van Langenhove** ordinis carthusianorum diœcesis Cameracensis. vigore dimissorialium.
f° 19: Bruxellæ die XXIV februarij M.DCXLVI in sacello sodalitatis patrum societatis JESV ordinati sunt diaconi … frater **Andreas van Langenhove** carthusianus diœcesis Cameracensis Vigore: dimissorialium. Vicar: general: sede vacante.
f° 25: Bruxellæ mensis may die vigesimo sexto MDCXLVI illustrissimo et reverendissimo domino archiepiscopo pontificalia exercente in Dominæ Catharinæ ad eodem ordinati sunt … f° 25: … presbyteri … frater **Andreas van Langenhove** ordinis carthusianorum diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium. sic: General: sede vacante.

AC 100/13, p. 67, c.1679 : domnus **Andreas van Langhenhoven**, professus Capellæ.
AC 100:27/6, p. 77, L13-14, c.1679 : domnus **Andreas Vanlanghenhoven**, professus domus Capellæ.
Pede fol. 119 : domnus **Andreas van Langenhoven**, monachus hujus domus professus mense decembris anno 1645 fuit factus postea sacrista quo præcise tempore non invenimus. obyt autem 22[a] januarij 1679.

Pede fol 125-128 : domnus Franciscus Bodart, Wavriensis, professus domus Liræ a prioratu domus Lovanij ad prioratum domus hujus Capellæ translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni Henrici Raeymakers absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem carta translati. Hoc tempore ubique bellum, ubique ruinæ in his partibus quæ revera in hac domo talem virum requirebant. Habebamus in civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum------ Refugium in vico dicto Willoy Stræte, unde factæ fuerant tres domus majores cum una minore, quæ locabantur extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. Petit, prior et conventus anno 1677 consentientibus V.V.P.P. visitatoribus a reverendo patre generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a V. patre Bodart et suo conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. visitatoribus concessa petitis a reverendo patre generali 11[a] Xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare domus illæ fuerint venditæ et quomodo venditio hæc maxime nobis profuerit in amortisatione bonorum nostrorum anno 17.
Reverendissimo in Christo patri priori Majori Cartusiæ et totius ordinis cartusiensis generali debitam obedientiam et reverentiam. Infrascripti prior et conventuales domus Capellæ Beatæ Mariæ prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, domos, quæ a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum : hæc considerantes juxta consilium proborum virorum, domus nostræ utilitati convenire judicamus, ut præfatæ domus dentur in emphyteusim vel vendantur, et earum prætium juxta statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo redditu sine onere reparationum et reddituum solutione quibus dictæ domus gravantur, pro quo jam præmisso ~~debt~~ debito cum conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam veerandis patribus visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a reverendissima paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus, quod sperant cum omni humilitate subscripti reverendissime pater. Humiles fily et servi vestri. frater Henricus Petit, prior frater Theodorus Mallants, vicarius. frater J. de Weese. frater Egidius

Thienpont S[a] **frater Andreas Langhenhove**. frater Joannes Baptista Verstrepen. frater Joannes Janssens. frater Hieronymus de Hoppenbrouwer, procurator. frater Petrus Oostelinck.

Cum aperte constet venditionem requisitam utilem domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus . actum in cartusia Lyrana die 29[a] marty 1677. frater Petrus Antonius Pecquius, prior domus Lyræ visitator, frater Hugo de Molinghen prior domus Lovanij convisitator.

Conceditur prout petitur. Datum cartusiæ hac 26 junij 1677. Reverendissimo in Christo patri priori Majoris Cartusiæ totius ordinis Cartusiæ generali meritissimo nec non venerandis P.P. provinciæ Teutoniæ visitatoribus.

Exponunt debita cum reverentia conventuales cartusiæ Herinensis alias Capellæ Beatæ Mariæ prope Angiam : ad suas devenisse manus libellumquemdam supplicem a se respective et prædeceporibus suis, prius V.V.P. visitatoribus, dein reverendissimo patri oblatum et ab utrisque respective 29[a] martij 1677 signatum et 26 junij, quo propter rationes inibi allatas licentia conceditur prout ex huic juncta copia videre est, vendendi et alienandi tres majores cum una parva, quas in præfata civitate Angiensi habent domos: quod tamen hactenus factum non est : sed cum eadem adhuc militent rationes et domus nostra insuper ære alieno misere gravata sit, quod mercenarijs et operarijs ægestatem et inopiam patientibus (quorum mercedem nequidem usque mane apud nos morari debet Levil. 19) multa debeamus nec aliundo satisfacere possimus ; ne ergo eos victu privando interfecisse dicamur. nam juxta ecclessia 34 : qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem.

Humiliter et obnixe rogamus et petimus, quatenus reverendum pater et V.V.P.P. visitatores, votis nostris suffragantes, consentire dignentur ut pretij harum domorum medictas (quod tatole ad 3600 florenis præter propter summam forsitan ascendet) applicari possit ad solutionem debitorum istorum maxime urgentium et in cælum clamantium: orabimus præterea Dominum Deum ut reverentiam vestram et venerandas Paternitates vestras diu servet incolumes. Datum in Domo Capellæ hac 17[a] novembris 1694. frater Franciscus Bodart, prior . frater Petrus Wouwermans, vicarius. frater Joannes Baptista Verstrepen. frater Joannes Janssens. frater Anthelmus Schoonheyt, procurator. frater Guilielmus vanden Looven, sacrista.

Nos infrascripti considerantes presentem domus necessitatem ac rei vendendæ utilitatem ; harum domorum approbamus venditionem, modo una prætij medictas applicetur ad solutionem debitorum, et altera ad emptionem aliorum bonorum immobilium. Actum in cartusia Bruxell[a] 22 9bris 1694. frater Hugo Gaethovius, prior domnus Bruxellensis, visitator. frater Constantinus Magnus, prior domus Gandavi, convisitator.

*BxM008*

**Andreas van Langenhove.**

*e -    hos 1685-1687.*

*LoM006*

***Andreas Lindt.***

*e -    hos c.1620-c.1625.*

*LoM007*
***Andreas Loodt***
*alias* ***Loet, Loot.***
*b -   Hulst (Zélande, Pays-Bas).*
*d -   24 avril 1560.*
*ord min 7 juin 1560*
*e -   subd 8 juin 1560*
*dia ? septembre 1560*
*proc 1561-1565*
*vic 1565*
*Ga proc 1565-c.1567*
*Ch P 1567-1570*
*Arnhem P 1570- †.*
*f -   3 septembre 1592 (en exil a Cologne).*

---

*Delvaux, MB, n° p. 1446 et 1478:*

*Arsenal :*

*PB :*

*Le Vasseur (L.),* Ephemerides, *t. III, p. 178b-179a. III die septembris. Andreas Loodt. Prior Monichusen. — Lovanii professus ; ex regimine domus Capellæ anno 1570 translatus ad gubernaculum Monichusen juxta Arnhemium, dum hanc cartusiam in pristinum splendorem restituere satgeret, hæreticis in urbem irrumpentibus, solum vertere cogitur prior cum plerisque monachis. De quo Theodoricus Petræus noster in quadam epistola meminit his verbis: « Optimus eruditissimusque Andreas Lotius professus Lovaniensis, patria vero Alostensis, in exilio felicissime moriens, Coloniensem nostram cartusiam anno 1592 cinerum suorum reliquiis beatiorem reddidit, sepultus ibidem in pace. Is enim ultimus fuit Arnhemensis domus præsul, summa cum industria omnem domus supellectilem sicuti et fundationis literas Coloniam tempestive transferens. » Hæc Petræus. Addit vero Petrus du Wal, Bruxellensis cartusianus, quod Andreas semper inculpate vixerit. Ejus obitus notatur in necrologio cartusiæ Coloniensis ad diem 3 septembris.*

*AAM, kartuizers, generalia, Gde Chartreuse: Solvit V. Pr. Prior Arnemus misericordia domnus Andreas Loot anno 1580 die septembris mensis 17 ad manus.*
*AAM, Acta Episcopalia Cameracensia, register 25, f° 163: f° 163: … Eodem die [septima junij 1560] accolati ibidem ordinati … Frater Andreas Loet ordinis carthusiensis conventus Lovaniensis.*
*f° 163v: … Altero die sabbato vero quatuortemporum fuerunt ordinati … prima subdiaconi … frater Andreas Loot cartusianus Lovaniensis.*

*Christian De Backer, De Kartuize Monichusen bij Arnhem …, in Historia et Spiritualitas Cartusiensis, Ed. Jan De Grauwe, 1983, p.84, n° 13 : vic Gent*

*AC 100:27/4, p. 35, L15-16, c.1593: domnus Andreas Lood, prior Monachorum in Gueldria, habens missam de Beata in 7 Provincijs Alemaniæ*

*Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Andreas Loodt hulstensis, professus Lovanii, prior tribus annis et hinc missus prior domus monachorum in Gelria.*

Pede fol. 84 : domnus **Andreas Loodts**, Hulstensis, professus domus Lovanij et tunc procurator in domo Gandavi, per cartam capituli generlis anno 1567 hujus domus Capellæ factus est prior, et hinc discessit domnus Baert rector domus ad domum suam Gandensem. sub eo tabula summi altaris quæ iconoclastarum furorem evaserat ut ante diximus, iterum suo loco fuit reposita et 7ª junij 1569 consecravit R. D: Martinus Cuperus S. Theolog doctor et episcopus Calcedonensis, suffraganeus Cameracensis 6 altaria in hac domo. primum in summo choro, in honorem ommium apostolorum. 2ᵐ in honorem B.V. Mariæ ante chorum 3ᵐ ibidem in memoriam B. Joannes Baptistæ. 4, in memoriam Beatæ Ursulæ et sodalium. 5ᵐ in memoriam Sancti Nicolai et omnium sanctorum episcoporum. 6ᵐ in memoriam Sanctæ Catharinæ Virginis et Martyris postridie hoc est 8 junij consecrata sunt ab eodem 3 altaria : primum in sacello Beatæ Virginæ Mariæ anteriore in memoriam ejusdem Beatissimæ Virginis, 2ᵐ in memoriam Sanctæ Annæ Matris B.V.M. et 3ᵐ in capitulo in honorem Salvatoris nostri D. J. Christi. Indulgentias concessit ex parte qua et reverendissimi archiepiscopi Cameracensis in omnibus altaribus in die anniversaria dedicationis eorum 80 dies, et in

omnibus diebus festis in quibus agitur memoria dictorum patronorum ut supra 40 dies indulgentiarum.
Per cartam 1570 facta misericordia priori domus monachorum ad suam magnam instantiam, additur in ea Cart : Et visitatores recepta charta capituli generalis, quanto eijus ad dictam domum accedant et dictæ domui de pastore idoneo provideant auctoritate capituli generalis. injecerunt autem P.P. visitatores oculos in nostrum Andream Loodts, qui statim ad illam domum pastore suo orbatam missus fuit, in qua fuit ultimus prior, paulo post eversa et diruta per hæreticos magnifica illa domo monachorum vel Monichuysen dicta, de qua videndus est Raissius. inceperat in illa domo multa reformare unde et eum laudat carta capituli generalis anni 1572 his verbis : priori domui Monachorum non fit misericordia, cujus sedulitatem et vigilantiam in reformatione dictæ domus multum gratam habemus, et rogamus ut perseveret et proficiat. Sibi vero commissos hortamur ut sint ad hoc faciles et suæ salutis semper memores. Exivit autem de medio nationis prava et ad domum Coloniensem se contulit in qua et obyt 3 7bris 1592, vir teste Wallio venerabilis admodum, ac pientissimus.
Pede fol. 88 : domnus Nicolaus Huardt monachus professus hujus domus, natus ut credimus in Marka pago Angiæ vicino, unde ut dicitur familia illa Huardorum originem sumpsit. Quo anno hic intraverit nondum inveni nec quo etiam professionem emisens. Procurator erat anno 1557, ad annum usque 1570 ; quo post cartam capituli translato domno **Andrea Loodts** (de quo supra) hujus domus priore ad prioratum domus monachorum, Nicolaus noster electione conventualium ex procuratore hujus domus nostræ factus est prior, 20[a] scilicet mensis junij.
Pede 107 : domnus Cornelius Eeckhaut, Alostanus, licet alibi sit professus potest inter hujus nostræ domus professos numerari. Receptus est enim in hac domo a domno Judoco de Moor priore et vestitus ab eo veste novitij in festo Sancti Brunonis anno 1577. exactis hic in novitiatu decem mensibus et prævalentibus hic hæreticis, cum religiosorum nostrorum quædam pars fugeret 6[a] aprilis 1578. Litteris obedientialibus V.P. visitatoris ex hac domo ad domum Ultrajectensem missus est domnus Petrus de Leeuwis hic hospes professus domum Bruxellarum, et cum eo frater Cornelius novitius. exactis et in domo Ultrajectensi decem mensibus, compulsus fuit cum cæteris conventualibus, præmentibus ibidem et hæreticis et illam domum relinquere et se cum alijs ad civitatem conferre, ubi in domo præpositi cathædralis ecclesiæ per annum cum dimidio habitarunt. inde missus fuit ad domum Coloniensem, in qua ordinante V.P. visitatore post probationem sex hebdomadarum fecit professionem nomine domus Ultrajectinæ quod anno sequenti 1581 a generali capitulo fuit ratificatum. Iverat ex hac domo Capellæ ad domum Ultrajectensem cum optimo testimonio V.P. visitatoris, sui prioris et omnium conventualium hujus domus, de bona pia ac religiosa conversatione ejus, et antequam professus est presente domnum **Andrea Loots** priore domus Monachorum munitus erat egregio testimonio conventualium Ultrajectensium. Fuit novitius duobus annis et decem mensibus. factus est postea procurator in domo Monachorum, et Ultrajecti anno 1604. magna certe stabilitas et constantia in novitio. Obyt hospes in domo Diestensi anno 1623.

ChM010
**Andreas Loons**
alias **Loens.**
b - ? octobre 1755.
d - ca 1776.
tons & ord min (Malines)21 septembre 1781.
subd (Malines)21 septembre 1782
e - cité 1783.
g - 1783: prêtre séculier.

---

RA Anderlecht, stuk 1269, toegang T 29 : Andreas Loens is naar Essene bij Asse gaan wonen
AGR CR 139.

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 69, f° 174v : Feria sexta quatuor temporum autumnalium qui erat dies 21[a] septembris anni 1781 in sacello domestico palatii archiepiscopalis Mechliniæ ad tonsuram clericalem et quatuor minores ordines ; die vero immediate sequente in choro ecclesiæ metropolitanæ S. Rumoldi Mechliniæ inter missarum solemnia promoti sunt sequentes ab eminentissimo ac reverendussimo domino cardinale archiepiscopo Mechliniensi ; ad tonsuram clericalem, et quatuor minores ordines tantum … Andreas Loens, ejusdem ordinis monasterii et diœcesis rite dimissus.
f° 186, ordinatio autumnalis. Die 20 septembris (1782), quæ erat feria VI quatuor temporum autumnalium ad tonsuram clericalem et quatuor minores ordines; die vero sequenti, seu 21 ejusdem mensis septembris, ad majores ordines, intra missarum solemnia, in sacello domestico palatii archiepiscopalis Mechliniæ ab emminentissimo ac reverendissimomo domino cardinale archiepiscopo Mechliniensi promoti sunt sequentes … ad sacrum diaconatus ordinem … frater Andreas Loens ordinis ff. carthusianorum monasterii de Herinnes ad Anghiam sub diœcesis Cameracensis Relig. Subdiacon. Rite dimissus.

**Andreas de Pontulo**
a -
b -
c -
d -
e -
f -

---

Arsenal : 19 september, parentum fratris nostri Andree de Pontulo monachi huius domus.

**Anonymus**
a -
b -
c -
d -
e - P ? – c.1333
f –

---

AC 100:44, p.14, L8, c.1333 : priori Sanctæ Mariæ de Capella fit misericordia.

ChM011
**Anthelmus van Mulders**
alias **Muylders.**
b - Egide
Bruxelles
? juillet 1730.
e - sds 29 septembre 1754
proc ? -1773-1783.
f - 1786: paroisse St-Géry a Bruxelles
11 mai 1787.

---

AGR CR 139:
AOPG 2797:
Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : status vel personnæ professæ domus Capellæ in januario 1756 : Antelmus van Muylders professus hujus domus coadjutor in domo. ( ?)
Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : religiosi professi huius domus Capellæ 1776 : domnus Anthelmus Van Mulders procurator hujus domus.
AAM, acta episcopalia Mechliniensia, Register 139A van 15 mei 1786, f° 54: P. Ægidius Van Mulders, clerici Bruxellensis, 56 (jaar), Carthuijsersstraet, Sacerdos Cartusianus suppressus.
AAM, Acta Episcopalia Mechliniensia, Fonds de Franckenberg, nr 18 bundel nr 35 :
Mechliniæ 30 junij 1786
Catalogus Religiosorum ……… sub parochia Sancti Petri et Pauli Mechliniæ 26 Xbris 1783
Reverendus domnus Ægidius Van Mulders procurator der Cathuijsers van het clooster van Ieren (Herne).

L. Vercammen (OCCR) : Antwerpen, wijdingen.

ChM012
**Anthelmus Schoonheyt**
alias **Schembreict.**

b - Nicolaus ;
ca 1653.

d - entré 28 octobre 1679
pfs 1680.

e - tons & ord min (Bruxelles) 28 février 1681
subd (Bruxelles) 1 mars 1681
dia (Bruxelles) 31 mai 1681
proc ? -1700
SM vic c.1700-1703
SA proc 1703-1710
Ch coa 1710- †.

f - c.1723.

---

Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : 1699 … frère Anselme Schoonheyt, prêtre et procureur de ce couvent reconnaît etre agé en 1699 de 46 ans

RAR 53:

PB:

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, obierunt incerto die : domnus Anthelmus Schoonheydt, professus et coadjutor domus Capellæ, 1723.

RABg CE 782:

Pede fol 125 – 128 : domnus Franciscus Bodart, Wavriensis, professus domus Liræ a prioratu domus Lovanij ad prioratum domus hujus Capellæ translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni Henrici Raeymakers absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem carta translati. Hoc tempore ubique bellum, ubique ruinæ in his partibus quæ revera in hac domo talem virum requirebant. Habebamus in civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum. Refugium in vico dicto Willoy Straete, unde factæ fuerant tres domus majores cum una minore, quæ locabantur extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. Petit, prior et conventus anno 1677 consentientibus V.V.P.P. visitatoribus a reverendo patre generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a V. patre Bodart et suo conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. visitatoribus concessa petitis a reverendo patre generali 11[a] Xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare domus illæ fuerint venditæ et quomodo venditio hæc maxime nobis profuerit in amortisatione bonorum nostrorum anno 17.
Reverendissimo in Christo patri priori Majori Cartusiæ et totius ordinis cartusiensis generali debitam obedientiam et reverentiam. Infrascripti prior et conventuales domus Capellæ Beatæ Mariæ prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, domos, quæ a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum : hæc considerantes juxta consilium proborum virorum, domus nostræ utilitati convenire judicamus, ut præfatæ domus dentur in emphyteusim vel vendantur, et earum prætium juxta statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo redditu sine onere reparationum et reddituum solutione quibus dictæ domus gravantur, pro quo jam præmisso ~~debt~~ debito cum conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam venerandis patribus visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a reverendissima paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus, quod sperant cum omni humilitate subscripti reverendissime pater. Humiles fily et servi vestri. frater Henricus Petit, prior. frater Theodorus Mallants, vicarius. frater J. de Weese. frater Egidius Thienpont, sacrista. frater Andreas Langhenhove. frater Joãn Bapt[a] Verstrepen. frater Joannes Janssens. frater Hieronymus de Hoppenbrouwer, procurator. frater Petrus Oostelinck.
Cum aperte constet venditionem requisitam utilem domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus. Actum in cartusia Lyrana die 29[a] marty 1677. frater Petrus Antonius Pecquius, prior domus Lyræ, visitator, frater Hugo de Molinghen, prior domus Lovanij, convisitator.

Conceditur prout petitur. Datum Cartusiæ hac 26 Junij 1677. Reverendissimo in Christo patri priori Majoris Cartusiæ totius ordinis Cart[æ] generali meritissimo nec non venerandis P.P. provinciæ Teutoniæ visitatoribus.
Exponunt debita cum reverentia conventuales cartusiæ Herinensis alias Capellæ Beatæ Mariæ prope Angiam : ad suas devenisse manus libellum quemdam supplicem a se respective et prædeceporibus suis, prius venerandis P. visitatoribus, dein reverenfissimo patri oblatum et ab utrisque respective 29[a] martij 1677 signatum et 26 junij, quo propter rationes inibi allatas. licentia conceditur prout ex huic juncta copia videre est, vendendi et alienandi tres majores cum una parva, quas in præfata civitate Angiensi habent domos : quod tamen hactenus factum non est : sed cum eadem adhuc militent rationes et domus nostra insuper ære alieno misere gravata sit, quod mercenarijs et operarijs ægestatem et inopiam patientibus (quorum mercedem nequidem usque mane apud nos morari debet Levil. 19) multa debeamus nec aliundo satisfacere possimus; ne ergo eos victu privando interfecisse dicamur. nam juxta eccles 34 : qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem.
Humiliter et obnixe rogamus et petimus, quatenus reveredum pater et V.V.P.P. visitatores, votis nostris suffragantes, consentire dignentur ut pretij harum domorum medictas (quod tatole ad 3600 florenos præter propter summam forsitan ascendet) applicari possit ad solutionem debitorum istorum maxime urgentium et in cælum clamantium: orabimus præterea Dominum Deum ut reverentiam vestram et venerandas paternitates vestras diu servet incolumes. Datum in domo Capellæ hac 17[a] novembris 1694. frater Franciscus Bodart, prior . frater Petrus Wouwermans, vicarius . frater Joannes baptistæ Verstrepen. frater Joannes Janssens. **frater Anthelmus Schoonheyt**, procurator. frater Guilielmus vanden Looven, sacrista.
Nos infrascripti considerantes presentem domus necessitatem ac rei vendendæ utilitatem; harum domorum approbamus venditionem, modo una prætij medictas applicetur ad solutionem debitorum, et altera ad emptionem aliorum bonorum immobilium. Actum in cartusia Bruxell[a] 22 9bris 1694. frater Hugo Gaethovius, prior domus Bruxellensis, visitator. frater Constantinus Magnus, prior domus Gandavi, convisitator.

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 64: Bruxellis die 28 februarij anno 1681 feriam sextam quatuor temporum ab illustrissimo et reverentissimo domino Alphonso de Berghes, archiepiscopo Mechliniensi, in sacello suo domestico. Tonsurati sunt … Antelmus Schoonheyt carthusiæ Capelle Beatæ Mariæ prope Angiam religiosi diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.
… Eodem die promoti sunt ad minores … Antelmus Schoonheyt carthusiæ Capelle Beatæ Mariæ. prope Angiam religiosi diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.
Bruxellis die primam martij anno 1681. Sabbatho quatuor temporum ab illustrissimo et reverentissimo domino Alphonso de Berghes, archiepiscopo Mechliniensi in ecclesia parochiali Sanctæ Catharinæ ordinati sunt subdiaconi … Anthelmus Schoonheyt cartusiæ Capelle Beatæ Mariæ prope Angiam religiosi diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.
Bruxellis die 31 maij 1681. Sabbatho quatuor temporum Penthecostes ab illustrissimo et reverentissimo domino Alphonso de Berghes, archiepiscopo Mechliniensi in ecclesia parochiali Sancti Nicolai, ordinati sunt Diaconi … Anthelmus Schoonheyt Carthusiæ Capelle Beatæ Mariæ prope Angiam religiosi. diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.

AC 100/28, p. 188, c.1700 : domnus Anthelmus Schembert, procurator vadat ad domum Sijlvæ Sancti Martini ibique exerceat officium vicarij.

ChM013
**Antonius Cuvelier.**
e - SM vic 1743-1745
AL hos 1745-c.1745
Ch vic c.1745-c.1746
Ch cité c.1746- †.
f - 30 aout 1765.

---

PB:

RAR 52:
Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : status vel personnæ professæ domus Capellæ in januario 1756 : Antonius Cuvelier professus hujus domus hactenus Amens.
AC 100/35, p. 212, c.1766 : obiit domnus Antonius Cuvelier professus domus Cappellæ.
AC 279/2, Necrologium, 30 augustus : domnus Anthonius Cuvelier professus domus Capellæ allias vicarius ejusdem nec non domus Sijlvæ Sancti Martini. 1765.

*SMM013*
**Antonius du Lieu.**
*e - hos c.1643-c.1644.*

*AnM007*
***Antonius Mare.***
*e -* *vic 1680-1682*
*coa ? -c.1697.*

---

ChM014
**Antonius Moens.**
b - Louvain (Brabant).
d - entré 1456.
e - sds (a Cambrai) 1461
cité 1487
f - 13/14 avril 1503 (Jeudi-Saint).
g - copiste.

---

Lamalle, p. 112-3 : anno 1456 receptus fuit in hac domo ad statum monachi Antonius Moens civis Lovaniensis probus iuvenis, litteris latinis mediocriter imbutus, peritusin arte musica, et ut dicunt organista. Mansuetus homo, lenis et tranquillus. Qui postquam fuit professus in ordine factusque sacerdos, scripsit multos in hac domo libros, quia scriptor admodum elegans fuit ; gradualia conscripsit complura et homilias quæ sunt in usu nunc in choro, et librum residuorum ; quæ residua sermonum et homiliarum in refectorio leguntur. Itemque sermones Sancti Bernardi abbatis, qui leguntur etiam ibidem ; et librum qui iacet super pulpitum ante sedem sacerdotis iuxta summum altare ; et alia multa. Fuitque fratribus multum dilectus. Et propter assiduos scriptitandi labores suos habuit gratiam tam in cibo quam in vino frequenter. Et prompte sequebatur conventum, etiam cum esset senex scipione fultus. Et omnia sacerdotis et monachi munia lætus et alacer obibat quamdiu potuit tam in choro quam in refectorio, quamvis in senectute suæ chyragra et podagra multum laboraret. Cum in ordine diu non fuissem professus, quodam tempore hiemali, et in cellis cum nocturnas legeremus vigilias, infirmarius qui ministrabat Antonius, venit ad me dicens : venito et me adiuva. Nam infirmum solus transponere a lecto ad sedem non valuit infirmarius. Etenim ad quemlibet levem tactum, miserabiliter exclamabat præ dolore : o mi Ioannes non habes misericordiam erga me ? tu mihi frustratim frangis pedes, tu mihi tibias dirumpis, enecas me, Ioannes. et tame, dubio procul ita suaviter ac modeste cautimque tractavit cum infirmarius ac si mater eius vel filia fuisset. Ecce quam verum est quod alibi dicit Plinius : Unicuique suus dolor videtur esse gravissimus. Erat autem Antonius alioquin mire patiens, sicuti semper fuit bonus et relogiosus, sed non facile quisquam scire potest quid aliquando sibi sit eventurum. Cæterum rite præparatus et sumptis ecclesiæ sacramentis, feliciter ad Dominum migravit, idibus aprilis, tempore completorij, præsente conventu fratrum, psalmosque et præcationes suppliciter recitante. eratque dies illa Cœna Domini 1503.

Pede fol. 22 : addit Chronicon nostrum scriptum a Vl. P. domno Arnoldo Beeltrisen de quo infra : Hic fuit magister meus in ordine postquam primus magister meus domnus Joannes Balen fuit missus ad domum Bruxellæ noviter inhabitatæ. etiam fuit magister fratrum **Antonij Moens** de Lovanio et Joannis Gillaert de Sancte Audomaro qui anno eodem quo ego fuerunt recepti scilicet 1456. Scripsit unum missal in cujus prima pagina V.

Pede fol. 41-42 : domnus **Antonius Moens**, Lovaniensis, monachus professus hujus domus, receptus a domno Henrico de Loe, Lovaniensi, hujus domus priore anno 1456. Sacerdos factus Cameraci anno 1461, initio quadragesimæ quæ deinceps relaturus sum scribam ex 2° Chronico Capellæ quodgesta narrat illorum qui initio hujus sæculi vixerunt ad medium fere seculi. Ait ergo de hoc Antonio fol. 69. Probus juvenis receptus est, litteris latinis mediocriter imbutus, penitus in arte musica et ut dicunt organista mansuetus lenis et tranquillus. qui posteaquam fuit professus in ordine factusque sacerdos, scripsit multos in hac domo libros, quia scriptor admodum elegans fuit. Gradualia scripsit compluria et homilias quæ sunt in usu nunc in choro, et librum residuorum quæ residua sermonum et homiliarum in refectorio leguntur. Itemque sermones divi Bernardi abbatis qui leguntur etiam ibidem, ut librum qui jacet super pulpitum ante sedem sacerdotis juxta summum altare, et alia multa. fuitque fratribus multum dilectus ; et propter assiduos scriptitandi labores suos, habuit gratiam tam in vino quam in cibo frequenter. Et prompte sequebatur conventum enim cum esset senex, scipione fuitus. et omnia sacerdotis et monachi munia lætus et alacer obibat quamdiu potuit tam in choro quam in refectorio, licet tempore senectutis suæ chiragra et podagra multum laboraret. Cum in ordine diu non fuissem professus (auctor Chronici loquitur) quodam tempore hyemali et in cellis cum nocturnas agremus vigilias, infirmarius qui ministrabat **Antonius**, venit ad me dicens : venito et me adjuva. nam infirmum a lecto ad sedem transponere solus non valuit infirmarius.
Etenim ad quemlibet levem tactum miserabiliter exclamabat præ dolore, et tamen proculdubio ita suaviter et modeste cautimque tractavit cum infirmarius ac si materejus aut filia fuisset. Ecce quam verum est quod dicit Plinius : Unicuique suus dolor sibi videtur esse gravissimus. Erat autem Antonius alioqui mire patiens sicuti semper fuit bonus et religiosus. sed non facile quisquam scire potest quid aliquando sibi sit eventurum. Cæterum rite præparatus et sumptis ecclesiæ sacramentis

feliciter ad Deum migravit idibus aprilis hoc est 13[a] circa tempus completorij presente conventu fratrum psalmosque et præcationes suppliciter recitante. eratque dies ille cæna Domini A° 1503.

Le Vasseur (L.), Ephemerides, t. I, p. 452b. XIII die aprilis **Antonius Moens**, monachus Capellæ. De quo Chronicon hujus cartusiæ agit his verbis : « Antonius Moens de Lovanio, professus hujus domus, vir mansuetus et tranquillus ac miræ patientiæ inter aculeos chiragræ et podagræ dolores, qui licet tali morbo continuo pene laboraret, etiam in extrema senectute, conventum tamen prompte sequebatur fltus scipione, semperque quantum potuit, omnia sacerdotis et monachi munia lætus et alacer obibat : unde meruit ut in præsentia totius conventus inter psalmos et precationes animam exhalaret, postquam annos circiter quinquaginta in ordine vixisset. Decessit in Cœna Domini, anno millesimo quingentesimo tertio, die vero 13 aprilis.
Arsenal.

AC 100:27/2, p. 94, L17-18, c.1503 : domnus Antonius, professus domus Capellæ.
AC 279/2, Obituaria Cartusiæ Lirensis, 14 aprilis: domnus Anthonius monachus Capelle.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 14 aprilis : domnus Antonius Moens, professus domus Capellæ.
Schrije 12:

*ALM013*

***Arnoldus van Aarschot***

*alias* ***Anchot, Arichot, Hadscot.***

*e -* *cité 1533.*

*AL ? -c.1560*

*Ch hos c.1560- c.1565*

*sen ? - †.*

*f -* *ant 28 avril 1579.*

*g -* *peut-être hos d'un autre monastère en 1562 et 1564(?).*

---

*PB:*

*SAL, kartuizers, doos 35, akte van (op de omslag staat 2[de] moitié du XVIe s. en 1551 ou après, car Knobbaert n'arrive a Lierre qu'en 1552 et Willem, vicaire décède le 21 décembre 1552): Wij broeder Pieter van Scherpenisse prior, Symon vanden Roije procurator,* ***Aerd van Aerschot****, Jacob van Antwerpen, Henrick van dermonde, Chystopher Overheet, Huijbrecht Knobbaert, Melchior van Vilvuerden, Willem vicaris, Henric van Loeven ende Pauwels van Loeven (?) alle conventualen professien des godtshuijsvan Sinte Catherine der ordinem van de chartroisen binnen de stad van Lyere.*

*AC 100:40, p. 39, L13-14, c.1560 : domnus* ***Arnoldus****, senior domus, vadat hospitatum ad domum Capelle, et ibi exerceat officium vicarii.*

*AC 100:40, p. 144, L31-33, c.1565 : de domno* ***Arnoldo****, quem venerabilis prior dicte domus petit remitti ad domum Lire, visitatores providebunt.*

*AC 100:27/3, p. 239, L25, c.1579: † domnus* ***Arnoldus*** *Aeichot, professus et antiquior domus Lyræ.*

*AC 279/2,* Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 28 aprilis: Arnoldus Hadscot, monachus professus et senior domus.*

*AC 279/2,* Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 28 aprilis: domnus* ***Arnoldus Aerscotamus*** *monachus professus et senior domus hujus.*

ChM015
**Arnoldus Beeltsens**
alias **Beeltrisens.**
b - Tollembeek(Brabant).
c - études chez Simon Vlecoton (SMD056) a Grammont et Enghien; études a Louvain.
d - entré ? mai 1456.
e - sds 1460
vic 1483- †.
f - 18 février 1490/1489.

---

Lamalle, passim:

Pede fol. 22 : addit Chronicon nostrum scriptum a Vl. P.D° **Arnoldo Beeltrisen** de quo infra : Hic fuit magister meus in ordine postquam primus magister meus domnus Joannes Balen fuit missus ad domum Bruxellæ noviter inhabitatæ. etiam fuit magister fratrum Antonij Moens de Lovanio et Joannis Gillaert de Sancte Audomaro qui anno eodem quo ego fuerunt recepti scilicet 1456. Scripsit unum missal in cujus prima pagina V.
Pede fol. 34 : domnus **Arnoldus Beeltrisen**, Tollebecanus, monachus professus hujus domus, receptus circa medium may 1456 a domno Henrico de Loe, priore, professus anno sequenti sub domno Arnoldo Kaerman, priore. Hic contulit nobis 17 jornalia terræ prope Cromrycke. Hic scriptor est ex collector primi Chronici Capellæ vocati, in quo in ijs quæ tempore quo in ordine vixit, describendis, fidelis creditur, verum in anterioribus eum errasse invenimus ; nec mirandum, quia ut nos ad procuraturæ chartas accessum non habebat. In fine antiquioris hujus Chronici scriptum est manu alterius. Anno Domini 1489 obyt domnus **Arnoldus Beeltrisen** in februario collector hujus Chronici, in qua secundum æstimationem suam multa posuit, quia non potuit de tantis annis elapsis usque ad suum tempus de omnibus veritatem invenire. Multo tamen labore ex cartis capituli generalis tum etiam ex martyrologio (calendario) diversa collegit et in hanc formam usque ad suum tempus compegit. de hinc omissis frivolis inserantur quæ digna sunt. Anno 1483, ex correctore et cantore chori ut erat, misso domno Jacobo de Bursalia, vicario ad domum monialium prope Brugas, factus est vicarius hujus domus. Pergit altera manus ad finem Chronici ejus: Vivus fuit iste **Arnoldus** in exemplum conversandi, quia omnibus diebus vitæ suæ fuit diligens et bonus chorista et egregius cellista, qui tria antiphonaria notula vit et duo gradualia. fuit etiam vicarius et corrector. in exemplum timendi Deum fuit iste **Arnoldus**, quia inventus fuit mortuus se dens ante lectum suum, præfuerat tamen infirmus, ideo taliter quis que vivat qualiter mori desiderat. pro consolatione tamen ejus tenetur illud: Justus si morte præoccupatus fuerit; in refrigerio erit. obyt 18 february ut supra A° 1489.
Pede fol. 53-54 : domnus Joannes d' Oerts, Bruxellensis, monachus professus hujus domus, receptus a domno Arnoldo Kaerman, priore A° 1473 et vestitus in festo omnium sanctorum, professus anno sequenti eadem die. Audiamus de eo $2^{m}$ Chronicon fol 78. Juvenis (inquit) probe, indolis, literis latinis mediocriter imbutus prout erant illa tempora. qui posteaquam in ordine professionem fecerat, ad sacros ordines etiam recipiendos missus ; sacris initiatus est ; hypodiaconus primum factus est, ac deinde alio tempore diaconus: nec ultra processit. quia tentationibus nescio quibusdam cæpit affici; et prior hujus domus (sicut audivi) durus et asper illi fuit; cujus assiduis increpationibus et afflictionibus sic erat oppessus; ut sensum perdiderit suum. bona quidem memoria tenaxque remansit ei, sed intellectus et rationis organa fuerunt in eo violata; neque
vires animæ suæ recuperavit unquam in vita sua super terram.
Non defuerunt qui tempestive pro fratre loquerentur et domno Arnoldo priori dicerent etiam modeste et cum reverentia : quod ipse quibusdam nimis severiter agere videretur cum junoire fratre ; at ille fratribus benevole monentibus non obtem peravit non acquievit, responditque : meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis, se porro non ignorare quid ageret aut quid agendum esset. Quamquam autem domnus Arnoldus, prior ita loquebatur, scimus tamen scriptum esse: si quis se existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire. et iterum, apostolus dicit : dico per gratiam quæ data est mihi, cuilibet versanti inter vos, ne quis arroganter de se sentiat supra quam oportet de se sentire: sed ita sentiat, ut modestus sit et sobrius. Domnus Arnoldus iste forsitan non bene memor fuit Apostoli dicentis : Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate eos in disciplina et correptione Domini. Filius namque hominis sicut ipse ait, non venit ad perdendas animas hominum sed ad servandas. Iterumque apostolus ait. Patres nolite ad indignationem provocare filios vestros ne pusillo animo fiant ; hoc est ne despondeant animum. illud autem quod apostolus docet : episcopum non debere percussorem esse, non pertinet ad violentiam manuum ; sed ad linguæ acerbitatem, ne sevus et improbus sit objurgator. id enim divus adnotavit Hieronimus, quod fortasse nescivit domnus

Arnoldus iste prior. Uteumque se res habet, erat tamen miserandum, nam frater inutilis semper fuit et alijs onerosus. Cantor dumtaxat hebdomadarius erat, quando sors ejus venerat. in observationibus ordinis pulchre fuit institutus, quas etiam probe semper servavit. Neque dixit, neque fecit quiequam toto tempore quo novi eum, quod objurgatione dignum esset.
Sequebatur conventum die ac nocte atque hebdomadatim unus cumeo privatim monachus legebat horas ; versabaturque nobiscum sicut innocens ovicula. Antequam sensu de ficeret, scripsit librum cui titulus est ; obitus domni Hieronimi qui jacere solet in Bibliotheca, et missale quidem postea cepit scribere sed non complevit, nam quod scribendum restabat domnus **Arnoldus Beeltrisen** supplevit. habitavit autem frater Joannes longo tempore in cella cui titulus est K, quæ anno 1502 fulmine tacta fuit tempore vesperarum. vidimusque inibi signa quædam maligni spiritus in pariete, velut indicia ungularum. et ubi solebat Joannes scribere, dilaceratum et diruptum et disjectum sedile cum pluteo fuit. At vero in parte superiori domus quædam pars tigni fuit detracta; et quod detractum erat jacebat ibi in cumulo minutim ac si fuisset commolitum. Atque post dies paucos syderatus, sive paralysi percussus fuit idem frater ; ita quod dextrum latus ejus esset invalidum. claudicabat dextro pede dextraque manu parum se juvare quivit. ac deinceps non veniebat ad chorum nec ad cænaculum, nec ad capitulum, sed privatim legebat ad commodum suum quod potuit solus. Laici ministrabant ei curamque ipsius habebant præcipué tamen frater Godefridus Harenberghe aderat ei frequenter. Ac tandem senex effectus obyt 14 decembris 1511.
Hæc scripta sint ut posteri cautius agant cum fratribus suis et meminerint eos esse membra Christi et Christi sanguine redemptos.

Le Vasseur (L.), *Ephemerides*, t. I, p. 201b, vicarius Capellæ. De Tollenbeke ; anno 1456 ordinem nostrum ingressus, circa annum 1483 vicarius ordinatur. Fuit religiosæ admodum conversationis, silentii solitudinisque cultor eximius, exemplaris et egregius chori zelator ; e vivis excessit anno 1489, 18 februari. *Ex Chronico Cartusiæ Capellæ.*
KBR, Ms. 7043, *Collectaneum rerum* …, f° 108r (146) : Anno 1489 in februarij obijt domnus **Arnoldus Beeltusem** de Tolenbecque collector Chronicæ domus Capellæ, qui vivus fuit in exemplum conversandi quia aomnibus diebus vitæ suæ semper diligens bonus chorista et egregius cellista vicarius et corrector fuit, et mortuus in exemplum timendi Deum quia iuventus fuit mortuus sedens ante lectum suum fuerat tamen infirmus, sed iustus si præoccupatus fuerit erit in refrigerio. Scripsit antiphonaria notavit gradualia.
Arsenal : 18 februarius : fratris Arnoldi Beeltsen monachi domus huius et quondam vicarii.

Schrije 13.
V.P.D. Stanislaus AUTORE, Monachus Ordinis Cartusiensis, Scriptores Ordinis Cartusiensis, TOMUS PRIMUS, SCRIPTORES ANONYMI, ÉDITÉ PAR JEAN PICARD, 76 : Forte primus auctor hujus Chronici est domnus **Arnoldus Beelensen**, ejusdem domus Vicarius, qui obiit anno 1489…

ChM016
**Arnoldus Biels**
alias **Viels, Yels.**
b - Diest (Brabant).
d - ca 1423.
e - sac ? - ?
proc 1461
cité 1462- †.
f - sen 24 juin 1463.
g - copiste.

---

PB:

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Arnoldus Biels de Diest.
Pede fol. 24 : domnus **Arnoldus Biels** de Diest, monachus professus hujus domus circa annum 1423, receptus a domno Joanne de Atrebato, fuit sacrista et procurator hujus domus, et scripsit libros multos in hac domo scilicet speculum historiale in 4° voluminibus, Pantheologiam totam in uno volumine, secundam 2[de] S. Thomæ super Isaïam, libros Fulgentij &c. in eodem, summam Pysanam som super 12 Prophætas, et duo fere volumina de Postilla Nicolai de Lira super antiquum testamentum. obyt senior in hac domo 24[a] junij 1463

AC 100:5, p. 178:
AC 100:27, p. 62, L24-25, c.1464 : domnus **Arnoldus Viels**, professus domus Capellæ, habens anniversarium perpetuum sub 24 junij.
AC 100:12, p. 44, L30, c.1464 : domnus **Arnaldus Biols**, monachus professus domus Capelle Beate Marie, sacerdos, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 24 junius : domnus **Arnoldus Biels** monachus domus Capelle.

Arsenal : 29 novembris parentum fratris nostri **Arnoldi Biels** hujus domus professi ceterorumque amicorum benefactorum eiusdem.

Schrije 14.

ChM017
**Arnoldus Campenioen**
alias **Campengoen.**
b - Geertruidenberg (Brabant-Septentrional, Pays-Bas).
d - 1° Val-St-Pierre (HFM011)
2° Ch ? (<1426).
e - Val-St-Pierre 1426 - ?
Ch vic ? - †
f - 30 juin 1440. rien dans c.1441, est confirmé par Lamalle.
g - copiste.

---

Lamalle, p. 21 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui non fuerunt hic anno M°CCC°XC° sed postea venerunt et sunt defuncti usque ad anum M.CCCC.LVI.), dominus Arnoldus Campenioen, monachus huius domus et vicarius.
Lamalle, p. 55-6 : anno 1440 vel circiter, obiit venerabilis pater dominus Arnoldus Campenioen, qui fuit primo professus domus Vallis Sancti Petri et illuc remissus per chartam capituli generalis anno 26 (note : priori domus Capellæ non fit misericordia et domnus Arnoldus Campengoen vadat ad domum Vallis sancti Petri primæ suæ professionis), postea tamen huc reversus hic obiit. Qui fuit etiam quondam ut fertur vicarius. Vir devotus et humilis, usque ad decrepitam senectutem vivens ; qui scripsit hic multos pulchros libros : id est tres magnos antiphonarios qui sunt antiquiores modo in choro ; unum graduale, tem breviarium preciosum prioris et etiam procuratoris ut puto, unum psalterium, unum diurnale, et alium parvum librum pro tempore diurno in ecclesia, et alia forte multa qu nos latent. Obiit in die commemorationis Sancti Pauli apostoli.

Pede fol. 18 : domnus **Arnoldus Campengoen** monachus professus primo domus Vallis Sancti Petri, et secundo hujus domus Capellæ. qui anno 1426 ex hac domo ad Vallem S[a] Petri fuerat remissus sed non diu post iterum ad hanc domum remissus est. Hic teste Chronico fuerat quondam vicarius, eratque vir devotus et humilis vixitque usque ad decrepitam senectusem. Scripsit multos pulchros libros tria magna antiphonaria quæ tempore Chronici erant an tiquiora in choro nostro, unum graduale, item breviarium prætiosum P. Prioris et etiam procuratoris, unum psalterium, unum diurnale et alium parvum librum pro diurno tempore in ecclesia et alia varia que non constant. obyt 30 junij 1440.

Le Vasseur, *Ephemerides*, II, 416, **Arnoldus Campenion**, Herne, 1440, 30 juni. Vicarius Capellæ. — Vir eximiæ devotionis et humilitatis ; cum in ordine usque ad decrepitam senectutem perseverasset, e vivis excessit die 30 junii circa a.1440. *Ex Chronico domus Capellæ.*

Arsenal:

AC 100:8, p. 112, L6-7, c.1426 : domnus **Arnaldus Campengion** vadat ad domum Vallis Sancti Petri primæ suæ professionis.
AC 100:24, p. 80, L18-19, c.1426 : domnus **Arnoldus Campengoen** vadat ad domus Vallis Petri prime sue professionis.
AC 100:8, p. 130, L21-24, c.1427 : (Vallis Sancti Petri) domnus **Arnoldus** professus domus Capellæ ibidem hospes maneat in eadem ad ordinis voluntatem, solvatque annuatim prædictus prior Capellæ 8 coronas aureas pro eius expensis.

Schrije 15.

ChM018
**Arnoldus Kaerman**
alias **Karman, Caerman.**
b - Steenhuize (Flandre Orientale).
ca 1414
c - maître es ars.
Louvain: prêtre séculier.
d - entré en 1449.
prof 1 août 1450
e - ? - 1456
Bx vic 1456
Ch P ? septembre 1456- †.
cvs 1460-1471
vis 1471- †.
f - 12 février 1481.
g - de la famille de ChM051.

---

Delvaux, MB, p. 1442:
Schrije 16:
Tou, 55v:
Tou, 56:
Le Vasseur, *Ephemerides*, t. I, p. 174b-175b : die 12 februarii. Arnoldus Kaermann, prior Capellæ. Antequam cartusiensi familiæ nomen daret, erat magister artium Lovanii promotus in Porcensi pædagogio, rexitque scholas Gerardi Montibus. Postea aliquot annis fuit sacerdos sæcularis et Sancti Georgii sacellanus, vir maturus, morum gravitate spectabilis, castus et magnæ apud omnes æstimationis. A. antem 1449 ordinem nostrum ingressus, ab Henrico Loen priore habitu monastico donatus est. Postquam vero per septem annos in ordine exemplariter fuisset conversatus, ad domum Bruxellensem, quæ per id temporis exoriebatur, primus Vicarius directus est. Sed cum ibidem ordinante capitulo generali præmemoratus Henricus Loen cœnobiarcha Capellæ rector cartusiæ Bruxellensis nominatus fuisset, Arnoldus in locum ejus per electionem a.1456 sufficitur. Præfuit autem usque ad annum 1481 quo pie animam efflavit, die 12 februarii, diu perfunctus visitatoris officio. De quo Dorlandus in Chronico cart. lib. 7, cap. 32, sic scribit : « Vir fuit multa religione conspicuus, in rebus agendis strenuus exequutor, sibi asper et rigidus, et quantum suæ infirmitates patiebantur, inexorabilis corporis sui castigator. Unde colebatur ab omnibus et magna cum reverentia amabatur. — « Animarum et ordinis zelator admodum fructuosus erat. Sublimis insuper et humilis sciens abundare et penuriam pati. Sublimium et superborum colla non propria sed Dei virtute calcabat, et submissos atque humiles fratres spe ad superna erigebat. In externis negotiis, et quæ suum officium (quod amplissimum erat) spectabant, solertissimus habebatur ; licet esse erga Deum humilis semper sedulus et devotus. Hoc itaque sagaci rectore, domus hæc in spiritualibus et temporalibus bonis non mediocre adepta esse noscitur incrementum. Nec minus tota hæc provincia sub tanto visitatore floruit virtute, sanctimonia, dignitate : nam provinciam visitans, ita regiminis sui moderabatur officium, ut cum Hieremisericordia. evelleret, dissiparet, seminaret et ædificaret. Hinc dicere sæpe solebat : « Oportet prælatum sectari ea quæ decent, sed ea facere quæ potest ; verum unctio hæc docet vel inspiratio. » — « Nec solum ordo noster sed et exteri tanti viri pietatem et dexteritatem experti sunt, ita ut Henricus de Bergis episcopus Cameracensis eum in subsidiarium asssumpserit in reformandis monasteriis suæ diœcesis. Strenue quoque pro manutentutia reformationis Monialium de Ghelinghien desudavit, a quibus post Deum primarius habitus est pater Patratus. Sæpe cum passione colica (quæ permolesta est) vel calculi dolore premeretur, necessariam semper patientiam quasi clypeum objectabat, quam quidem ejus tolerantiam magnopere alii admirabantur. Inter celebrandum tam copiosas quotidie lacrymas spargebat, ut instar inundantis aquæ fluere viderentur. Cumque in generali capitulo super iis a patribus argueretur, et ut obtutibus oculorum parceret moneretur, respondit cum S. Francisco Assissiatensi non oportere ob caducum luminis visum, qui nobis cum muscis communis est, gratiam abjicere Salvatoris. » Hæc de verbo ad verbum excerpsimus tum ex Dorlando, tum ex Chronico manuscripto cartusiæ Bruxellensis. Meminit etiam Arnoldi Raissius in suo auctuario ad Molanum, ad 12 februarii.

AAM, Bax, t. II, p. 80 : 1437, 26, Arnoldus Aerscot// Joan Molani auctarium author Raissio, pagum folio 23 (ac diem 12 februarum) **Arnoldus Kaermans** Lov. Prom. In artibus e pedagogio Porci, rexit scholas Gerardi-Montibus, Presbiter sæcularis, saccelanus Sancti Georgii, etc. etc. n° 1449 ordinem carthusian. Ingressus, ab Henricus Loe priore (quondam regente Porci) receptus fuit.

Factus dein prior domus Capellæ, domus Capelllæ lez Enghien ; etc. etc., obiit a° 1481 ætatis circater 67 ann. (am de Arnoldo Aerscot?)
AC 100:27/2, p. 49, L11, c.1461 : collationem faciet anno futuro prior domus Capellæ.
AC 100:12, p. 10, L.18, c.1461 : collacionem faciet anno futuro prior domus Capelle.
AC 100:12/3, p. 158, L.27- …, c.1472 : eligimus de predictis visitatoribus priores domorum videlicet … Capelle … Quibus committimus auctoritatem nostri capituli generalis usque ad sequens capitulum ……
AC 100:12/3, p. 173, L.1- …, c.1473 : eligimus de predictis visitatoribus priores domorum videlicet … Capelle … Quibus committimus auctoritatem nostri capituli generalis usque ad sequens capitulum ……
AC 100:12/3, p. 172, L28-33, c.1473 : [priori domus Jesu de Bethleem iuxta Shene] Et quia intelleximus eandem domum minus bene gubernari committimus visitatoribus uti eam accedant et de salubri ei statu in quo consciencias eorum oneramus provideant. Et quia conventus scribit de ordinationibus visitatorum priorum Antwerpie et Capelle ut auferantur, mittant illas capitulo generali anno futuro, et tunc fiet quod utile videbitur.
AC 100:12/3, p. 188, L13-17, c.1474 : provinciam Pycardye Remocioris visitabunt priores domorum Capelle et Monichuysen. Et quilibet ipsorum visitatorum dictarum provinciarum cum socio priore vel monacho si commode habere non poterit quem duxerit eligendum ; qui sic electus teneatur obedire eligenti sub pena inobediencie.
AC 100:12/3, p. 188, L19- …, c.1474 : eligimus de predictis visitatoribus priores domorum videlicet … Capelle … Quibus committimus auctoritatem nostri capituli generalis usque ad sequens capitulum ……
AC 100:12/2, p. 12, L36- …, c.1475 : [eligimus de predictis visitatoribus priores domorum videlicet … Capelle … Quibus committimus auctoritatem nostri capituli generalis usque ad sequens capitulum ……].
AC 100:53, p. 1, L33- …, c.1475 : [eligimus de predictis visitatoribus priores … Capelle … ; quibus committimus authoritatem capituli nostri capituli generalis usque ad sequens capitulum generale …].
AC 100:12/2, p. 12, L16- …, c.1476 : eligimus de predictis visitatoribus priores domorum videlicet … Capelle … Quibus committimus auctoritatem nostri capituli generalis usque ad sequens capitulum …….
AC 100:12/2, p. 12, L20- …, c.1477 : eligimus de predictis visitatoribus priores domorum videlicet … Capelle … Quibus committimus auctoritatem nostri capituli generalis usque ad sequens capitulum …….
AC 100:12/2, p. 12, L27- …, c.1479 : eligimus de predictis visitatoribus priores domorum videlicet … Tornacj, Capelle … Quibus committimus auctoritatem nostri capituli generalis usque ad sequens capitulum …….
AC 100:12/2, p. 12, L17- …, c.1480 : eligimus de predictis visitatoribus priores domorum videlicet … Capelle … quibus committimus auctoritatem nostri capituli generalis usque ad sequens capitulum …….
AC 100:12/2, p. 77, L18-20, c.1481 : domnus Arnaldus Karman, prior domus Capelle, qui habet per totum ordinem plenum cum psalterijs monachatum ; cuius obitus dies scribatur in kalendarijs domorum ordinis sub XIJ[a] februarij.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis* : 12 februarius, domnus Arnoldus Karremans, prior domus Capelle et visitator Theutonie.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis* : 12 februarius, Arnoldus Karreman, prior domus Capellæ, visitator provinciæ Theutoniæ.
Arsenal : 12 [februarius] domni Arnoldi Kaerman prioris huius domus et principalis visitatoris huius provincie magni promotoris istius domus.
Lamalle, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Arnoldus Kaerman monachus et prior domus huius.
Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore prioratus domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Arnoldus Kaerman, monachus huius domus et prior circiter 26 annis.
Lamalle, p. 46: in termina l'œuvre commencée par Jean d'Arras et continuée par Jean de Montegys et par Laurent Musschezeele « sed aliquas perfecit dominus Ioannes Montegys successor eius, item dominus Laurentius postea tres vel quatuor et dominus rnoldus unam. »
Lamalle, p. 58 : eodem anno (1449) quo obiit dominus Ioannes Petri et die fuit hic receptus ad osculum pacis dominus Arnoldus Kaerman, sed in die Sancti Petri ad Vincula fuit vestitus. De quo postea latius dicetur.
Lamalle, p. 60 : anno 1455 fuit hic receptus ad ordinem dominus Egidius Hane cogntus domini Arnoldi Kaerman, qui ab anno 62 vel 63 usque nunc fuit procurator huius domus.
Lamalle, p. 61 : Eodem anno (1456) circa Nativitatem Beatæ Mariæ Virginis initiata est domus Gratiæ et primo inhabitata a fratribus ordinis nostri illuc missis : quorum tres fuerunt de hac domo,

scilicet dominus Gaspar modo prior noster de quo supra, et dominus Arnoldus Kaerman qui missus est illuc vicarius et dominus Henricus Loe prior noster constitutus est ibi rector, et tunc prædictus dominus Arnoldus est hic electus in priorem, cuius loco est illc missus dominus Ioannes Balen et illic vicarius fuit aliquot annis.

Anno 1456 quoniam dominus Henricus Loe prior huius domus per licentiam prioris Maioris Cartusiæ huic domui ablatus est et constitutus rector domus Bruxellæ, tunc noviter inhabitatæ, ideo conventus hic per electionem canonicam elegit dominum Arnoldum Kaerman qui fuerat ad domum Bruxellæ missus tamquam vicarius, qui fuerat ab hoc conventu receptus in die dedicationis nostræ.

Lamalle, p. 83 : anno 1481, 13 die februarii, obiit vebnerabilis pater noster dominus Arnoldus Kaerman, prior huius domus ac visitator principalis huius provinciæ Teutoniæ ; principalis quidem 10 annis et convisitator 11 annis. Hic ergo dominus Arnoldus ante ingressum ordinis fuit magister artium promotus Lovanii in pedagogio porcensi et rexerat scholas in Gerardimonte. Post hæc aliquot annis sacerdos sæcularis fuerat et capellanus Sancti Georgii, vir maturus et severus, castus, bonæ famæ et magna reverentiæ in populo ibidem. Postea anno 49 intravit ordinem receptus in hac domo et vestitus in festo Sancti Petri ad Vincula a domino Henrico priore huius domus, qui etiam fuerat eius magister in pedagogio. Ingressus ergo ordinem magnum specimen relionis ostendit, fervens spiritu, devotus ac zelosus. Postquam circiter 7 annis in ordine steterat laudabiliter, initiata est domus Bruxell ad quam primus vicarius missus fuit, sed cum ibidem auctoritate capiltuli generalis dominus Henricus prior huius domus in rectorem est constitutus, prædictus dominus Arnoldus canonica electione mediante, factus est prior huius domus, anno 56 circa initium octobris. Id officium administravit usque ad diem obitus sui. Hoimo valde idoneaus et industrius tam in spiritualibus quam in temporalibus. Vir magnæ famæ et experientiæ religionis et reputationis, tam in ordine nostro quam in sæculo. Sub cuius regimine hæc domus multum erecta est, tam in ædificiis quam in redditibus usque ad 25 libras grossorum perpetuorum rddituum. tandem confectus senio anno ætatis suæ 68 circiter, postquam in ordine fuit circiter 32 annis, cum bona fide, spe et charitate et vivacitate sensuum usque ad ultimum, dum, sumptis ecclesiasticis sacrame,tis, e misso clamore magno expiravit, anno die quo supra.

Lamalle, p. 184 : dominus Arnoldus Kaerman ex Steenhuysen, professus huius domus Capellæ electus mense septembris 1456, convisitator et visitator provinciæ, quæ sub eo, scilicet anno 1474, Teutoniæ vocata fuit. Vir maximæ relionis, pietatis et ab omnibus tam in ordine quam extra in summa reverentia habitus. Multum iuvit episcopum Cameracensem in reformandis monasteriis et inter celebrandum cotidie tam copiosas spargebat lacrymas ut instar inundantis aquæ fkuere viderentur. Videns exspirantem dominus Henricus de Loe et graviter ingemiscens clamavit : quorsum mi Pater, sine me tu pergis ? Et nona die sequendi 12 februarii 1481, post annos 24 prioratus secutus est illum simili cum odore. Fuerat ante sub præxcripto domino de Loe in Porco promotus, deinde sacerdos factus scholas rexerat Gerardimonteibus.

Pede fol. 10 : item postea domnus Laurentius tres vel quatuor, et domnus **Arnoldus** unam.

Pede fol. fol. 15/Lamalle, 197 : dulce admodum et tenerum est legere in manualibus domni **Arnoldi Kaerman** prioris, nostro Laurentio vicario existente, qui libri adhuc exstant, quo grato animo hæc piæ principis hujus beneficia describant : recepi tot a matre nostra (alio eam non vocabant (vocant, Lamalle) nomine) quando fuit hic ; tali die recepimus tales pisces, tot vasa vini a matre nostra ; quando mater nostra fuit hic cum tali vel tali principe dedit nobis ; et similia.

Pede fol. 21 : venerunt igitur in principio inchoationis hujus domus Scheut pro divino officio celebrando sex monachi cum uno converso et duobus donatis. Patres commissary in principio aliquem pro rectore non constituerunt eo quod ad instantiam oppidi scripsisset ad cartusiam pro domno Henrico de Loe habendo de dictis sex monachis ordinaverunt domnum **Arnoldum Kaerman** professus Capellæ in vicarium. Domnum Gasparum van der Stockt professus domus Capellæ in sacristam, Domnum Nicolaum de Haerlem professus domus Antverpiæ in procuratorem, domnum Cornelium Block de Tolnis professus domus Diestensis et domnum Petrum de Casleto, professus domus Sylvæ Sancti Martini in cantores et Domnum Joannem de Blisia, professus domus Leodij in infirmarium.

Pede fol. 21/Lamalle, 203 : mense septembri hujus anni nuntius redijt ex cartusia qui obedientiam detulit domno Henrico de Loe priori Capellæ ut regimen susciperet novellæ plantationis Bruxellensis, qui hactenus ignoraverat sibi fabam cudi. Conventus Capellæ elegit sibi in priorem domnum **Arnoldum Kaerman,** qui fuerat missus ad domum in Scheut vicarius, in cujus locum ibi vicarius missus est domnus Joannes Balen, professus Capellæ,(rien dans Lamalle)de quo infra.

Pede fol. 21/Lamalle, 204 : cum autem in illa domo 19 circiter annis laudabiliter sic præfuisset ut rector et prior, auxilio domni **Arnoldi Kaerman** visitatoris impetravit a capitulo generali misericordiam et reversus est ad hanc suæ professionis domum.

Pede fol. 22/Lamalle, 204-205 : defuncto domno Laurentio de Musschezeele, vicaris (vicario, Lamalle) hujus domus in profesto Sanctæ Barbaræ anno 1477, domnus Henricus de Loe iteram vicariatum suscepit et in officio illo perseveravit ad mortem usque, sive ad felicem transitum ad

alteram vitam uti speramus. Erat tunc annorum circiter 75 ex quibus 40 in ordine laudabiliter explevit. Anno 1481 vide infra in morte ejus quid acciderit cum priore suo domno **Arnoldo Kaerman.**

Pede fol. 31-32 : domnus **Arnoldus Kaerman**, monachus professus hujus domus ante sacerdos sæcularis et magister artium promotus in Porco, receptus a V.P. domo Henrico de Loe 13 juny 1449. Hic iterum relictis omnibus alys quæ de eo leguntur, deseribam quæ habet de illo Dorlandus et præcipue Raissius ad 12 februarij. Capellæ ait juxta Angiam, depositio venerabilis **Arnoldi Kaerman** ibidem prioris, ac principalis hujus provinciæ visitatoris. Hic ante ordinis ingressum fuit magister artium Lovanij promotus in pædagogio Porcensi et rexit scholas Gerardi Montibus. posthæc aliquot annis sacerdos sæcularis fuit et sacellanus Sancti Georgij, vir maturus et severus, castus, bonæ famæ et magnæ reverentiæ in sæculo. Anno vero 1449 ordinem cartusianorum intravit et a V. Henrico Loënio priore qui etiam fuerat ejus magister in Porco, receptus fuit. Postquam vero aliquot annis in ordine fuisset et laudabiliter se gessisset initiata est domus in Scheut prope Bruxellas, ad quam missus fuit primus vicarius circa nativitatem Beata Virginis anno 1456, sed cum ibidem auctoritate capituli generalis ad supplicationem magistratus Bruxellensis præfatus Henricus de Loe, prior hujus domus Capellæ est institutus brevi post rector, **Arnoldus** canonica electione mediante factus est prior Capellæ suæ professionis in professo Sancti Michaelis eodem anno. Quod officium strenue administravit plusquam viginti quatuor annis, hoc est ad diem obitus sui. Anno 1460 per cartam capituli generalis factus est hujus provinciæ convisitator et sequenti anno habuit collationem in capitulo generali, cujus decreto anni 1472 factus est per cartam principalis provinciæ visitator quæ A° 1474 vocata est provincia Teutoniæ, loco Picardiæ Remotioris sicut antea vocabatur. Pergit Raissius : sæpe cum passione colica, quæ permolesta est, vel calculi dolore premeretur, necessariam semper patientiam quasi clypeum objectabat, ita ut hanc ejus tolerantiam magnopere alij admirarentur. Inter celebrandum tam copiosas quotidie lachrymas spargebat, ut instar inundantis aquæ fluere viderentur : cumque in generali capitulo super ijs a patribus argueretur, et ut obtutibus parceret oculorum moneretur: respondit cum Sancto Francisco Assisiatensi : Non oportere ob caducum luminis visum qui nobis cum muscis communis est, gratiam abjicere salvatoris. Initio anni 1480 domnus Henricus de juris utriusque doctor dictus protonotarius factus episcopus Cameracensis suæ diocæsis cæpit visitare et reformare monasteria adjuvante **Arnoldo** nostro: in die Sancti Martini 11 novembris primo hoc sui episcopatus anno nos invisit et comedit nobiscum in refectorio. Vocatus autem domnus **Arnoldus** visitator ad electionem novi prioris domni Henrici de Duvelant in domo Antwerpiæ, inde in festo Sanctæ Luciæ 13 Xbris domum infirmus redijt, sed zelum Dei habens, tam in itinere quam hic sollicitavit episcopum pro manutenentia inceptæ reformationis monialium præcipue illarum de Gislenghien, cujus ipse fuerat primordialis et principalis promotor. Anno 1481 tertia february obyt in hac nostra domo supradictus piæ memoriæ vir domnus Henricus de Loë vicarius ; hunc expirantem cum prior suus honorabilis noster domnus **Arnoldus Kaerman** cerneret ; graviter in corde ingemiscens exclamavit : quorsum mi pater tu pergis, et cur me hic in cladibus derelinquis? Utinam tecum nunc moriar, qui vivere sine te non valeo! Addemus hic cætera de Chronico Capellæ : Homo inquit, valde idoneus erat et industrius, tam in spiritualibus quam in temporalibus, vir magnæ famæ et experientiæ religionis ac reputationis tam in ordine nostro quam in sæculo. Sub cujus regimine domus ista multum erecta est tam in ædificijs quam in redditibus. Tandem nona die post mortem domni Henrici de Loë cum secutus est in æternitatem, sanctam uti confidimus, obytque 12ª februarii 1481 ætatis 68° cum bona fide spe et charitate et vivacitate sensuum usque ad ultimum: sumptis ecclesiasticis sacramentis.

Pede fol. 34 : eligius de Haene cognatus domni **Arnoldi Kaerman**, prioris, monachus professus hujus domus. Receptus a domno Henrico de Loe, priore, anno 1455, sacerdos ordinatus Montibus Hanoniæ anno 1456.

Pede fol. 35-37 : domnus Joannes Jacobi de Aldenardo, monachus professus hujus domus. De hoc sancto viro scribunt fuse et Raissius et Dorlandus, utar verbis ultimi lib. 7. cap. 34. scribit ibidem : Joannem Aldenardum Capellæ domus monachus, dignis præconijs quis attollat [2] Hic dum ex utero matris proditurus esset, contigit marrem in partu intolerabili laborare dolore. Unde patri suasum fuit, ut fructum qui esset nasciturus, divino offerret famulatui. quod dum ille fecisset, mulier statim puerum peperit elegansem, et quasi sine dolore. Idcirco parentes ab annis teneris hunc viris tradiderunt religiosis imbuendum, a quibus scientiam disceret et virtutes. Cujus tam simplex, innocens, pudica, morigera, sobriaque scribitur pueritia extitisse, ut quasi alter samuel parvulus videretur. Post acceptam in scripturis notitiam, voti fuere memores parentes, et in grandem quandam divitemque abbatiam quæ in Flandria est, impetrato loco, juvenem recundunt. Monachi statim huic opes monasterij enarrant, abbatis gloriam, amplissima prædia pingues et multiplices portiones, læta et exquisita convivia, nocturnas crapulas, vina falerna : verum istius generis delitijs pius adolescens nequaquam aures admovebat. Sed considerans monachos libenter bibere, rarius psallere, crebros in Popina tardos in ecclesia, mensas colere, animas deserere, quærere quæ sua qunt, non quæ Jesu Christi; elam fugit et ductus divino spiritu, domum Capellæ Beata Mariæ expetijt et

accepit. Unde a domno Laurentio Musschezelio cujus supra memini sacro est habitu insignitus (circa anno 1441) nec minus spiritali virtutum veste interius adornatus. Omni namque tempore vitæ suæ vestimenta sua candida custodivit, puram ac simplicem innocentiam servans. Quem fratres cum vividum cernerent et magnæ agilitatis gratia præditum, sacristam instituunt (circa anno 1448) atque officium istud annis quinque et triginta (Chronicon nostrum dicit tantum 33 annis) ita moderatus est, ut sine cujusquam quærela (quod raro evenit) tali se operi dignum demonstrarit. Nam cum esset vir bonus et optimæ conversationis et vitæ, humilis pariter et devotus, fieri non poterat, quin et coleretur ab omnibus et amaretur. Amator quippe fratrum cum esset præcipuus, facile affectum omnium in se provocabat. De hoc scriptum reperi, quod voluntariam paupertatem usque adeo amplexatus sit, ut vix corporis necessaria dignaretur admittere, nec quicquam in cella conspiceretur habere si quid illic forte invenisses, ita vite et abjectum erat, ut Christi Jesu, in præsepe constituti esse arbitrareris. hunc asserunt ab infantia virgineæ semper puritatis floruisse, ita ut agnum sequeretur quocumquem diverteret, eo quod virgo esset integerrimus. Primam post acceptum habitum facturus priori suo confessionem ignorabat tanquam nihil sibi conscius, quid deberet confiteri: sic semper a spiritu sancto custoditus, ut mortali nunquam putetur peccato contaminatus. Ante assumptum ordinem et post, sic timorate se semper gessit, ut cum simplicitate columbæ, serpentis astutiam possideret. bona hæc immo et necessaria serpentis astutia est : qua qui caruerit, pestiferos atri colubri morsus nequibit evadere. Hunc cum dominus vellet a sacristæ officio removeri et a labore requiescentem sibimet vivere, gravissimam illi immisit infirmitatem: qua pene usque ad agonem vigente, prior **Arnoldus** licet invitus eum absolvit. Absolutus statim convaluit, ac tunc maxime sibi redditus, sedebat solitarius et tacebat et levabat se supra se (Chronicon nostrum dicit quod fuerit constitutus vicarius quodque domnus **Arnoldus Kaerman** prior, immediate antequam moreretur ejus loco vicarium instituerit domnum Jacobum de Burssalia) Decem annis quibus supervixit, durus sui corporis ac rigidus castigator exterioris hominis fatigationem, in tranquillæ mentis pace traduxit. Incredibile est quam amplos magnorum meritorum thesauros ijs in annis congesserit, orando, psallendo contemplando, non secus quam avarus quis piam aurum sitiens, opes innumeras et congerit et concupiscit. Sic vir iste sanctus nimium avidus multa bona colligere, nullam die ac nocte sibi passus est carnis requiem impertiri. Cumque super hoc ab amicis fratribus leniter corriperetur, respondebat dicens : Dum tempus habemus, bonum operemur, omne quod possumus ; veniet enim et jam prope est tempus quando nemo quicquam poterit operari : operemur igitur quia non est apud inferos invenire cibum. ego jam de propinquo præstolor adventum domini. Hæc dicens atque assiduamente revolvens, oblitus quæ retro sunt, in anteriora se extendebat ad bravium supernæ vocationis. hinc etiam fidebibus oculis in remunerationem aspiciens, patientissime corporis duras (quas quotidie patiebatur) molestias tolerabat, ut ascenderet ad populum accinctum nostrum. Tam crebris carnis quatiebatur angustijs, ut merito in sanctorum martyrum posset numero recenseri. Erat igitur hic Dei sanctus speculum virtutis et gratiæ in sanctimenia, in tolerantia, in humilitate, in frugalitate, et in ardenti ad omnes charitate: cujus devotionem, hilaritatem, et divini in eo spiritus fervorem, nemo satis potuit admirari, minus verô æmulari. Sic latitabat lucerna ardens sub modio, paucis interea fratribus lucens, donce illum dominus supernis luminaribus et lapidibus ignitis inseruit. Duos dies ante festum Præsentationis Virginis Matris, miti febre correptus, in ipsa solemnitate inter brachia intactæ Virginis impollurum spiritum exhalavit. Ordinem inviolabiliter tenuit annis quinquaginta, obytque anno 1491, 21 novembris. Habuit vero hic Dei servus duos germanos in nostro ordine, unum procuratorem domus Leodij, virum multa virtute conspicuum et alterum qui in domo Valencenarum in ægregium se gessit prælatum. De quo patre multa tum commendatione tum imitatione digna etiam narrantur: quoniam vir sanctus et pius Dei cultor erat acceptissimus. Nota ad Dorlandum qui in fine vitæ hujus addit: pono hæc quæ de illus tribus domus Capellæ patribus scripsi, a venrabili illius domus sacerdote exarata suscepi: qui testatus est, se nudam ac simplicem veritatem commemorasse, neque fictis usum phaleratisque sententijs, sed rem omnem uti fuerat gesta enarrasse.

ChM019
**Arnoldus vander Linden,**
alias **de Tilia, Detillia.**
a - p.: Adam Andreasz.
b - Bruxelles.
c - études a Louvain ca 1513(?).
d - entré en 1536.
pfs ca fin janvier 1536.
e - vic 1553-1554
Geertruidenberg vic ? - ?
Geertruidenberg proc 1554- ? juillet 1556
Ch P ? juillet 1556- †.
f - 8 janvier 1557.

---

Delvaux, MB, p. 1445:

Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Arnoldus a Tilia Bruxellensis, prfuit 6 mensibus.
Pede fol. 78-79 : domnus **Arnoldus a Tilia** alias **van der Linden**, Bruxellensis, monachus hujus domus receptus a domno Sebastiano Petri, priore et professus sub eodem circa finem januarij 1536 quo etiam anno factus est in urbe Montensi subdiaconus et tandem gradatim consecratus est sacerdos. Postea factus est in hac domo vicarius et anno 1554 missus est ad domum Hollandiæ procurator, in quo officio confirmatur in carta capituli generalis anni 1555. fuit etiam in illa domo vicarius per aliquot tempus. Anno 1556 sublato circa mensem julij sive per cartam sive alio modo hujus domus priore domo Martino de Beir ; hic domnus Arnoldus per conventualium electionem hic prior constituitur ad hoc evocatus e procuratura prædicta domus Hollandiæ, sed brevi tempore præfuit et sex tantummodo mensibus, nam obyt 8 januarij anno 1556 si vereri stilo computemus qui stilus tunc ad huc perseverabat.
Pede fol. 81 : domnus Nicolaus Le Cauchie a Marka, monachus profes hujus domus, qui anno 1551 hic erat sacrista et anno 1555 in hac domo vicarius quando celebravimus exequias patris ejus Alexandri van der Catsie. Defuncto autem 8[a] januarij 1556 domno **Arnoldo a Tilia** hujus domus priore, hic domnus Nicolaus prior est electus ex vicario. Tempore prioratus hujus invenio scriptum in fine computus hujus domus : anno 1557 in æstate valebat sextarium bladi sive siliginis sex florenis, nunquam meminit se homo legisse, blada fuisse tam cara : miserabile erat videre homines fame marcessere. sed dominus eam inopiam magna cumulavit benedictione ; ita ut messe peracta, quod ante venijt sex florenis, dabatur novem stuferis. Deo laus æterna ! In procuratorem suam hic domnus Nicolaus a P.P. visitatoribus petierat et obtinuerat domnum Franciscum de Cavenere professum domus in Scheut, qui defuncto priore Nicolao Le Cauchie 18° aprilis 1559, ad suam domum rediens in illa institutus procurator fuit.
Pede fol. 83 : domnus Martinus de Beir, Angiensis, monachus professus hujus domus in qua et prior fuit anno 1555, adeoque ante domnum **Arnoldum a Tilia** qui supra. quid postea de eo factum sit an alibi suffectus an hic manserit, invenire non potuimus. Hoc solum inveni quod anno 1538 fuerit hic novitius. cum calendaria nostra præcedentia, diem quidem obitus nostrorum sed annum non indicare soleat, nec chartas capituli generalis habeamus, hoc solummodo dicere de illo possumus quod obierit 7[a] februarij.

AC 100:27/3, p. 115, L7-8, c.1557: domnus **Arnaudus Detillia**, prior domus Capellæ, olim ibidem vicarius, et etiam vicarius et procurator in domo Hollandiæ, qui obijt 8 januarij.
AC 100:40, p. 3, L29-30, c.1557: domnus **Arnoldus de Tillia**, prior domus Capelle, olim ibidem vicarius, necnon in domo Hollandiæ fuit vicarius et procurator, qui obijt VIII januarii.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 8 januarius : domnus **Arnoldus de Tilia**, prior domus Capellæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 8 januarius : domnus **Arnaldus** prior Capellæ.
Arsenal : 25 [januarius] parentum fratris nostri **Arnoldi a Tilia** ac omnium per quibus idem obligatur.

*Matricule*, III, 473
Arsenal : 25 [januarius] parentum fratris nostri **Arnoldi a Tilia** ac omnium per quibus idem obligatur.

Schrije 17.

ChM020
**Arnoldus Pauwels**
alias **Pouwels, de Monte, de Monte sanctæ Gertrudis.**
b - Geertruidenberg (Brabant-Septentrional, Pays-Bas).
d - entré en 1411.
e - vic ? -1437- ?
proc 1450-1461.
f - 2 juin 1474.
g - proc pendant 24 ans.
maître de novices.

---

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore prioratus domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Arnoldus de Monte monachus huius domus.
Lamalle, p. 74 : anno 1474 in die Marcellini et Petri obiit venerabilis pater dominus Arnoldus de Monte Sanctæ Gertrudis, monachus professus et sacerdos huius domus, receptus ad ordinem a domino Ioanne de Attrebato circa finem vitæ eius, fuerat vicarius hic tempore prioratus domini Gerardi Naghel et domini Laurentii et nescio an etiam ante. Postea ab eodem domino Laurentio procurator est institutus, quod officium laudabiliter exercuit fere per 24 annos tempore domini Laurentii et tempore prioratus domini Henrici Loe et domini Arnoldi. Eius tempore absolutus a dicto officio, fuit in cella circiter 11 annis et magister novitiorum. Hic fuit vir valde mansuetus et pius et valde dilectis ab omnibus intus et foris. Ipse et dominus Gerardus Naghel, dominus Gerardus de Breda, dominus Guilielmus Apsel fuerunt recepti a domino Ioanne de Attrebato circa finem vitæ eius, et puto quod fuerint pariter novitii.

Pede fol. 27 : domnus **Arnoldus Pouwels de Monte Sanctæ Gertrudis**, monachus professus hujus domus, receptus a domno Joanne Atrebatho priore, qui supra circa finem vitæ ejus. de hoc insignissimo viro scribimus sequentia ex Raissio ad 2[m] juny. et ex Dorlando fol. 455. Capellæ dormitio venerandi **Arnoldi a Gertrudis Berga** cartusiani. Quondam vicarij et procuratoris dictæ domus. Vir fuit ob præclaras animi dotes et virtutes quæ in eo relucebant multum venerandus. Primo vicarius (a V.P. Gerardo Naghel priore anno 1437) deinde a domno Laurentio Musschezelio priore, procurator constitutus quatuor et viginti annis ita munus illud laudabiliter exercuit ut in hodiernum usque diem, sua illic laudum præconia perseverent. vivebat in hoc officio virtute non facile omnibus imitabili, nunc Marthæ nunc Mariæ vicissim otium negotiumque consectans et in extremis curis sabbatum mentis custodiens. tandem ab illo officio absolutus (circa annum 1465) fuit in cellas circiter ii annis et magister novitiorum. Hic tantæ scribitur mansuetudinis et lenitatis fuisse : ut sibi similem conventus ille viderit neminem; cujus pietatis atque humanitatis industria factum est, ut ab omnibus loco parentis suavissimi et coleretur et amaretur. Valde dilectus (dicit Chronicon nostrum) ab omnibus intus et foris. Obyt autem 2[a] junij 1474.

Le Vasseur, *Ephemerides*, II, 291, Arnoldus de Monte Sanctæ Gertrudis, Herne, 1474, 2 juni. De quo *Chronicon huius domus* agit in his verbis : « Arnoldus de Monte Sanctæ Gertrudis (cognomen patriæ ei datum), professus huius domus, vicarius et procurator. Vir multum venerandus. Primo vicarius, deinde a Laurentio Muschelio procurator constitutus, octo et viginti annis ita munus illud laudabiliter exercuit, ut in hodiernum usque diem sua illic laudum præconia perseverent. Vivebat in hoc officio virtute haud facile omnbus imitabili, nunc Marthæ, nunc Mariæ vicissim otium negotiumque consectans, et in extremis curis sabbathum mentis custodiens. Tandem ab officio absolutus, fuit in cella circiter duodecim annis, et magister novitiorum. Hic tantæ scribitur mansuetudinis et lenitatis fuisse, ut sibi similem conventus viderit neminem. Cuius pietatis atque humanitatis industria factum est, ut ab omnibus loco parentis suavissimi et coleretur et amaretur. Spiritum Deo reddidit a.1474, die secunda junii. ». *Hæc Chronicon.*

AC 100:12/2, p. 2, L30-p. 3, L10, c.1475: domnus **Arnuldus de Monte Sancte Gertrudis**, monachus professus domus Cappelle Beate Marie prope Angiam, sacerdos, pro quibus fiat unum tricenarium defunctorum per totum ordinem. Dictus domnus **Arnouldus** habet anniversarium perpetuum per totum ordinem associandum cum proximo anniversario currente post diem obitus eius, qui fuit IJ[a] junij. Ideo scribatur in kalendarijs onventualibus domorum ordinis. Et insuper habet unam missam de Beata Maria a singulis sacerdotibus dicendam cum oracione « Da nobis » in singulari.

AC 100:31, p. 1, L11-14, c.1475 : habetur obitus domni **Arnoldi de Monte Sanctæ Gertrudis**, monachus professus domus Capellæ ; quorum uterque habet unam missam de Beata Maria cum oratione « Da nobis » in singulari, a singulis sacerdotibis dicendam.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 3 junius : domnus **Arnoldus** monachus Capelle
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 8 junius : domnus **Arnoldus de Monte Sanctæ SGertrudis**, professus et quondam procurator domus Capellæ.
Arsenal:

Schrije 18.

ChM021

**Arnoldus Stampion.**

b - Bruxelles.

c - prêtre séculier.

d - entré ? mai 1505 (pridie nonas)

f - 13 septembre 1516.

---

Lamalle, p. 129-130 : Anno 1505 pridie nonas maii receptus fuit a domino Carolo Serraes priore Arnoldus Stampion civis Bruxellensis ad statum monachi, qui fuerat clericus sæcularis et litterarum civilium scriptor in curia magni consilii ; et interdum quidem Gandavi, interdum vero Mechliniæ se continebat. Prompte admodum sciebat scribere litteram præsertim currentem. Peritus gallicæ linguæ et mediocriter latinæ. Habebatque penes se formas et exemplaria ad concinnanda instrumenta civilia in quibus ordinandis et describendis erat satis tritus. Magnumque sperabatur commodum et ornamentum nostri ordinis fore si talis homo receptus fuisset a nostratibus.

Postquam igitur professionem fecerat, suscepit et sacros ordines. At quodam tempore cum ea de causa Tornaci esset una cum procuratore nostro domino Egidio Stercke, aderat et dominus Guilielmus Bibaucius procurator domus Gandavi cum suis. Et inter pocula dominus Bibaucius iocabatur cum procuratore nostro, quod in bona spe posset vivere, quia iam seniculo prope diem fieret relaxatio et misericordia ; sed verum est quod alibi dicitur : non tam interest quid quo animo dicatur, quam quo accipiatur ; quandoquidem huiusmodi scommata non semper æquo suscipiantur animo. Et dominus Bibaucius domino Arnoldo gratulaturus quod ad ordinem nostrum venisset, multum familiariter et benevole ei loquebatur. Arnoldus autem illo tempore postquam domum [rediit], nobis ista retulit et mirum in modum benedicis verbis Bibaucii ne dicam adulationibus erat erectus : sperans fore ut a Bibaucio Vassori commendaretur, qui tunc principalis visitator huius provinciæ erat. Et forsitan sic usu venit quemadmodum Arnoldus speravit. Atqui o bone Deus quid est homo quod memor es eius aut filius hominis quoniam visitas eum ? Homo vanitati similis factus est. Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens. Nam ecce Arnoldus sacerdos factus nondum sesquianno, cœpit febribus laborare quæ erant satis acutæ, et insuper vehementi dolore capitis afficiebatur. Neque somnum neque cibum more solito capiebat. Et alioqui sanus non erat homo multi cibi ac potus. Hæc in hebdomada Pentecostes acciderunt. In solomnitate autem Eucharistiæ post prandium accepta a priore facultate ivi ad infirmum ad adiuvandum eum si possem et ad consolandum, nam erat mihi vicinus proximus. Sibi conquerebatur mihi more ægrotantium (qui ministros immerito solent accusare cibosque bonos et delicatos abominari) suas infirmitates. Inter hæc statim ecce domnus Prior supervenit, cui infirmus : ego dixi cocis, inquit, ut paululum cerevisiæ cum pane bullitum mihi præpararent et ecce decoctioni indiderunt oleum. Id cum purgarent coci, prior cepit obiugare ægrotum, quod non modo ridiculum sed etiam periculosum videbatur. Quocirca vocavi priorem ad partem, quasi negotium aliquod ei essem commissurus, quippe qui postridie profecturus erat Antverpiam dixique : « Domine prior, quid agis ? Multis diebus frater noster non cepit cibum, multisque noctibus parum aut nil dormivit et febribus graviter laborat, debilis efficitur ; parce illi, ne sensu deficiat ». Quibus clam auditis prior pauca benigne locutus abiit. Ac deinde paucis post diebus, absente priore, Arnoldus incidit in frenesim multisque diebus male habuit ; at vero tandem aliquando utcumque convaluit, sequebaturque conventum et munia sacerdotis obibat, idque religiose admodum.

Sed silere non debeo quantum valuit in practica civili. Nam quodam tempore quibusdam sæcularibus dominis a domo Capellæ dandum erat instrumentum acceptilationis, quod prior noster commisit Arnoldo faciendum. Arnoldus vero tam argute concinnavit illud ut omnes mirarentur. Nam cum fuisset oblatum, interrogabant Domini postquam legerant illud : quis hoc composuit ? Dictumque est illis : quidam monachus frater noster. Responderunt : prorsus indignum est ut talis homo apud vos in abdito delitescat. Hic Arnoldus libros secum contulit complusculos, quando venit ad ordinem, quorum maiorem partem domui Capellæ reliquit, quibus omnibus nomen suum et suæ professionis annum inscripsit. Anno igitur 1516 cum ægrotaret, rite sumptis Ecclesiæ sacramentis religiose defunctus est idibus septembris. Vixit autem in ordine undecim annis.

Pede fol. 57-58 : domnus **Arnoldus Stampion**, Bruxellensis, monachus professus hujus domus. De hoc viro cum in cartis capituli generalis nec in monumentis hujus domus aliquid habeamus præter ea quæ in Chronico suo habet domnus Livinus Ammonius fol, 82 hæc ex scribendo satis faciemus. Anno (inquit) 1505 pridie nonas may receptus fuit a domno Carolo Serraes priore, **Arnoldus Stampion** civis Bruxellensis ad statum monachi. qui fuerat clericus sæcularis et literarum civilium scriptor in curia magni consilij et interdum quidem Gandavi, interdum vero Mechliniæ se continebat compte admodum sciebat scribere, literam præcique currentem, peritus gallice linguæ et mediocriter latinæ: habebatque penes se formas et exemplaria ad concinnanda Instrumenta civilia ; in quibus ordinandis et describendis erat satis tritus ; magnumque sperabatur commodum et ornamentum

nostro ordini, fore, si talis homo receptus esset a nostratibus. Postquam igitur professionem fecerat ; suscepit et sacros ordinis, at quodam tempore cum ea de causa Tornaci esset, una cum procuratore nostro domno Egidio Stercke, aderat et domnus Guilielmus Bibaucius procurator tunc domus Gandavi cum suis. Et inter pocula Bibaucius jocabatur cum procuratore nostro : quod in bona spe jam posset vivere quod jam seniculo posset fieri illi propediem relaxatio et misericordia sed verum est quod alibi dicitur: non tam interest quid quo animo dicatur, quam quo accipiatur ; quandoquidem ejusmodi scommata non semper æquo suscipiuntur animo, et Bibautius **Arnold** gratulatus quod ad ordinem venisset nostrum, familiariter et benevolé cum eo loquebatur. Arnoldus autem eo tempore postquam domum redijt, nobis ista referebat, et mirum in modum benedicis verbis Bibaucij ne dicam adulationibus erat erectus, sperans fore, ut a Bibautio Vassori probe commendarotur qui tunc visitator hujus provinciæ principalis erat. Et forsitan sic usu venit quemadmodum **Arnoldus** speravit atqui o Deus bone, quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum ? homo vanitati similis factus est, verumtamen universa vanitas omnis homo vivens : nam ecce Arnoldus sacerdos factus nondum sesqui anno, cæpit febribus laborare quæ satis erant acutæ, et insuper vehementi capitis dolore afficiebatur. neque somnum neque cibum more solito capiebat; et alioqui sanus non erat homo multi cibi ac potus ? Hæc in hebdomada Pentecostes acciderunt. in solomnitate autem Eucharistiæ post prandium, accepta a priore facultate, ivi ad infirmum ad adjuvandum eum si possem, et ad consolandum: nam erat mihi vicinus proximu. sibi conquerebatur mihi more ægrotantium, (qui ministros immerito solent accusare cibosque bonos et delicatos abominari) suas infirmitates. inter hæc statim ecce prior supervenit, cui Infirmus : Ego dixi cocis inquit, ut paululum cervisiæ cum pane bullitum mihi pararent, et ecce decoctioni indiderunt oleum. id cum pernegarent coci ; prior cæpit increpare ægrotum : quod mihi non modo ridiculum sed etiam periculosum esse videbatur. quo circa vocavi priorem ad partem, quasi negotium aliquod essem illi commissurus, quippe qui postridie profecturus erat Antverpiam: dixique Dne prior quid agis ? multis diebus frater noster non sumpsit cibum, multisque noctibus parum aut nil dormivit et febribus graviter laborat, debilis efficitur, parce illi, ne sensu deficiat: quibus clam auditis prior pauca benigne locutus, abijt. Ac deinde paucis post diebus absente priore, **Arnoldus** incidit in phrenesim multisque diebus male habuit. At vero tandem aliquando utcumque convaluit sequebaturque conventum et munia sacerdotis abibat, idque religiose admodum. Sed non silere debeo quantum valuit in practica civili ; nam quodam tempore quibusdam sæcularibus dominis a domo Capellæ dandum erat instrumentum acceptilationis, quod prior noster commisit **Arnoldo** faciendum. **Arnoldus** vero tam argute concinnavit illud : ut omnes mirarentur. nam cum fuisset oblatum, interrogabant Domini postquam legerant illud : quis hoc composuit ? dictumque est, quidam monachus frater noster. responderunt : prorsus indignum est, ut talis homo apud vos in abdito delitescat. Hic **Arnoldus** libros secum talit complusculos quando venit ad ordinem quorum majorem partem domui Capellæ reliquit, quibus omnibus suum nomen et suæ professionis annum inscripsit. Anno igitur 1516 cum ægrotaret, rite sumptis ecclesiæ sacramentis, religiose defunctus est, idibus hoc est 13° septembris. vixit autem in ordine undecim annis.

AC 100:22, p. 21:
AC 100:27/2, p. 184, L7-8, c.1517: domnus **Arnoldus Stampion**, monachus domus Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 13 septembris : domnus **Arnoldus Stampion**, professus domus Capellæ.
Arsenal:

Schrije 19.

*NLM012*
***Arnoldus van Thienen.***
*d - Geertruidenberg ca 1542.*
*e - Geertruidenber sac ? - ?*
*Geertruidenber proc ? - ?*
*Ch sen hos ? - †.*
*f - 18 mars 1595.*

---

Le Vasseur (L.), Ephemerides, *t. I, p. 344a-b* : *XVIII die Martii.* ***Arnoldus Athenis****. Monachus Montis S. Gertrudis. Senior et olim sacrista et procurator hujus eremi ; qui sæpe inter hæreticos versatus non parum merita sua auxit ex continuis terroribus et periculis quibus objiciebatur pro tuendis suæ domus eversæ bonis et juribus. Post exactos in ordine 56 annos, post multos labores, ærumnas, multasque calamitates ob constantem in fide catholica perseverantiam, pulsus e domo, quam rebelles hæretici devastaverant, e cartusia Capellæ ubi hospitabatur tanquam in exilio, ad patriam cœlestem evocatur, ut sperare par est. Ejus obitus legitur in charta anni 1595.*
*Scholtens, BB 18 (1941) 116 : … 18 Maart 1595, stierf als hospes in de chartreuse te Herne de toenmalige senior der Geertruidenbergsche geprofesten, Arnold van Thienen. Deze had niet minder dan ruim 53 jaren "laudabiliter" in de Orde geleefd, en was oud-procurator en oud-sacrista van het Hollandsche huis. Vooral als procurator had hij moeilijke tijden beleefd. (zie Le Vasseur).*
*AC 100:38, p. 80, L8-9, c.1595 : domnus* ***Arnoldus A. Thenis****, senior domus Hollandiæ, hospes in domo Capellæ, qui 53 et ultra.*
*AC 100:27/4, p. L11-12, c.1595 :* ***Arnoldus Adhenis****, senior olimque sacrista et procurator Hollandiæ, hospes in domo Capellæ, qui ultra 53 annos laudabiliter vixit in ordine.*

ChM022

**Augustinus van Dore**

alias **van Dorne, van Dorme.**

e - cité 1599
proc ? novembre 1609- ?
Li hos c.1623- ?
Ch ? - c.1627
Bg hos c.1627-c.1629 (signe des comptes)
Ch c.1629- ?
Di hos ? -c.1635
Ch c.1635- ?
Ch ant ? - †.

f - 26 mars (c.1654).

g - Lam. p. 219, citant Pede, écrit qu'en 1599 fut présent a Ch Augustin Raes. Ce nom ne se rencontre nulle part. Nous supposons qu'il s'agit de Aug. Van Dore.

---

PB:

AC 100/28, p. 44, c.1623 : domnus **Augustinus** (domus Capellæ) eat ad domum Leodij.
de Wal, iv, 66v, 1623 : *ccg.* : provincia Teutoniæ domnus **Augustinus** (domus Capellæ) eat ad domum Leodii (ex qua postea Treveros concessit pro tædio sublevando).
Les c.1624? 1625 et 1626 ne le mentionnent pas. Peut-on en déduire qu’il est parti directement de Liège vers Bruges?
AC 100/28, p. 83, c.1627 : domnus **Augustinus**, ibidem professus (domus Capellæ) vadat ad domum Monachorum Brugis.
AC 100/28, p. 98, c.1629 : domnus **Augustinus** professus domus Capellæ revertatur ad domum suæ professionis.
AC 100/34, p. 46, c.1635 : domnus **Augustinus van Doren** professus domus Capellæ (hospes domus Diestensis) revertatur ad domum Lovaniensem suæ professionis.
AC 100/34, p. 137, c.1654 : domnus **Augustinus Van Dorma**, professus et antiquior domus Capellæ.
AC 100:27/5, p. 80, L19, c.1654 : domnus **Augustinus Vandorne**, professus et antiquior domus Capellæ.
Arsenal : 26 marcius, domni **Augustini van Dorsy** professi huius domus qui ultra 50 annos vixit in ordine.

Pede fol. 103 : Anno sequenti 1599 cum advenisset carta capituli generalis, maxima cum stupefactione conventualis vederunt in illa verba sequentia : priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia, et committimus visitatoribus ut provideant dictæ domui de alio pastore, aut per viam electionis vel ut ipsis videbitur expedire. et domui Monachorum (prope Arnhemium in Gelria) brevi ut speramus restituendæ ordini præficimus in priorem domnum Adrianum Dorpium, propterea a domo Capellæ absolutum ; sed residentiam habebit in domo Leodij necquicquam agere sine consilio patris visitatoris præsumat. Hinc conventuales, concessa illis electione, vocatis ad hunc actum patro visitatoribus, absolutum suum et vere dilectum priorem, novo exemplo iterum elegerunt et installaverunt intonantes et cantantes in choro simul canticum: Te Deum laudamus. quibus ut Wallius scribit, visitatores facile consenserunt, cum res patriæ non pro voto succederent, erant hi conventuales qui rem tam egregiam fecerant sequentes : Philippus van Belle vicarius, Nicolaus Huart procurator, Cornelius de Dyer, Joannes Roost sacrista, **Augustinus**, Robertus de Belle et domnus Joannes Roost.

Pede fol. 103 – 105 : hoc anno chorus noster aperibus tectus est et anno sequenti 1602 domnus Adrianus Dorpius prior hujus domus iterum institutus est convisitator provinciæ et anno 1608 ascendit ad capitulum generale anno 1609 factum est sub generali Brunone D’Affringues, memorabile quid non solum in hac domo sed et in tota provincia : hic reverendus pater et capitulum generale provinciam nostram integram quod officiales subverterunt suscitati a quo, ignoratur. Deputati aut commissarij pro visitanda provincia erant domnus Petrus Serval prior domus Montis Dei et domnus Martinus Bleneau prior domus Noviomi visitatores ordinarij provinciæ Picardiæ, hi circa calendas novembris hoc anno domum Bruxellensem visitarunt in qua prior erat domnus Hercules Winckelius professus domus ~~Lovany~~ Bruxellæ et visitator hujus provinciæ. Hoc actu visitationis finito, venerunt ad hanc domum Capellæ in qua domnus Adrianus prior erat et provinciæ convisitator, quem in visitationis actu absolverunt dante: conventualibus electionem. ad hanc ut se rite prepararent secundum statuta interea temporis domum Sylvæ Sancti Martini adierunt ibique

domini illi plenipotentiarij, idem fecerunt et absolverunt priorem domnus Jacobum Denijs, qui tamen tam egregius vir erat ut postea factus sit visitator, et miserunt illum Gandavum ad domum suæ professionis functurus in illa officio vicarij. tunc repetentes hanc domum Capellæ in qua conventuales in electione non concordarant instituerunt in rectorem domnum Robertum van Belle vicarium, et priorem absolutum domnum Adrianum fungi jubent officio vicarij in quo officio obyt. Domnum **Augustinum van Doorne** instituunt procuratorem absoluto procuratore domus tum Bruxellam reversi absolvunt domnum Herculem priorem hujus domus provinciæ visitatorem qui absolutus elegit domum habitationis suæ Diestensem in qua ex hydropisi brevi post obyt 5[a] scilicet july præfecerunt autem domui Bruxellensi domnum Joannem Emmechoven professum et priorem domo Lovanij in qua domnum Godefridum de Haelmale constituerunt rectorem.
Erat in domo Leodij prior domnus Joannes de Steelant, quem ad se Bruxellas venire jusserunt et ibidem illum absolverunt et mittunt ad domum Diestensum vicarium. Deinde Brugas pervenientes absolverunt in domo monachorum vicarium et procuratorem, vicariatum imponentes in domnum Joannem Marensem professum domus Leodij et procuraturam dantes domni Guidoni. In rectorem domus Sylvæ Sancti Martini instituunt domnum Livinum de Jaghere professum domus Gandavi, in vicarium domnum Cornelium La Rousse professum domus monachorum Brugis, in procuratorem domnum Egidium Blitterswyck professum domus Bruxellarum præcedenti procuratore domno Petro Lamberti professo domus Lovanij remisso ad domum suæ professionis. qui brevi post factus est hic procurator, absoluto domno **Augustino**. In domo Diestensi similiter vicarium ac procuratorem absolverunt in vicarium eo miserunt absolutum domnum priorem Leodiensem ut supra in procuratorem instituentes domnum Petrum Eikermans.

Pede fol. 110 – 111 : domnus Robertus van Belle, Binchiensis, monachus professus hujus domus anno 1577 qui sequenti anno 1578 propter hæreticos cum alys conventualibus hanc domum deserere coactus fuit missus ad aliam et securiorem domum. Erat industrius tornator et huc reversus procurator diversis vicibus pecunias recepit ab illis quibus ex ejus operibus quædam presentaverat, et anno 1598 summam quandam ab abbate S. Autberti pro cavea ad includendam in ea avem ab illo recepit, quas sic receptas pecunias portat in annuo computu domus. Anno 1606 erat in hac domo vicarius, et mense novembri 1609 in visitatione absoluto domno Adriano Dorpio hujus domus priore et convisitatore provinciæ per plenipotentianrios patres reverendi patris generalis cum data fuisset electio conventualibus in qua non concordarant, hic domnus Robertus vicarius, ab illis nominatus est hujus domus rector et sequenti anno 1610 per cartam institutus est prior. hanc tamen præsidentiam diu non tenuit, nam carta capituli generalis anni 1614 a prioratu fuit absolutus. Anno 1615 sequenti supplicæ subsignavit presentatæ a conventualibus hujus domus reverendo patri et capitulo generali : quoad misam De Behault. Reverendo patri priori Majoris Cartusiæ, totiusque ordinis cartusiensis ministro generali exponunt cum omni reverentia et humilitate prior et conventus cartusiæ Capellæ B[a] Mariæ prope Angiam : quod ex virtute et tenore cujusdam contractus olim ante annos circiter 87 initi, inter priorem et conventuales ejus temporis ; et honorandum virum Joannem de Behault, Montium Hannoniæ, incolam : obligati sint ad celebrationem quotidianæ unius missæ in perpetuum, ob certam septingentorum viginti florenorum summam, tunc eisdem numeratam ; quam ex eodem contractu cujus est hic annexa copia constat fuisse consumptam in quibusdam debitis quibus tunc domus gravabatur persolvendis, necessarijs que provisionibus ordinarijs coemendis cum intentione tamen impendendi in futurum, quando uberiores suppeterent facultates similem summam in comparandis redditibus annuis pro securitate ejusdem fundationis : quod nihilominus nunquam factum est, quare missarum numerum venerandus P[r] Hercules hujus provinciæ Teutoniæ non ita pridem visitator, ad quatuor singulis septimanis redegit, quod onus tamen adhuc satis molestum et grave sentientes ob religiosorum paucitatem et quo immerito se gravari quandoquidem nullum ex inde pereipiunt emolumentum censent se posse conqueri, supplicant humillime ut cum auctoritate et permissione reverendæ vestræ paternitatis et benigna dispensatione super obligatione præfati contractus eidem liceat eis supplicantibus satisfacere per missam privatam de Beata Maria quæ ex ordinis more legitur ; quandoquidem nulli hujus domus benefactori adhuc dicata est ; addita oratione propria inclina in plurali pro fundatoris intentione orabuntque pro felici prosperitate reverendæ patræ vestræ frater Hieronymus de Wydts, prior ; frater Adrianus Dorpius, vicarius ; frater Joannes Roost, senior, frater Jacobus Goossens pro et sacrista frater Robertus de Belle ejusdem domus professus ; frater **Augustinus van Doren** professus ejusdem domus ; frater Petrus Lamberti, procurator ; frater Judocus Fortius, professus.
infra : committimus patribus visitatoribus ut nostra authoritate provideant supplicantibus. Cartusiæ sedente capitulo 1615 frater Bruno prior cartusiensis.
Et inferius : juxta authoritatem nobis concessam, considerata domus necessitate, supplicantium petitioni libenter annuimus. Datum in cartusia domus Capellæ in actu visitationis ejusdem 8[a] 7bris 1615, frater Jacobus Dionysius, prior cartusiæ Gandensis ; frater Van Emechove, prior cartusiæ Sanctæ Sophiæ, visitatores provinciæ Teutoniæ. Nota : descripsi suprascripta sicuti orginaliter jacent.

Anno 1619 defuncto hujus domus vicario domno Dorpio, hic domnus Robertus iterum fuit institutus vicarius in quo officio perseveravit ad mortem usque quæ illi venit 9[a] marty 1634 postquam 58 annis laudabiliter vixisset in ordinem.

Pede fol. 112-113 : domnus **Augustinus van Doren**, Antverpiensis, monachus hujus domus, professus circa annum 1602, qui S. ordines suscipiens Cameraci diaconus factus est anno 1605 in 7bri et postea sacerdos. placuit autem conversatio ejus patribus commissarijs plenipotentiarijs de quibus supra nam anno 1609 hanc domum visitantes in mense novembri et ut vidimus priorem et procuratorem qui erat domnus Jacobus Goossens absolventes, hunc domnum **Augustinum** instituerunt procuratorem in quo officio licet per cartam capituli anno sequenti fuerit confirmatus tamen diu non hæsit, nam anno 1613 et forte prius hic procurator erat domnus Petrus Lambrechts.
Anno 1623 per similem cartam capituli generalis missus fuit ad domum Leodij et inde ad domos Trevirensem et Coloniensem pro (reflectit Wallius) tædio suo sublevando, et solvimus prioribus domorum istarum cuilibet 48 libras reversus e domo Coloniensi ad hanc suæ professionis domum, non diu hic mansit, nam per cartam capituli 1627 iterum emittitur ad domum videlicet monachorum Brugis unde per cartam 1629 rursum reversus est ; et signavit se in quodam hujus domus instrumento, antiquiorem domus ; sed brevi post denuo ambulandi forsan causa missus est ad domum Diesthemij ex qua tandem ad maternum gremium reversus est per cartam anno 1635 amplius non migraturus nisi ad alteram et æternam mansionem, ad quam pervenit 26[a] marty 1653 antiquior tunc domus qui ultra 50 annos vixerat in ordine.

*GaM017*

***Augustinus vanden Weyngaerde.***

*e -   vic 1666-1668.*

ChM023
**Balthazar de Wolf**
alias **Wolfius.**
b - Termonde (Flandre Orientale);
ca 1599.
e - proc ca 1633- ? mars (7 avril) 1658
P 1658- †.
f - 13 avril 1669.

---

Lamalle, p. 16 : (catalogus priorum) in huius vero domusregimine, subrogatus ei fuit 7[a] aprilis (1658) per eligentium vota dominus Balthasar de Wolf Teneramundanus, professus domus huius et procurator eiusdem ag annis ferme 26, qui præfuit usque ad annum 1669 et obiit 12 aprilis obiitque septuagenarius. Tempore regiminis eiusdem constructum est magnum ædificium anterius, scilicet secunda porta domus cum tota structura, cameræ hospitum et fratrum donatorum, culina cum ceteris adhærentibus et tota ædificii moles ædificata fuit anno 1663, incepta 6[a] martii huius anni.

Pede fol. 109 : fundatio anniversarij domni Danielis Cappon, patris hujus, etc. in hac domo. « Nous soussignez Conventuels de la Chapelle de Nôtre Dame de Herines, aiant entendu que Mademoiselle Anne Lionielles veuve de feu Daniel Cappon de Lille en flandres, nous offre an aumosne la somme de cinq cens florins de vingt patars la piece; a la charge qu' on donnera tous les ans a l' entour de la fete de S[te] Lucie vierge qui est la jour de la profession de son fils nôtre Confrere Dom Joseph Cappon, au Couvent une bonne pitance de poissons et a chaque Pere une pinte de vin d' Espagne, et qu' on chantera semblablement tous les ans au meme jour une messe Conventuelle de Requiem, et chaque Prêtre dira une messe, non celebrants les sept psaumes de penitence cum Litanijs pour l' ame dudit defunt Daniel Cappon ses parents et amis tant vivans que trepassez. Nous accordons et acceptons tant qu'en nous est pour nous et successeurs et promettons a la susdite Demoiselle qu'on le fera ainsi apres qu' aurons reccu l' argent. fait a Herines le 11 de mars 1627. Signe frater Pierre Daems Prieur, frater Robert de Belle vicaire frater Judocus Fortius Antiq[r] frater Henricus Byl Procurator ; frater Franciscus Boissart ; frater Ludovicus Bourlart ; frater **Balthasar de Wolff ;** frater Joannes de La Motte, frater Josephus Cappon, in ferius habetur : nous accordons la dite Requete. fait durant Le Chapitre general 1627 frère Bruno Prieur de Chartreuse ».
Pede fol. 114-115 : domnus Adrianus Buycx, Welpius, professus monachus hujus domus ad quam venit circa annum 1615. Initio anni 1621 absoluto domno Lambrechts hujus domo procuratore, factus est in hac domo procurator, sed post tres annos per cartam 1624 ex procuratura hac missus est ad domum Sanctæ Sophiæ procurator. domnus autem Schotte, prior hujus domus cum vidisset in carta : Et prior provideat sibi de alio procuratore, elegit sibi domnum Henricum Byl conprofessum suum domus Lovaniensis, qui tamen procuraturam non tenuit nisi ad annum ~~sequentem~~ 1627 cum vidit in carta, articulo domnus Sophiæ : Et domnus Adrianus Buycx ibidem procurator, revertatur ad domum Capellæ suæ professionis et ibi exerceat idem officium procuratoris. mansit autem hic procurator usque ad cartam capituli anni 1632 qua factus est prior domus Diestensis inde anno 1635 translatus per cartam ad prioratum domus Sylvæ Sancti Martini unde post quinque annos per cartam prior factus est domus Gandavi 1640, ultimo deinde loco, per cartam 1642 missus est prior ad hanc ejus professionis domum Capellæ. Hic anno sequenti a fundamentis ædificavit ædificium in area anteriori quam domum lactis appellamus ubi carnes a domesticis preparantur et manducantur et cum hoc eodem anno villa nostra de Cromrycke casu fortitito ad solum usque a voracibus flammis fuisset consumpta 13° augusti, materiam et hanc reædifandi habuit, cum solertissimo suo procuratore domno **Baltasaro de Wolf** cujus egregia ædificia infra suo loco videbimus. Anno 1650 sub illo chori nostri testudo facta est quod opus constitit absque virtualibus et pegmatibus 400 florenis semel anno 1653 facta est Antverpiæ tabula summi altaris in nostro choro a magistro **Joanne van Houbraken pictore** majus altare verosimiliter immediate antea constructum fuerat. Domum hanc plurimum auxit bonis imo optimis religiosis ~~inter quos egregius domnus Pecquius fuit quem et habetit successorem~~ obyt autem domnus Adrianus optime meritus in hac domo 30 octobris 1654, inveni alicubi quod fuerit provinciæ hujus aliquo tempore convisitator quod melius postea examinandum.

Pede fol. 117-118 : domnus **Balthasar de Wolf** dictus Lupus, Teneramundanus, monachus hujus domus professus anno 1620. Primitias suas celebravit in augusto 1624 et sequenti anno factus est sacrista cum per cartam capituli anno 1632 domnus **Adrianus Buycx** hujus domus procurator factus esset prior in domo Diestensi, domnus Balthasar ex sacrista factus est procurator in quo laborioso officio, summo domus hujus bono perseveravit ad annum usque 1658 per viginti scilicet ~~annos~~ quinque annos : nam mense martij 1658 misso domno Petro Antonio Pecquio hujus domus priore ad prioratum domus Valencenarum, domnus **Balthasar** conventualium electione constitutus

est hic prior et a capitulo generale sequente confirmatus. Initio sui prioratus non vidit nisi hic bellorum calamitates et ruinas, rusticos vininos ad se suaque animalia grana etc conservanda ad hanc domum confugientes quibus mediante contributione varia monastery loca elocabat ad tempus, varios interea ac inter illos egregios juvenes ad novitiatum recipiens et professione monastica huic familiæ adscribens, a quibus non paucas pecuniarum summas in eleimosinam accepit. Anno autem 1661 jussit per architectum nomine Jan du Can, edificij novi ichonographiam exarare, quam munitus approbatione conventualium et patrorum visitatorum ad capitulum generale ascendens ostendit illi et reverendo patri, unde et approbationem et consensum reportavit. Initio anni 1663 capit antiqam culinam et alia ædificia antiqua destruere quæ locum novi edifii construendi occupabant, et 16[a] marty domnus Melchior Pletincx, procurator, primum posuit ex eo lapidem ædificavit autem gravem illam variorum ædificiorum molem quam videmus, scilicet caveas culinam cameras pro hospitibus et fratibus ambulæra etc spatiosa et commoda cuncta.
Turrim quoque pro horologio et in anteriori parte ædificij frontispicium satis superbum (quod fatemur) omnia autem incæpta complevit, et constitit totum hoc opus in numerata pecunia 16396 florenis et 18 stuferis. Solvit ulterius cuidam latomo dicto **Richart ex Escaussinnes** 17 july 1665 quadraginta libras pro sculpendis armis domini ducis Arembergy, quas in frontispicij altiori parte poni jussit. fecit quoque testitudines amborum chororum et possessiones nostras varijs terrarum bonarijs acquisitis auxit et anno 1666 pingi fecit ~~Antverpiæ~~ Bruxellis tabulam altaris Sancti Brunonis per **pictorem J.B. van Heil** et alias parvas quo anno iterum grave hic exarssit bellum et coacti fuimus prætiosa nostra Bruxellas ducere et vicinos rusticos etc iterum in hanc domum ad mittere. combustum horreum et cetera in Cromrycke incæperunt reaæificare anno 1669 quo mortuus est domnus Balthasar die 12[a] aprilis de hac morte sic scribit in suo registro procurator domnus Pletincx : obyt domnus **Balthasar de Wolf** vir æconomus, Teneramundanus, prior et alias procurator hujus domus, sub quo multa ædificia sunt constructa, omnes cameræ hospitum, culina et cætera ædificia, tota vaccaria, tesudo chori monachorum et donatorum, multa immobilia empta, cellæ religiosorum reparatæ. Obyt bonus pater septuagenorius R.I.P. propter majus ædificium et præcipue propter frontispicium passus est ab uno vel altero monachorum magnas contradictiones ; nam scriptum quoddam satis extensum ad me a V.P. Priore Lirano missum est, quo videtur quasi ad illustrissimum nuntium desuper appellatum fuisse, in hoc scripto non solum nos accusamur super illa superba ædificatione sed et patres nostri Leodienses, imo patres nostri Lirani et Lovanienses super ornatu sedilium suorum in choris suis, sed nihil cum hoc scripto videntur effecisse. aliqua reprehensione dignum videtur quod in frontispicio poni permiserit bonus pater illa verba : me Lupus ædificat. vera causa ignoratur ab quam in frontispicio posuerit arma ducis Arembergij a quo omnino nihil acceperunt, vero similiter putaverunt aliquid ab eo in recognitionem recipere ut ædificium perficerent, quod inperfectum ab una parte remansit ; vel forsan etiam propter murmur supradictum religiosorum, non perfecerunt illud.
Pede fol. 119-120 : domnus Petrus Antonius van Pecque alias Pecquius, Bruxellensis, monachus hujus domus in qua ad novitiatum est receptus a domno Laurentio Serjants priore anno 1632 et professus est anno sequenti 1633 in fine mensis aprilis, nam 28[o] mensis hujus fecit suum testamentum jam profiteri intendens in hoc testamento relinquit huic domui aut domibus in quibus in ordine postea mansurus erat redditum 200 florenorum annue pro emendis ornamentis ad ecclesias vel altaria. Tunc succedentibus annis sacros ordines suscepit et initio anni 1642 ex hac domo vicarius missus est per obedientiales patri visitatoris ad domum Bruxellæ : et per sequentem cartam confirmatus. deinde in illa domo Bruxellensi factus est coadjutor donec per cartam capituli generalis anno 1652 super candelabrum positus missus est prior ad domum Diestensem. defuncto autem hujus domus priore domno Adriano Buycx 30[a] octobris 1654 et data electione conventui noster domnus Pecquius electus hic prior est et anno sequenti per cartam capituli confirmatus. tunc anno 1656 pingi fecit ab excellentissimo **pictore Gaspare de Crayer** tabulam altaris Sanctæ Annæ pro qua solvit 220 florenos. circa finem anni 1657 vel initio anni sequentis 1658 per obedientiales literas reverendi patris nostri generalis ex hac domo missus fuit ad prioratum domus Valencenarum et data fuit hic conventualibus facultas eligendi sibi novum priorem quod fecunt eligentes domnus **De Wolf** qui fuit in carta 1658 confirmatus. ab illo prioratu domus Valencenarum translatus est ad prioratum domus Antverpiæ per cartam anno 1664 in quo per biennium tantum mansit nam inde translatus est ad prioratum domus Liræ per cartam anni 1666. Convisitator hujus provinciæ designatus est per capitulo genrale anni 1668 et pricipalis visitator per capitulum generale anni 1672. In hoc officio moritur in domo Lyræ 19 decembris 1679. supra scriptis lucet hic adscribere quæ de hoc excellenti viro scripsi in cathalogo priorum hujus domus Capellæ scilicet : domnus Petrus Antonius Pecquius claris ortus parentibus patre nimirum incomparabili viro omno Petro Pecquio, Brabantiæ cancellario, matre pyssima femina domina Barbara Maria Boonen archiepiscopi Mechliniensis sorore. huic æpplicamus ut paucis hunc priorem depingamus illud Ciceronis : nullum monumentum clarius relinquere pater potest, quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenij, filium. Tale parentibus suis gloriosum monumentum Pecquius noster fuit : qui licet prioratus et visitatoris

officijs ad finem usque vitæ gravatus, ita studijs se occupavit ut in quinque domibus in quibus præfuit, rarus liber sit, quem doctissimis ubique notis ac observationibus fuse non illustrarit. Tanta nitidissimo charactere et pulcherrimo, elegantissimoque stylo scripsit, ut si sic ubique sparsa in unum colligi possent, varia efficerent volumina pyssimi ac doctissimi operis. Visitatoris officio fungens elegantissimas visitationis chartas in visitatis domibus composuit et reliquit. ex his judicamus Pecquium nostrum, magno Bibautio si non majorem equidem in scientia non inferiorem.

Pede fol. 122 – 124 : domnus Melchior Pletincx Herinensis, Monachus hujus Domus et in illa professus 28[a] Januarij 1653. Procurator institutus in illa in Martio 1658 loco domnus **Balthasar de Wolf** prædecessoris procuratoris in priorem hujus domus electi ; quem in diligentia et oeconomisericordiæ scientia insecutus est et maximam partem habuit in erectione ædificiorum omnium tunc constructorum : et in bellorum tempestatibus continuis infatigatus. Procuraturam sic gessit in hac domo per 18 annos, donec anno 1676 initio anni per litteras obedientiales factus fuit vicarius apud moniales nostras Brugis, quod non mansit nisi ad cartam usque capituli nostri generalis anno 1677 sequenti, per quam domnus Henricus Petit prior hujus domus loco ejus missus fuit ad vicariatum illum monialium, et domnus Melchior institutus fuit hujus domus prior. Domnus Petit creaverat sibi procuratorem domnum Hieronimum de Hoppenbrouwer, professum domus Antverpiæ ex vicario domus hujus. Hunc domnus Melchior prior prima dominica adventus sermonem habens in capitulo nostro iterum in vicariatu restituit his verbis : Huic domui nostræ cum a quatuor mensibus vicario orbatæ necesse est ut provideatur, et quidem tali omnes in observantia regulari ædificare possit etc post ex tollentiam oculorum in diversas personas, tandem illos conjeci in personam domni Hieronimi de Hoppenbrouwer illi igitur gratias ago de labore, sudore et obsequio prestito in officio Marthæ eumque absolvo ab officio procuratoris et instituo vicarium hujus domus, autem Gummarum van den Eynde denomino et instituo procuratorem hujus domus in nomine Patris, etc. Anno 1679 pro prima vice ascendit ad capitulum generale unde descendit cum onere visitandi ut collega domos Mogunty et Molshemij visitatorum ascendit iterum ad capitulum anno 1681, unde reversus est tunc convisitator provinciæ. Anno autem 1687 cum iterum ascendisset in periculosam infirmitatem incidit Rhemis quo missus fuit frater Anthelmus donatus, sanus autem factus iter iterum arripuit. Interea toto prioratus sui tempore semper hic bellum erat, annis singulis prædationes, depopulationes agrorum, spoliationes villarum, concursiones rusticorum ad hanc domum cum suis equis et pecoribus et mobilibus ut ea conservarent sub militibus salvegardis quos continuo habebamus ad hoc: et quorum stipendia quæ erant maxima, pro majori parte solvebant illi rustici, sicut et nos. super omnia illa damna quæ continuum nobis bellum intulit, habuimus hic initio augusti 1690 tantam inundantiam aquarum ut quasi dilivium esset, vivarium nostrum in hac domo et ante portam et omnia receptacula piscium nostrorum in unum diffluebant, it aut quasi mare viderentur, in Scibbeke vivarium vel vivaria terminos suos egrediebantur ad plateam usque, unde et pro majori parte pisces nostros amisimus. Anno 1691 gravius exarsit bellum in his partibus, et 18 februarij cum procurator noster, Nicolaus de Vroede villicus noster in Nevioele cum hortulano domestico nostro tenderent versus Tornacum, inter Tuilain et Mogrez prope Maude fuerunt arrestati et ducti athum ad gubernatorem nomine Fareau; allegantes quod carerent salvo conducto et quod certe equos ducebant ad Gallos : quidquid in contrarium dicerent nil juvabat et fuerunt coacti ut liberi evaderent dare 24 paltacones ne bona nostra situata in Flandria in confiscationem caderent, cessimus illa hac æstate, facto Instrumento desuper patribus nostris Gandensibus et Sylvæ Sancti Martini, insuper per totam æstatem habuimus una die hic salvagardum Hispanum, altera die salvagardum Gallicum et sic semper unum vel alterum, uni dandim erant 106 imperiales alteri 60 imperiales et sic continuo. 12 aprilis huc venerat cum maximis minis, flammis ora nostra devastandi Gallus capitaneus Le Fevre regiminis de Roussillon, quod fecerat alijs, nisi dedissemus illi in promptis pulcherrimum equum, quem ad illum duci jussimus in Braniam comitis. Procurator noster 7[a] junij cum esset cum Gregorio de Smet majero de Kestergewaut Angiæ in platea e regione de Witte Leirse et simul indecerent, fuit majerus occisus duobus ictibus pistoleta per unam partem copiarum Lunenburgicarum ; procurator feliciter evasit a fractione capitis quam illi minabantur. Huic tristissimæ vitæ succumbere debuit venerandus prior noster sic zelans domum suam ; nam volens loqui priori nostro Bruxellensi, locum collocutionis mutuæ elegerant villam cartusiæ istius in Liniaco Sancti Martini, ad quam cum advenissent 20 Xbris 1691, prior et convisitator Melchior Pletincx subitanea quasi morte defunctus est scripsit egregium registrum bonorum nostrorum et alios utiles libros in procuratura vir vita longiore dignissimus ad bonum provinciæ et hujus domus.
Pede Fol. 124 : domnus Henricus Petit, Angiensis, monachus hujus domus professus anno 1649, subdiaconus ordinatus vigore dimissorialium ab episcopi Mechliniensi 12 marty 1650, eodem anno diaconus, et in mayo 1651 factus sacerdos. Deinde post aliquot annos missus est vicarius ad domum Liræ, deinde ad domum Antverpiæ, ubi existens defuncto 12[a] aprilis hic domno **priore de Wolf** anno 1669 electus est in hac domo suæ professionis prior in qua non invenit nisi, ratione belli continui, calamitosa tempore post octo annos præsidentiæ translatus est hinc per cartam 1677 ad vicariatum

Monialium nostrarum Brugis loco domnus Melchioris Pletincx qui jussus est hanc præsidentiæ sedem occupare. apud moniales nostras non nisi per tres annos mansit nam per cartam capituli generalis 1680 venit ad prioratum domus Liræ ubi et mortuus est 30 7bris 1693. Hic præsidens ædificavit villam nostram in Cromrycke grangiam stabula etc varios fratres donatos ad ordinem recepit et aliquos monachos.

Delvaux, MB, p. 1450:

AC 100/13, p. 25, c.1659 : priori Capellæ non fit misericordia.
AC 100/13, p. 32, c.1660 : priori Capellæ non fit misericordia.
AC 100/13, p. 39, c.1661 : priori Capellæ non fit misericordia.
AC 100/28, p. 163, c.1662 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/34, p. 150, c.1664 : priori domus Capellæ non fit misericordia
AC 100/34, p. 158, c.1665 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/28, p. 166, c.1669 : domnus Balthazar Wolfius professus et prior domus Capellæ.
AC 100:27/6, p. 19, L18, c.1669 : domnus Balthazar Wolfius, professus et prior domus Capellæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 13 aprilis : domnus Balthazar de Wolf professus et prior domus Capellæ. 1669.

ChM024

**Bartholomeus.**

f - c.1386 : Bartholomeus, prof Ch, Ga hos *maneat in domo Vallis Regalis*.

g - = ChM025 ?

---

AC 100:25, p. 46, L30-p. 47, L7 : priori Sanctæ Mariæ de Capella non fit misericordia. Et ordinamus quod donnus **Bartholomeus**, monachus domus Capellæ et hospes in domo Gandavi, remaneat hospes in dicta domo Gandavi ad ordinis voluntatem sine, contributione expensarum, alias ad domum suæ professionis Capellæ celeriter revertatur. Et quia inordinate venit ad domum cartusiæ, pro hoc non detur sibi aliqua disciplina nisi furtum commisisset in revertendo, nam per dictum domum cartusiæ acriter disciplinatus fuit in carcere. Et domnus Goswinus habeat patientiam, donec domus Sylvæ ad meliorem fortunam ex Dei misericordia perducatur.

ChM025
**Bartholomeus.**
f - 19 février ? (>1390).
g - = ChM024 ?

---

Lamalle, p. 17 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Bartholomæus quondam monachus huius domus
Pede fol. 6 : domnus Bartholomeus, monachus hujus domus obijt 19 februarii.
Arsenal : 20 frebruarius, domni Bartholomei monachi domus huius.

Schrije 20.

ChM026

**Bartholomeus Clautier.**

a - m.: Catherine Clautier, de la famille Thonis,
de Bruxelles, bienfaiteurs de Ch.

d - ca 1370.

e - To ou Noyon hos
Ch proc 1382- ca 1390(?)
Ch cité moi 1390
Ch P ? -1398
Ch proc ? -1407- ?
Ch vic 1426- †.

f - 22 aout 1427.

---

Delvaux, MB, p. 1439:

Lamale, p. 12 : (catalogus priorum) domnus Bartholomeus Clanterii quondam monachus et prior huius domus.
Lamalle, p. 20 : (anno domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellæ XVII personæ aliis vestibus indutæ, scilicet istæ) dominus Bartholomæus Clantier, monachus domus huius.
Lamalle, p. 38-39 : item dominus Bartholomæus Clantier de Bruxella. Credo quod iste erat de progenie Ludovicus Anthonii, vel saltem ex parte matris, ut satis patet in antiquo martyrologio. Fuit professus huius domus, sed quo tempore vel anno rexerit hanc domum nil certi habemus. Posset fuisse circa guerras Flandriæ quando conventus noster fugit Bruxellas : nam et anno 1390 cmputatur idem inter monachus huius domus. Iste non obiit on hac domo ut puto sed forte in Francia alicubi. Habitavit enim in domo Noviomensi aliquamdiu ante mortem, nescio an ibi obierit et unde scripsit ad magistrum Ioannem Gerson cancellarium Parisiensem de libris Rusbrochii, qui cancellarius eidem rescripsit unde exstant epistolæ. (note Lamalle : les lettres de Clantier ne sont pas conservées ; les deux réponses de Gerson se trouvent dans *Joannis Gersonis opera omnia*, édit. Ellies du Pin, Anvers, 1706, t. I, col. 59-63 et 78-82. M. P. O'Sheridan, *Une œuvre latine de Ruysbroeck*, dans *Studia catholica*, t. V, 1928, p. 5, qualifie de très douteuse l'identification du frère Barthélemy, chartreux, correspondant de Gerson, avec Barthélemy Clantier. Mais il ne donne pas ses raisons et semble ignorer les témoignages anciens, comme celui de Beeltsens. Le Couteulx, op. cit. t. VI, p. 506 : le fait résider à Tournai, maison rattachée à la province française de Picardie.)
Lamalle, p. 49-50 : circa annum Domini 1428 obiit dominus Bartholomæus Clantier de Bruxella. Ut puto iste fuit de progenie Ludovici Anthonij et postea stetit in Francia. Nescio an idem alicubi secundo professus fuerit et obierit.
Lamalle, p. 183 : catalogue des prieurs ; 14[e], dominus Bartholomæus Clantier. Obiit 22 augusti 1426.
Pede fol. 6-7 : domnus Bartholomeus Clautier, Bruxellensis, professus hujus domus et hoc tempore prior Capellæ qui anno 1382 videtur procurator quod officium iterum agebat anno 1410. 1407 hic teste chronico erat de progenie domni Ludovici Anthonii maximi benefactoris nostri Bruxellis ; addens : iste non obijt in hac domo puto sed forte in Francia vel alibi, habitavit enim in domo Noviomi parum ante mortem, nescio an ibi non obierit, et inde scripsit ad domnum Joannem Gerson cancellarium Parisiensem de libris Ruysbrochij, qui cancellarius ei rescriptis, unde extant epistolæ. Obijt autem 22 augusti 1426. Vocatur in procuratura Bartolomeus Thonis.
AC 100:9, p. 1, L36, c.1428 : domnus Bartholomus Claurrier dudum prior domus Capellæ Beatæ Mariæ, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:24, p. 83, L33-34, c.1428 : domnus Bartholomeus Clautier dudum prior domus Capelle Beate Marie [pro quibus fiat unum tricenarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:12/2, p. 133, L29, c.1428 : domnus Bartholomeus Clancær, dudum prior domus Capelle Beate Marie, [pro quibus fiat unum tricenarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:10, p. 111, L5-6, c.1428 : domnus Bartholomeus Chaucier, dudum prior domus Capelle Beate Marie, pro quibus fiat [unum tricenarium defunctorum per totum ordinem].
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis* : 22 augustus, domnus Bartholomeus vicarius Capelle.
Arsenal : 22 augustus, domni Bartholomei Clauterij quondam prioris domus huius.
Arsenal : 20 decembris, domini Johannis filij Anthonij de Bruxelle que dedit per…….. florenum annui redditus cum quod associatur Nycholaus Clautier et Katharine uxor eius noster domni Bartholomei fratris nostri. Et Katharine avia sua de quam Katharine avia dicti fratris nosto habuimus XXX[a] scuta exposita in tabula altaris et alias res valentes plusquam XXV[e] scuta.

Schrije 21.

ChM027

**Bartholomeus Cromwaghen**

alias **Cromvogen.**

b - Bruxelles

? mars 1744.

e - moi 1776, 1783.

---

AGR CR 139.

AAM, Acta Episcopalia Mechliniensia, register nr 139A, f° 54 : sequuntur studiosi sacerdotes – prosecutio cleri – regularis.

P. Bartholomæus Loomoogen (Cromvogen ?) ; Bruxellensis ; 42 ; in BeatæMariæ Virginis de Capellæ ; ex cartusianus celebrat ut supra.

Gde Chartreuse, A-V, 231, 6 Enghien 1, non folioté : religiosi professi huius domus Capellæ 1776 : domnus Bruno Cromoogen.

AAM, Acta Episcopalia Mechliniensia, register nr 57 : Akten van het vicariat onder Benedictus de Ruddere, vicaris-generaal, f° 84-89, lijst van degenen die de eed van haat tegen het koningschap aflegden: f° 86v : Sub urbe Bruxellensi Cromogen carthusianus

RA Anderlecht, stuk 1270, n° 1446 in het jaar 8 : Barthelomeus Cromoogen en hij woonde na de opheffing te Brussel in de rue de la Putterie.

ChM028

**Bartholomeus a Leida.**

f - 5 mars ?`

---

Pede fol. 83 : depono hic aliorum hujus domus religiosorum professorum nomina de quibus non constat nisi dies obitus eorum in calendario, igitur : domnus Bartholomeus a Leida qui obyt 5° martij.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 5 marcius: domnus Bartholomeus a Leda, monachus professus domus Angiæ.
Arsenal : 25 [januarius] parentum fratris nostri Bartholomei de Leda ac omnium pro quibus idem obligatur (après 1508).

ChM029

**Benedictus de Backer.**

d - 1727.

e - tons & ord min 23 septembre 1728
subd 21 décembre 1729
sds 20 décembre 1732.
SM hos 1739-c.1742
Ch sac c.1742- ?
Ga sac ? -1756-c.1758
SM hos c.1758-1759
SM sac 1759-1761
Bx hos 1761- ?
Ch ? – 1776 - † (sen + jub).

f - 13 juin 1781.

---

RAR, 52 :
Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : status vel personnæ professæ domus Capellæ in januario 1756 : domnus Benedictus De Backer, professus hujus domus hospes in domo Gandavi.
Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : religiosi professi huius domus Capellæ 1776 : domnus Benedictus de Backer senior et jubilarius.

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 67, f° 191v : die 23 septembris, quæ erat feria sexta quatuor temporum in sacello palatij archiepiscopalis Mechliniæ, ab eminentissimo et reverendissimo domino Thoma Philippo cardinale de Alsatia, archiepiscopo Mechliniensi, promoti sunt ad tonsuram … frater Benedictus De Backer ordinis carthusiensis monasterij Herinensis, diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.
f° 192, … ad 4 minores ordines … frater Benedictus De Backer ordinis carthusiensis monasterij Herinensis, diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.
f° 192v, Die 24 Septembris 1729 quæ erat Sabbatho quatuor temporum, in Choro Ecclesiæ Metropolitanæ Mechlinæ inter missarum solemnia, ab eminentissimo et reverendissimo domino cardinale de Alsatia, archiepiscopo Mechliniensi, promoti sunt ad subdiaconatum … frater Benedictus De Backer ordinis carthusiensis monasterij Herinensis, diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.

AC 100/28, p. 230, c.1742 : domnus Benedictus de Backer (hospes domus Sylvæ Sancti Martini) revertatur ad domum Capellæ suæ professionis.
AC 100/35, p. 181, c.1758 : domnus Benedictus de Backer sacrista (domus Gandavi) vadat ad domum Sijlvæ Sancti Martini.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 13 junius : obijt domnus Benedictus De Backer, professus et senior domus Capellæ, alias sacrista domorum Gandavi et Sylvæ Sancti Martini. Jubilarius. 1781.

ChM030
**Benedictus de Behault**
alias **de Pechault.**
f - c.1768.
g - = ChM198 ?

---

PB:

AC 100/35, p. 229, c.1768 : domnus Benedictus de Pechault, professus domus Capellæ.
*7 december* 23 November : obijt 1767, domnus Nicolaus Albergatus De Behault professus domus Capellæ.

*ALM022*

***Benedictus vanden Brule.***

*e -    vic 1740-1741.*

---

*ALM023*

**Benedictus Cansmans.**

*e - hos c.1665-1667*

ChM031
**Benedictus Maes.**
b - Simon.
d - 1698
e - tons & ord min (Bruxelles) 18 décembre 1699
subd (Bruxelles) 27 mars 1700
vic 1704-1709
Li hos 1710- ?
Di vic 1714- †.
f - c.1718.

---

PB:

Soenen, MB, p. 331:

Bernaer.

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 66, f° 7v : Bruxellis. Die 18[a] decembris (1699) quæ fuit feria sexta quatuor temporum adventus ab illustrissimo ac reverendissimo domino Humbert Guilielmo a Precipiano, archiepiscopo Mechliniensi in sacello suo domestico tonsurati sunt … frater Benedictus Maes carthusiæ Herinensis, diœcesis Cameracensis religiosus scholaris vigore dimissorialium.
f° 8, eodem die ad quatuor minores ordines promoti sunt … frater Benedictus Maes, carthusiæ Herinensis, diœcesis Cameracensis, religiosus clericus vigore dimissorialium.
f° 13, Bruxellis die 27[a] martij 1700 sabbatho ante dominicam Passionis ab illustrissimo ac reverendissimo domino Humberto Guilielmo a Precipiano, archiepiscopo Mechliniensi in sacello suo domestico ordinati sunt subdiaconi … frater Benedictus Maes, carthusiæ Herinensis, diœcesis Cameracensis. Religiosus acolythus vigore dimissorialium.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, obierunt incerto die : domnus Benedictus Maes, professus domus Capellæ, vicarius domus Diestensis.

*SMM022*
***Bernardus de Boudt.***
*e - hos c.1677- ?*

*GaM026*

***Bernardus Frotijk.***

*e - hos c.1681- ?*

---

*GaM027*

***Bernardus Garemyn.***

*e -    hos ? -c.1750.*

---

*ALM027*
***Bruno d'Avila.***
*e - hos ? -c.1659.*

*GaM031*
**Bruno de Cocq.**
*e -    hos c.1703-c.1704.*

ChM032

**Bruno le Comte.**

b - Henri-Pierre.
Wavre (Brabant)
11 mars 1717

e - sds 19 mai 1742
vic 1743-18 mai 1744
SA proc 24 mai 1744- ? mai 1755
Lo proc ? -c.1761
Di P 8 mai 1761-1773
An P 1773-1783.
cvs 1772-1777.

g - 1783-1786: paroisse de St-Pierre et Paul a Malines
1794: toujours en vie.

---

PB:

RABg OKA 329, 330 et 335 :

AOPG, 2297 :

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensi* :

AAM, Acta Episcopalia Mechlinensia, register nr 68, f° 29, Mechliniæ, Die 19 maij (1742)… Ad Sacrum presbijteratus ordinem … frater Bruno Lecomte Ordinis Carthusianensis, diœcsis Cameracensis diaconus vigore dimissorialium.
AAM, Acta Episcopalia Mechlinensia, register nr 139A, f° 32 : clerus regularis in conventu carmelitarum discalceatorum Mechliniæ Henricus Petrus Le Comte ; Wavriæ ; 69 ; prior Cartusiæ Antverpiæ supp : reverende ac amplissime domine archipresbiter.
Gde Chartreuse, A-V, 231, 6 Enghien 1, non folioté : status vel personnæ professæ domus Capellæ in januario 1756 : Bruno le Comte, procurator Monialium Brugis professus hujus domus.
Gde Chartr., A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : religiosi professi huius domus Capellæ 1776 : Bruno Le Comte, prior domus Antverpiensis. Convisitator.
AC 100/35, p. 200, c.1762 : priori domus Diestensis non fit misericordia.
AC 100/35, p. 208, c.1765 : priori domus Diestensis non fit misericordia.
AC 100/35, p. 216, c.1766 : priori domus Diestensis non fit misericordia.
AC 100/35, p. 223, c.1767 : priori domus Diestensis non fit misericordia.
AC 100/35, p. 232, c.1768 : priori domus Diestensis non fit misericordia.
AC 100/35, p. 239, c.1770 : priori domus Diestensis non fit misericordia.
AC 100/35, p. 246, c.1771 : priori Diestensis non fit misericordia.
AC 100/35, p. 254, c.1772 : priori Diestensis non fit misericordia.

AAM, Fonds de Franckenberg, nr XVIII, bundel 35 :
Hisce mandato eminentissimi domini archiepiscopi (ut decreto Cæsario-Regio fiat satis) pareo
Ego Henricus Petrus, cognomine, Lecomte, natus sum Wavriæ undecima martij anno 1717, fixum domiciliam habens a tempore suppressionis ordinis carthusiensis, in quo tunc temporis prior eram cartusiæ Antverpiensis. Prefatum eminentissimi domini archiepiscopi mandatum exsequens venerabundus subscribor.
Henricus Petrus Lecomte prior cartusiæ Antverpiensis, pensionatus.
Mechliniæ 30 junij 1786.
AAM, Acta Episcopalia Mechliniensia, Fonds de Franckenberg, nr XVIII, bundel 35 :
Catalogus religiosorum ……… sub parochia Sancti Petri et Pauli Mechliniæ, 26 xbris 1783
… reverendus Henricus Petrus Le Comte prior carthusianorum monasterii Antverpiensis.
AAM, Acta Episcopalia Mechliniensia, Fonds de Franckenberg, nr 18 bundel 35 :
… reverende ac amplissime domine archipresbiter
Henricus Petrus Lecomte prior cartusiæ Antverpiensis, pensionatus.
Mechliniæ 30 junij 1786
Catalogus religiosorum ……… sub parochia Sancti Petri et Pauli Mechliniæ, 26 xbris 1783
… reverendus Henricus Petrus Le Comte, prior carthusianorum monasterii Antverpiensis.
AAM, fonds Aartsbisschoppen, de Francquenbergh, nr XV, bundel 3 :
Etat du clergé en 1786

Naemen, &c. der Eerwaerde heeren onder de parochie van St Peeter en Pauwel binnen Mechelen.
Reverendus domnus Lecomte woonende op de Ledigheijt, gewesen prior de Cathuijsers.

ChM033

**Bruno Fierens**

alias **Firens.**

d - 1698.

e - subd (Bruxelles) 20 décembre 1698
dia ((Bruxelles) 4 avril 1699
sds(Bruxelles) 19 avril 1699
sac 1701.

f - 11 septembre (c.1736).

---

PB:

Bruxellis die 20 decembris 1698, quæ fuit sabbatho quatuor temporum adventus ab illustrissimo ac reverendissimo Humberto Guilielmo a Precipiano, archiepiscopo Mechliniensi, in sacello suo domestico ordinatu sunt subdiaconi … frater Bruno Firens, carthusiæ Herenensis juxta Angiam, diœcesis Cameracensis. Religiosus acolithus vigore dimissorialium titulo religionis.
Bruxellis die 4[a] aprilis [1699] quæ fuit sabbatho ante dominicam Passionis ab illustrissimo ac reverendissimo domino Humberto Guilielmo a Precipiano, archiepiscopo Mechliniensi, in sacello suo domestico ordinati sunt diaconi… fratres Bruno Firens, carthusiæ Herenensis juxta Angiam, diœcesis Cameracensis, religiosus subdiaconus vigore bullæ apostolicæ et Joannes Guilielmus Ringaut, carthusiæ Lovaniensis, religiosus subdiaconus, diœcesis Mechliniensis.
Die 19[a] aprilis 1699 Bruxellis, quæ fuit sabbattho sancto ab illustrissimo ac reverendissimo domino Humberto Guilielmo a Precipiano, archiepiscopo Mechliniensi, in sacello suo domestico ordinati sunt presbyteri frater Joannes Doemen, carthusiæ Sylvæ Martini in diœcesis Mechliniensis, religiosus diaconus, frater Bruno Firens, carthusiæ Herenensis ~~Carthusiæ~~ diœcesis Cameracensis religiosus diaconus vigore dimissorialium apostolicarum et dispensationis super ætate ac interstitijs.

AC 100/35, p. 160, c.1736 : domnus Bruno Fierens professus domus Capellæ
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 11 september : obijt domnus Bruno Fierens professus domus Capelle Beatæ Mariæ. 1735.

ChM034
**Bruno Gheysels**
alias **Ghysels, Giseles.**
b - Arnoldus
Bruxelles.
d - 8 aout 1629.
e - AL hos ? aout 1637-c.1639
Lo hos c.1639- ?
Ch ? - †.
f - 16 avril (c.1661).

---

PB:

Delvaux:

Pede fol. 116 : domnus Bruno Ghyssels, Bruxellensis, monachus hujus domus et in illa professus 8[a] augusti 1629, qui antea vocabatur Arnoldus. Anno 1637 ab hac domo in augusto missus fuit ad domum Liræ unde per cartam capituli 1639 mittitur ad domum Lovanij, quo autem anno vel tempore domum sit reversus non constat ; obijt 16[a] aprilis anno 1661.
AC 100/34, p. 77, c.1639 : domnus Bruno Giseles, professus domus Capellæ (hospes domus Lyræ) vadat ad domum Lovanii.
AC 100/13, p. 37, c.1661 : domnus Bruno Gheisels, professus et antiquior Capellæ.
AC 100:27/5, p. 37, L27-28, c.1661 : domnus Bruno Bleysels, professus et antiquior domus Capellæ.
Arsenal :

*GaM032*

***Bruno Hebbelincs.***

*e - vic c.1753- ?*

---

*ALM029*
**Bruno Hermans.**
*e -    P c.1733-c.1734.*

---

*BxM027*

***Bruno Pede.***

*b -* *Guillaume*
*Bruxelles*
*ca 25 novembre 1700.*

*d -* *21 avril 1720.*

*e -* *tons, ord min & subd 20 septembre 1721*
*dia ? septembre 1722*
*sds 10 juin 1724*
*proc 11 aout 1724-1731*
*Lo proc 1736-1738*
*Lo coa ? -c.1740*
*Ch coa c.1740- ?*
*Ch vic ? -1743- ?*
*SM P 1744-c.1752*
*Ch P c.1752- †.*

*f -* *30 septembre 1765.*

---

*de Wal, 7043, f° 11v : ??*
*de Wal, 7043, f° 14 : domnus Bruno Pede profs domus hujus Procurator in nova domo 11 augusti 1724*
*de Wal, 7043, f° 20v : domnus Bruno Pede Brux professus 21 Aprilis 1720 ante vocatus Guielmus obijt 30 7bris 1765*

*AOPG, 2798*
*Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : status vel personæ professæ domus Capellæ, in januario 1756 : Bruno Pede ego indignus prior professus domus Bruxelæ.*
*AAM, Acta Episcopalia Mechliniensia, register nr 67, f° 34v : dimissoriæ. Die 20 septembris (1721) sabbatho quatuor temporum septembris eminentissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo non ordinante, habuerunt sequentes litteras dimissoriales ut a quocumque etc. Ad aonsuram … frater Bruno Pede ordinis carthusiensis conventus Bruxellensis.*
*… Ad 4 minores ordines … frater Bruno Pede ordinis carthusiensis conventus Bruxellensis, diœcesis Mechliniæ clericus.*
*… Ad S. subdiaconatus ordinem … frater Bruno Pede ordinis Carthusiensis conventus Bruxellensis, diœcesis Mechliniensis acolythus tituli religionis.*
*f° 42, dimissoriæ, pro ordinatione quatuor temporum mense septembri 1722 absente eminentissimo et reverendissimo domino cardinale archiepiscopo Mechliniensi, sequentes habuerunt litteras dimissoriales, ut a quocumque etc. Ad S. diaconatus ordinem … frater Bruno Pede ordinis fratrum carthusianorum, monasterij Bruxellensis.*
*f° 68v : die 10 junii 1724 quæ erat feria sabbatho quatuor temporum ab eminentissimo et reverendissimo domino cardinale archiepiscopo Mechliniensi, in choro ecclesiæ metropolitanæ Sancti Rumoldi Mechliniæ inter missarum solemnia promoti sunt … f° 69v, … ad S. presbyteratus ordinem … frater Bruno Pede ordinis carthusianensis monasterij Bruxellensis, diaconus.*

*AC 100/28, p. 221, c.1740 : domnus Bruno Pede coadjutor (domus Lovanij) vadat ad eandem domum Capellæ ibique exerceat idem officium coadjutoris.*
*AC 100/35, p. 180, c.1758 : priori domus Capellæ non fit misericordia.*
*AC 100/35, p. 191, c.1760 : priori domus Capellæ non fit misericordia.*
*AC 100/35, p. 199, c.1762 : priori domus Capellæ non fit misericordia.*
*AC 100/35, p. 207, c.1765 : priori domus Capellæ non fit misericordia.*

*AC 100/35, p. 211, c.1766 : domnus Bruno Pede, professus et antiquior domus Bruxellarum prior domus Capellæ, alias prior domus Sylvæ Sancti Martini.*
AC 279/2, Obituaria Cartusiæ Lirensis, *30 september : obijt domnus Bruno Pede, professus domus Bruxellarum, prior domus Capellæ, alias prior domus Sancti Martini, coadjutor domus Capellæ, nec non procurator domorum Bruxellarum et Lovanii. 1765.*

ChM035

**Carolus Maris**

alias **Moris.**

d - 1717.

e - tons & ord min (Malines) 22 décembre 1719
subd (Malines) 23 décembre 1719
sds 21 septembre 1722

f - c.1725.

---

PB:

Bernaer:

AC 100/35, p. 91, c.1725 : domnus Carolus Moris, professus domus Capellæ.

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 67: f° 1v, die 22 decembris 1719 pridie sabbathi quatuor temporum in sacello palatij archiepiscopalis Mechliniæ promoti sunt ad tonsuram Clericalem, sequentes : … frater Carolus Moris ordinis carthusianorum conventus d'Herinnes, diœcesis Cameracensis vigore dimissorialium.
f° 2, …. Ad 4 minores ordines … frater Carolus Moris, ordinis carthusianorum conventus d'Herinnes, diœcesis Cameracensis vigore dimissorialium.
f° 2v, … 23 decembris sabbatho quatuor temporum in choro ecclesiæ metropolitanæ promoti sunt ad subdiaconatum : … frater Carolus Moris ordinis fratrium carthusianorum conventus d'Herinnes, diœcesis Cameracensis vigore dimissorialium:
f° 42, dimissoriæ, pro ordinatione quatuor temporum mense septembri 1722 absente eminentissimo et reverendissimo domnio cardinale archiepiscopo Mechliniensi, sequentes habuerunt litteras dimissoriales, ut a quocumque etc … f° 42v, … ad S. presbijteratus ordinem … frater Carolus Moris ordinis fratrum carthusianorum conventus Bruxellensis.

L. Vercamen (OCCR) : Antwerpen, wijdingen.

ChM036
**Carolus Serraes**
alias **Seraes.**
b - Gand.
c - études a Louvain.
d - entré le 10 janvier 1481.
e - cité 1487
vic ? - ?
Valenciennes P 1495-1500
Ch P ? aout 1500-c.1532
Ch moi c.1532- †.
f - 5 janvier 1541.
g - de la famille de ChC008.

---

Delvaux, MB, 1443:

Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus de Gandavo monachus vicarius et prior huius domus.

Pede fol 52 : domnus Joannes Bruno vel de Bruyn, Gandensis, monachus professus hujus domus, receptus a domno **Carolo Serraes,** priore et vestitus in festo Sancta Luciæ virginis et martyris 1501 et anno sequenti eadem die professus. Sequuntur verba 2° Chronico fol. 77. Hic (inquit) habuit patruum in ordine cartusiæ prope Bruxellam qui fuerat ibidem procurator eratque multiscius artifex eorum quæ fiunt operum a monacho laudabiliter in cella; cujus auxilio noster cum adhuc puer esset, uti literis imbueretur latinis positus est primum in Ludo Anderlacensi : ac deinde literis operam dedit Lovany in Ludo magistri Joannis Standonici. A quo venit ad ordinem et ad domum Capellæ. Hic naturaliter habuit vocem grandisonam et suavem. factus itaque sacerdos, habebat exercitia cellæ multa.
Pede fol. 57 58 : domnus Arnoldus Stampion Bruxellensis, monachus professus hujus domus. De hoc viro cum in cartis capituli generalis nec in monumentis hujus domus aliquid habeamus præter ea quæ in Chronico suo habet domnus Livinus Ammonius fol, 82 hæc exscribendo satis faciemus. Anno (inquit) 1505 pridei nonas may receptus fuit a domno **Carolo Serraes** priore, Arnoldus Stampion, civis Bruxellensis, ad statum monachi, qui fuerat clericus sæcularis et literarum civilium scriptor in curia magni consilij et interdum quidem Gandavi, interdum vero Mechliniæ se continebat compte admodum sciebat scribere, literam præcipué currentem, peritus gallice linguæ et mediocriter latinæ, habebatque penes se formas et exemplaria ad concinnanda instrumenta civilia ; in quibus ordinandis et describendis erat satis tritus magnumque sperabatur commodum et ornamentum nostro ordini, fore, si talis homo receptus esset a nostratibus. Postquam igitur professionem fecerat ; suscepit et sacros ordinis ; at quodam tempore cum ea de causa Tornaci esset, una cum procuratore nostro domno Egidio Stercke, aderat et domnus Guilielmus Bibaucius, procurator tunc domus Gandavi cum suis. Et inter pocula Bibaucius jocabatur cum procuratore nostro, quod in bona spe jam posset vivere quod jam seniculo posset fieri illi propediem relaxatio et misericordia sed verum est quod alibi dicitur : non tam interest quid quo animo dicatur, quam quo accipiatur; quandoquidem ejusmodi scommata non semper æquo suscipiuntur animo, et Bibautius Arnold gratulatus quod ad ordinem venisset nostrum, familiariter et benevolé cum eo loquebatur. Arnoldus autem eo tempore postquam domum redijt, nobis ista referebat, et mirum in modum benedicis verbis Bibaucij ne dicam adulationibus erat erectus, sperans fore, ut a Bibautio Vassori probe commendarotur qui tum visitator hujus provinciæ principalis erat, et forsitan sic usu venit quemadmodum Arnoldus speravit atqui : o Deus bone, quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum ? homo vanitati similis factus est, verumtamen universa vanitas omnis homo vivens : nam ecce Arnoldus sacerdos factus nondum sesqui anno, cæpit febribus laborare quæ satis erant acutæ, et insuper vehementi capitis dolore afficiebatur. neque somnum neque cibum more solito capiebat ; et alioqui sanus non erat homo multi cibi ac potus ? Hæc in hebdomada Pentecostes acciderunt in solomnitate autem Eucharistiæ post prandium, accepta a priore facultate, ivi ad infirmum ad adjuvandum eum si possem, et ad consolandum : nam erat mihi vicinus proximu. sibi conquerebatur mihi more ægrotantium, (qui ministros immerito solent accusare cibosque bonos et delicatos abominari) suas infirmitates. inter hæc statim ecce prior supervenit, cui infirmus : Ego dixi cocis inquit, ut paululum cervisiæ cum pane bullitum mihi pararent, et ecce decoctioni indiderunt oleum. id cum pernegarent coci ; prior cæpit increpare ægrotum : quod mihi non modo ridiculum sed etiam periculosum esse videbatur. quocirca vocavi priorem ad partem, quasi negotium aliquod essem illi commissurus, quippe qui postridie profecturus erat Antverpiam : dixique domne prior quid agis ? multis diebus frater noster non sumpsit cibum, multisque noctibus parum aut nil dormivit et

febribus graviter laborat, debilis efficitur, parce illi, ne sensu deficiat : quibus clam auditis prior pauca benigne locutus, abijt. Ac deinde paucis post diebus absente priore, Arnoldus incidit in phrenesim multisque diebus male habuit. At vero tandem aliquando utcumque convaluit sequebaturque conventum et munia sacerdotis abibat, idque religiose admodum. Sed non silere debeo quantum valuit in practica civili ; nam quodam tempore quibusdam sæcularibus dominis a domo Capellæ dandum erat instrumentum acceptilationis, quod prior noster commisit Arnoldo faciendum. Arnoldus vero tam argute concinnavit illud : ut omnes mirarentur. nam cum fuisset oblatum, interrogabant Domini postquam legerant illud : quis hoc composuit ? dictumque est, quidam monachus frater noster. responderunt : prorsus indignum est, ut talis homo apud vos in abdito delitescat. Hic Arnoldus libros secum talit compluscul os quando venit ad ordinem quorum majorem partem domui Capellæ reliquit, quibus omnibus suum nomen et suæ professionis annum inscripsit. Anno igitur 1516 cum ægrotaret, rite sumptis ecclesiæ sacramentis, religiose defunctus est, idibus hoc est 13° septembris. vixit autem in ordine undecim annis.

Pede fol. 64-65 : domnus Michael Zarenbergh, Bruxellensis, monachus professus hujus domus, receptus en vestitus a domno **Carolo Serraes,** priore, in festo Sanctæ Luciæ virginis et martyris 13 Xbris 1501 et sequenti anno 1502 eadem die professus. Sequamur nostum Chronicon fol. 99. Hic Michael et domnus Joannes Bruno cujus etiam supra mentionem fecimus, pariter operam latinis dederunt literis in ludo primum Anderlacensi, deinde Lovany in Ludo M Joannis Standonici. a quo simul venerunt ad ordinem nostrum et ad domum istam. et frater quidem Micheal posteaquam fecit in ordine professionem, tametsi nondum sacerdos erat, tamen anno primo 1503 post professionem suam, loco domni Frederici Brant, factus est sacrista hujus domus, tempore quo visitatores ordinis nostri domum hanc ordinarie visitarunt, quod ministerium pluribus annis ad: ministravit, a quo deinde per priorem absolutus ad cellam suam redijt et iterum factus est sacrista domnus Fredericus Brant, qui sesqui anno fuerat ante fratrem Michaelem executor hujus officij. domnus igitur Michael incola cellæ vir fortis et robustus et eminenti statura præditus diversa interim habui exercitia, et per totam ferme vitam suam sanus et incolumis inter nos vixit, raro admodum fuit ægrotus quamvis esset melancholicæ complexionis, habuitque naturaliter bonam et claram liquidamque vocem, artis musicæ non penitus imperitus et erat illi visus corporalis acutus admodum. Scripsitque nonnullos etiam in hac domo libros, et multa opera manualia probe sciebat operari. et quoties aliquis indigebat adjutorio, convocatus non illibenter fratribus inserviebat. Libros quoque non inconcinne sciebat compaginare, quod et quandoque fecit apud nos officium. atque in postremis annis vitæ suæ fuit cantor chori.

Pede fol. 66-67 : Judocus Herbos, Ascanus, monachus professus hujus domus, receptus et vestitus a domno **Carolo Serraes** priore, anno 1520, et anno sequenti professus. Audiamus de eo domnum Joannem Amonium in 2° Chronico fol. 111. In pago cui nomen est Ascha, inter Alostum et Bruxellam ortus fuit Judocus Herbos, qui antequam venit ad ordinem Parisijs operam dedit literis latinis. Qui religiose vixit inter nos in primis annis, et post professionem suam habuit ministerium compaginandi libros. Deinde post obitum domnus Michaelis supradicti domus hujus sacristae domnus Judocus illi successit in hoc ministerium, quod tamen per annum integrum non administravit. quandoquidem anno 1532 per capituli generalis ordinationem, cum domnus **Carolus Serraes** senex et jubilarius et inutilis ab officio prioratus fuisset absolutus, electus a fratribus domnus Judocus, factus est prior hujus domus, tametsi penultimus adhuc esset monachorum, atqui non multos post dies coepit male habere, ita ut neque privatim dormire neque publice cantare quiret. Unde ingravescente infirmitate, cum accessisset Bruxellam ut a medicis ibi curaretur. Quarto idus aprilis hoc est 10[a] mensis hujus, juvenis adhuc, circa meridiem obijt, et erat dies ille cœna Domini anno 1533, et decem mensibus dumtaxat fuit prior. Jam convisitator hujus provinciae nostrae, prior Bruxellae profectus erat uno die cartusiam versus, antequam domnus Judocus prior noster Bruxellae moreretur, cum igitur visitationi nuntiatum esset defunctum esse priorem domus Capellae, protinus cum priore domus Antverpae venit et fuit apud nos sabbato in hebdomada Paschae, atque illo die fuisset electio celebrata nisi domno procurator noster abfuisset. propter cum ergo dilata fuit electio usque ad diem lunae sequentem, quo die postulatus fuit in priorem domnus Sebastianus Petrus, Hollandus, monachus domus Capellae professus, qui tum morabatur Antverpiae in domo ordinis nostri, et hebdomada sequenti die lunae prioratus domus hujus investituram accepit. De quo infra.

Pede fol. 67 : domnus Joannes Hasart, Angiensis, monachus professus hujus domus, vestitus a domno **Carolo Serraes** priore, in festo Blasy episcopi et martyris 3[a] februarij 1501, et anno sequenti, die prædicto sub eodum priore professus. Obyt autem vicarius in hac domo 29 octobris 1538.

Pede fol. 67-71: domnus **Carolus Serraes**, Gandensis, monachus professus hujus domus promotus Lovany in Falcone, receptus et vestitus a domno Arnoldo Kaerman priore, circa januarii 1481 sedecim diebus ante obitum ejus, et anno sequenti professus sub domno Jacobo de Bursalia, priore. Annis aliquot post suam professionem factus sacerdos et institutus est hujus domus vicarius, deinde hinc missus ad prioratum domus nostræ Valencenarum. Cum autem domnus Joannes de Etterbeke, prior hujus domus defunctus esset 30 july 1500. Domnus **Carolus** electus est a conventualibus prior

mense augusti sequenti. Anno 1514 feria quinta secundæ septimanæ octobri celebravit cum conventu solemniter commemorationem fundationis hujus domus de anno ducentesimo. Nactus est autem post hunc annum tempore reliquo sui prioritus turbulenta tempora, quibus sane requirebatur expertissimus in rerum temporalium administratione prior et officiales. Circa annum 1516 exigere incepit princeps Carolus Bonorum amortisationes quæ solvi debuerunt, et alias subventiones et taxas insolitas et gravissimas annis singulis, certe quid novi pro nobis qui solebamus ab initio fundationis nostris de similibus omnino exempti esse ad liberi. hæ taxæ et subventiones petebantur ratione bellorum quæ princeps noster sustinenda habebat vel contra Gallos et regem illorum Franciscum i[m] vel contra Lutheranos vel contra Turcam; et accreverunt ita, ut anno 1534 sub successore **Caroli Serraes** daremus taxati valorem dimidiotatis bonorum nostronum omnium. pro quibus taxis solvendis de consensu capituli nostri generalis et reverendi patris, varias hæreditates et varios redditus coacti fuimus vendere. non mirum quod domnus **Carolus Serraes** pro 720 florenis, cum suo conventu, susceperit pro sua domo onus legendi in perpetuum unam quotidianam missam ad Intentionem domni Joannis de Behault, patris Confratis nostri Nicolai. cujus oneris sequitur littera.
Cunctis has literas audituris aut visuris : nos frater Carolus Serraes humilis prior domus Capellæ Beatæ Mariæ, ordinis Cartusiensis, juxta Angiam diocesis Cameracensis totusque illius loci conventus ; salutem in Domino cum notitia veritatis. Notum facimus qualiter noster bonus amicus et pater in domino Joannes de Behault senior moram trahens in Montibus Hannoniæ circa domum ubi venduntur blada (desiderans fundare perpetue unam missam celebrandam secundum exigentiam diei, dicendo officium missæ ad suam intentionem pro vivis et defunctis) requisivit a nobis an vellemus attemptare recipere quotidianam missam perpetue celebrandam per nos et nostros successores secundum officium diëi ad suam intentionem pro vivis et defunctis. Nos itaque matura insimul deliberatione habita, considerantes suam continuam instantiam necnon et beneficia ac plurima donaria a longo tempore gratis nobis collata, ac etiam attendentes pro presenti nostram neccessitatem et indigentiam ; ad exonerandam quoque nostram domum de multis debitis et ad providendum commodius conventui de necessarijs et consuetis provisionibus : favorabiliter inclinati ejus instantijs et requestis, assensimus et per præsentes consentimus necnon et acceptamus quotidianam missam celebrandam, sicut dictum est, exceptis diebus in quibus ordo noster interdicit missam celebrare sicut tribus diebus ante festum Paschæ ac in magnis solemnitatibus videlicet Paschæ Pentecostes et Natalis Domini in quibus solemnitatibus totus conventus communicat de manu prioris aut præsidentis. Sub tali tamen conditione quod dicta missa celebrabitur per nos et nostros successores, aut per aliquem aut aliquos deputandos et ordinandos per nos in capella exteriori Beatæ Mariæ omnibus diebus perpetue et dibite ad honorem Dei, ad salutem animarum prædecessorum suorum ac pro semetipso et uxore sua et alys amicis suis pro quibus desiderat, ad suam intentionem. Super hys cognoscimus nos recepisse summam septingentorum et viginti florenorum, quam summam intendimus applicare tempore faturo ad redditus et hæreditates ad fundationem dictæ missæ deputandas. Et dum bona sufficientia acquisita fuerint, faciemus ea amortisari a principe pro securitate. In hijs obligamus nos et nostros successores in perpetuum. In signum securitatis et stabilitatis nos sigillari fecimus dictas literas tam sigillo prioris quam signo Magno Conventus hys affixis et pendentibus. Anno Millesimo quingentesimo vigesimo octavo. Octavo decimo die january.
In quadragesima hoc anno vendidit domno **Carolus** prior de consensu conventus ad habendum unde prædicta solveret multa vascula argentea partim donata, partim acquisita in pondere 6 marcarum et unciæ.
Ex annotatis domni **Caroli** videtur quasi fuisset circa anno 1520 convisitator hujus provinciæ cum visitatore domno Bibaucio cartusiæ Gandensis priore post electo ordinis generali ; nam hoc anno habet in quodam libello expositorum : Eundo ad visitandum in quadragesima etc. et anno 1521 dicit Wallius Bruxellensis quod cum domno Bibaucio visitatore in visitatione Sylvæ Sancti Martini, concesserint monachis licentiam eundi semel in anno ad pagum de Hemelverdighem etc. et hoc titulo convisitationis : sed quia ut talis non habetur in catalogo visitatorum, credendum est quod in illis actibus non fuerit nisi tamquam collega.
Accidit sub domus **Carolo** res memorabilis quam describit domnus Joannes Amonius in 2° Chronico fol. 104, quamque omittere hic non possum. Anno inquit 1528 cum essent induciæ inter nostrates et francos, tertio nonas, hoc est 5[a] octobris in vigilia Sancti Patris nostri Brunonis, et in profesto annuæ dedicationis templi nostri : venit ab Alosto per Niniven illustris Domina Domina de Vendom versus Angiam. Sed a Ninive sacerdotem sacellanum suum, virum prudentem et probe eruditum præmisit non incomitatum ad nos ; qui priorem nostrum conveniret percunctareturque num liceret illustri domina de Vendom cum suis heroinis intrare monasterium nostrum. Prior noster hoc audito nuncio satis attonitus et perplexus, quid ageret prorsus ambigebat; nam si non annueret petitioni, metuebat indignationem dominæ et eorum qui cum ipsa erant. Si vero annueret metuebat censuram patrum ordinis nostri, qui severiter ordinarunt ne mulieres (quod fieri potest) ingredi claustra monachorum permittantur. Proinde sacellano respondit prior noster ; se patrum ordinatione

impediri, nec audere quod petebatur concedere, usque dum a visitatore provinciæ nostræ id faciendi copiam haberet. Ordinationemque patrum sacellano scriptam ostendit et rogavit ne quisquam moleste ferret, quod a præscripto patrum inconsultè non discederemus. post prandium vero circiter horam secundam prior in colloquium jussit monachos acciri. qui cum simul adessent, dixit : Fratres adest domina de Vendom, domina nostra Angiensis, et ingredi poscit in claustrum nostrum : quam si admisero, vos accusabitis me apud patres ; proinde non ausim facere quod postulat. Attamen in ecclesiam usque anteriorem eamus pariter obviam ei. Itaque prior indutus cuculla ecclesiastica cum stola præcedebat nos, habens in manu parvam Sta tuam ligneam deauratam divi Michaelis, argenteam crucem tenentis ; in qua parvula pars est ligni Sanctæ Crucis. cum autem venissemus ad valvas ecclesiæ anterioris : ecce via publica plena curruum et equorum ingensque tumultus hominum et equorum frementium et hinnientium, quippe ducenti fere homines in curribus et in equis adesse dicebantur. Ipsa vero domina de Vendom et filia fily ejus inter duos equos pylento simul vehebantur. Ut autem domina vidit priorem nostrum et nos juxta cum stantes ad januam intra limen templi ; protinus ad nos venit et super limen templi flexis genibus osculabatur obtatam a priore crucem prædictam. Et prior etiam flectebat genua sua quando crucem obtulit osculandam. deinde perpauca locuti circa januam domina intravit in templum et in sacellum Beata Mariæ Virginis, et subsequebatur eam in primis quidem sua neptis prædicta et sex aut octo mulieres adhuc aliæ comites ejus et quidam viri etiam. Sed quia tunc intrare non potuit domina in chorum ubi Cor Patris ejus sepultum est ante summum altare : ipsa misit illuc sacellanum suum ut ibi preces legeret. Ille igitur et alius vir cum eo, et ego cum ipsis legimus inter nos tres, ibi psalmum *de profundis* cum alys etiamnum precibus, et attuli aspergillum cum aqua benedicta. quam cum aspersisset ille sepulchrum, pariter ad dominam redivimus et ad eos qui cum ipsa fuerunt fratres et alios in sacello familiariter inter se loquentes ; Interim venerunt fratres laici afferentes vasa potoria vitrea et potum, obtuleruntque potum bibere volentibus. et domina bibit, simul et quidam alij, ac deinde valedicentes nobis omnes ascenderunt currus et equos et mulos, et abierunt Angiam usque ad tempus, quo prior misso nuncio ad visitatorem, haberet facultatem admittendi dominam et alias mulieres cum illa venturas. Post dies autem non multos prior concinnatis literis quas ad visitatorem missurus erat profectus Angiam, ostendit eas dominæ et sacellano ejus et alys qui aderant; at sacellanus etiam sua manu supplicationem subscripsit, quibus cum visitator prior Gandavi præbuisset assensum: die quodam sabbati venit ad nos domina cum paucis, sic; ut ultra sex et triginta homines utriusque sexus vix haberet secum . vocatus igitur ego a priore circa horam decimam, legi missam in summo altari ; domina et comitibus ejus eam audientibus. qua finita dominam et eos qui aderant aspersi aqua benedicta. Et ibant illi visum diversa monasterij nostri loca, ac deinde ad prandium quod domina suis expensis et a suis cocis jusserat preparari, habueruntque monachi quilibet duos aut tres albos panes parvulos et alleca recentia assa, unusquisque unum vel duo, et adhuc aliquid de piscibus marinis preciosis, præter portionem dici. deinde post prandium venerunt ad cellam prioris et ad cellam vicarij, et ad cellam procuratoris, deinde ad cellam fratris Nicolai Montensis, ubi diutius fuerunt, deinde ad aliam cellam cui titulus est 2, cujus habitator (ipse qui scribit met) dono dederat dominæ unum horologium de pulveribus testarum ovorum et clepsydris vitreis concinnatum. quod valda gratanter accepit domina, deinde ante vesperarum tempus omnes ex monachorum claustro discesserunt. Porro ista domina de Vendom erat soror dominæ Franciscæ uxoris domini Philippi de Ravenstain, ad quam devoluta erat hæreditas et dominum terræ Angiensis. Sed quemadmodum Philippus de Ravenstain post obitum uxoris suæ, pretiosissima quæque bonorum mobilium quæ fuerunt Angiæ transferri jussit in Winendale sic isti qui cum domina de Vendom fuerunt ; quidquid residuum erat bonorum mobilium, abstulerunt secum et abierunt in terram suam antequam induciæ finirentur. Anno 1531 in die Sancte Agnetis secundo qui est 28 januarij domus **Carolus Serraes** prior celebravit suum jubileum quinquaginta annorum in ordine, et cæpit cæcutire, deinde factus est quasi cæcus totus adeoque inutilis. quare a generali capitulo nostro instanter absolutionem postulavit, quam per cartam ejusdem capitulo anni sequentis 1532 obtinuit his verbis: priori domus Capellæ ad suam magnam instantiam et propter visus inopiam fit misericordia, et electionem novi prioris conventui committimus, quæ si canonica fuerit per visitatores provinciæ confirmetur, futuro priori mandantes eoquod absolutus prior multis annis laudabiliter illi domui præfuit; quem voluerit ejusdem domus religiosum in obsequium habeat, et omnis ei humanitas exhibeatur. Obyt tandem hic bonus Pater 4[a] january 1541.
Pede fol. 71 : domnus Joannes Hallet de Lessinia, monachus professus huus domus vestitus in festo Beate[a] Mariæ Magdelenæ anno 1500 a domno Joanne de Etterbeke priore brevi ante mortem, et anno sequenti 1501 eadem die professus sub domno **Carolo Serraes** priore, hic multis annis fuit cantor chori et obyt 2 Xbris 1541.
Pede fol. 71 : domnus Joannes Ammonius de Harena, Gandensis, monachus professus hujus domus, receptus et vestitus a domus **Carolo Serraes** priore anno 1500 in die Sancti Martini, et professus eadem die, anno sequenti sub eodem priore.

Pede fol. 74 – 75 : domnus Georgius Wilhelmi vel Willems, Gandensis, monachus professus hujus domus, receptus et vestitus sub domno **Carolo Serraes** priore, 24[a] junij 1503 et anno sequenti die eadem professus. hic cum domno Jacobo clerici de quo infra simul primo Gandavi deinde Parisijs operam dederant bonis iteris datur in archivis in procuratura una litera scabinorum Gandensium qua Joannes Willems civis et opifex et Margarite Hoetermans conjux ejus parentes hujus domni Georgij dant domno priore **Carolo** ad opus monasterij annuatim redditum 30 solidos grossorum flandriæ super civitate Gandavensi, ad onus annui anniversarij perpetui ac pitantia piscium et unius pinta vini cuilibet monacho dandæ ; et in adventu cuilibet sacerdoti religioso unam pintam olei olivarum in perpetuum constituens. Littera est de 7[a] marty 1517. Hic fuit plus quam 23 annis in hac domo sacrista, nam anno 1524 hoc erat, et 14 martij 1547 sacrista obyt.
Pede fol. 75 : Hubertus ab Angia, filius illustris domini Philippi, domini de Santbergen, etc. monachus professus hujus domus, de quo in Chronico domni Joannis Ammonij fol. 111 ubi de eo agitur est additum altero charactere : qui fecit mirabilia in vita sua. Utinam nobiliora ! Presentavit se autem hic et locum postulavit sub habitu sacerdotis sæcularis et receptus fuit a domno **Carolo Serraes** priore ac vestitus habitu novitij 22° martij 1530 et facto novitiatu sub eodem priore professus anno sequenti 1531 eadem die, non diu post professionem incæpit ostendere suam instabilitatem et nequitiam : hinc aufugit sed comprehensus carceri inclusus est.
Pede fol. 77 : domnus Jacobus Clerici vel Clercx, Gandavensis, monachus professus hujus domus. Vestitus sub domno **Carolo Serraes** priore, 18 junij 1503 et eadem die sequenti anno 1504 sub eodem domno priore professus hic cum domno Georgio Willems qui supra, Gandavi primum, deinde Parisijs simul operam dederant bonis literis. Sacerdos est consecratus in adventu Domini 1507. Obyt autem prout habet nostrum calendarium 7[a] martij sed more antiquo non indicat annum. ex eo tamen quod adjungit : qui annis quasi 50 religiose vixit in ordine judicamus illum obysse circa annum 1553, et vixisse valde religiose.
Pede fol. 77 : domnus Sebastianus Petri vel Peeters, Amstelodamus, monachus professus hujus domus, receptus a domno **Carolo Serraes** priore et sub eo professus, primam missam celebravit anno 1515 ; deinde missus ad domum nostram prope Antverpiam hospes circa annum 1525 ; defuncto autem in die Cœnæ Domini anni 1533 domno Judoco Herbosch priore hujus domus electione conventualium hic noster Sebastianus illi successit Antverpia vocatus, qua in dignitate laudabiliter se gessit sed circa annum 1546 cæpit valetudine minui et sæpius ægrotare quare a capitulo generali absolutionem magnis conatibus obtinuit eodem anno per capituli generalis cartam, et institutus hujus domus vicarius, concessa conventualibus novi prioris electione de hoc docto viro habet bibliotheca cartusiana: domnus Sebastianus Petri Amsterodamo, Batavus, floruit anno Domini 1533, præfixitque hymnis quibus ordo cartusiensis utitur, quique a Dionijsio Rickelio commentarijs illustrantur : Cartusiasticon (ita namque auctor nuncupat) quatuor distinctum Elogijs, versu nimirum hexametro. Obyt in hac domo vicarius 11 junij, quo anno deficientibus cartis ignoramus, non videtur autem quod adhuc diu supervixerit post suam absolutionem.
Pede fol. 77-78 : domnus Raso de Fonte alias van den Borre ex Moerbeke, monachus professus hujus domus. Vestitus sub domno **Carolo Serraes** priore in die Sanctæ Annæ 26[a] anno 1505, et anno sequenti eadem die professus.
Pede fol. 79-81 : domnus Nicolaus de Behault, Montensis, monachus hujus domus receptus a domno **Carolo Serraes** priore et vestitus in festo Sancte Agnetis Virginis et Martyris 21 januarij 1509 professus sub eodem priore eadem die anno sequenti 1510. et eadem die anno 1512 cantavit hic primam suam missam.

Schrije 22:

AC 100:21/2, p. 128, L6, c.1508 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100:21/2, p. 149, L34, c.1509 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100:21/2, p. 171, L11, c.1510 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100:21/2, p. 199, L21, c.1511 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100:21/2, p. 227, L11, c.1512 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100:23/1, p. 27, L21, c.1526 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100:23/1, p. 54, L3, c.1527 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100:23/1, p. 82, L30, c.1528 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100:23/1, p. 113, L31, c.1529 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100:23/2, p. 20, L24, c.1530 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100:23/2, p. 52, L44, c.1531 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100:23/2, p. 85-16, L11, c.1532 : priori domus Capelle ad suam magnam instanciam et propter visus inopiam fit misericordia. Electionem novj prioris conventuj remitientes. Que si canonica fuerit, per visitatores provincie confirmetur futuro piori mandantes, eo quod absolutus prior multis annjs

laudabiljter illi domuj prefuit, quem voluerit eiusdem domus religiosum en obsequium habeant, et omnis eidem humanitatas exhibeatur.
AC 100:27/3, p. 31, L17-18, c.1541 : domnus Carolus, professus Capellæ, alias prior eiusdem et domus Valencenarum, habens missam de Beata in provincia Teutoniæ.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 13 januarius : domnus Carolus, prior domus Capelle.
Arsenal:

*LoM025*

***Claudius Boso.***

*e - hos c.1681- ?*

ChM037
**Conrardus.**
f - 1 mars ? (>1390).

---

Lamalle, p. 17 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Conrardus monachus huius domus.
Pede fol. 6 : domnus Conrardus cujus obitum habet kalendarium ad $1^{m}$ martij
Arsenal : 1 marcius, domni Conrardi monachi domus huius.

Schrije 23.

ChM038
**Conrardus Graert.**
d - pfs 26 novembre 1572 (Livinus papa)
ordres mineurs 1573
sous diac. 1574
sds 1576
e - proc ? - ?
moi ? - †.
f - 1 septembre 1608 (c.1609).
g - la c.1609, dit † proc, ce qui semble plus qu'improbable.

---

PB.

Pede fol. 88 – 94 : domnus Nicolaus Huardt, monachus professus hujus domus, natus ut credimus in Marka pago Angiæ vicino, unde ut dicitur familia illa Huardorum originem sumpsit. quo anno hic intraverit nondum inveni nec quo etiam professionem emisens. Procurator erat anno 1557, ad annum usque 1570 ; quo post cartam capituli translato domno Andrea Loodts (de quo supra) hujus domus priore ad prioratum domus monachorum, Nicolaus noster electione conventualium ex procuratore hujus domus nostræ factus est prior, 20[a] scilicet mensis junij.
6[a] Junij 1568 Bruxellis capite plexus est comes Egmondanus cum principe de Hornes accusati de rebellione contra regem Hispaniæ principem nostrum ; et deinde varijs in locis jussu ducis Albani capti sunt et carceribus inclusi, varij, de simili rebellione et hæresi accusati, suspendio perierunt et bona illorum fisco adscripta inter illos erant cives Angienses plurimi, et aliqui, super bona quorum habebamus nos redditus annuos. ne autem nos confiscatis illorum hæreditatibus redditus nostros perderemus; domnus Nicolaus hoc anno 1570, suæ majestati presentavit libellum supplicem quatenus per dominus Frasneau ad illas confiscationes Angiæ constitutum obtineremus indemnisationem desuper; quod et obtinuimus. Augustiniani Angienses eandem viam ingressi etiam indemnisati fuerunt. In nostra supplica nominati sunt super quos redditus habebamus sequentes : Hermannus de la Warde suspensus, Stephanus Pletijncx etiam civis Angiensis suspensis sicut Franciscus delawarde, Joannes Daelman Lanius, Adrianus vander Beken. quidam Joannes Le Veu dictus Jolij fugitivus ; habentes domos suas Angiæ confiscatas. Adrianus de Langhendonck et Nicolaus Ghyselins suspensi qui habebant bona in pago Herinensi super quæ habebamus similiter redditus. Supplicæ patrum Augustinianorum nominat Stephanum Pletincx qui supra, Petrum Rogiers, Nicolaum Ghyselins qui supra, Hermannum de la Warde qui supra et Judocum Robyns suspensos et Martinum van der Moette, Judocum de Leene et Egidium Zegers fugitivos. Hæc curiositatis causa. Supplica patrum Augustinianorum presentata fuit A° 1573. Scribit sequens memorabile domnus Nicolaus de hoc anno 1570. 3[a] inquit junij circa horam 5[m] vespertinam fuit tanta inundatio aquarum in hoc conventu et locis vicinis, ut nostra retinacula piscaria et pomerium inferius submessa et inundata cernerentur et circa pontem lapideum in platea ante portam videbatur et putabatur diluviumin proximo esse iterandum : transcendabat enim aqua altissima littora existentia circum nostra retinacula ad altitudinem duorum vel trium pedum ; nec tenet memoria hominum se vidisse tantam et tam subitaneam inundationem aquarum in hisce regionibus. Inundavit etiam nostrum vivarium in Scibbeke hocce diluvium (si sic dicere fas est) itaut utriusque effractis cancellis, aqua transcenderet altitudinem aggeris et plateæ a villa de Schibbeke usque ad tabernam Arnoldi Pletincx. meminisse meminerint posteri. hæc illo.
Anno 1571 domnus Nicolaus fecit refici et restaurari varias imagines et sanctorum statuas, quæ nondum refectæ erant, confractæ in hac ecclesia nostra ab hæreticis Angiensibus et Aldenardensibus anno 1566 ut vidimus supra, de quorum numero fortè fuerant hi qui anno 1569 suspensi fuerunt ut hic supra domnus Nicolaus noster anno 1575 per cartam capituli generalis parvam est passus mortificationem, in his verbis : priori domus Capellæ non fit misericordia : quem hortamur in Domino et rogamus ; ut circa spiritualia invigilet, et sæcularium frequentiam, inter quos periclitatur sobrietas, devitet. Anno 1577 per cartam capituli absolvitur a prioratu hujus domus et mittitur prior ad domum Ziriczeæ in Zelandia hujus provinciæ, quem (inquit hæc Carta) hortamur ut recuperationi et restaurationi dictæ domus invigilet : secundum quod illi mandabitur a visitatoribus, et sine consilis eorum nihil faciat. Et resideat in aliqua domo ordinis diu noctuque frequentando divina, donec ad dictam domum pateat accessus. An ad illam domum Ziriczeæ accesserit ignoramus, non videmus illum in hac domo presentem, unde credimus illum resedisse in aliqua domo Domui Ziriczeæ viciniori. Hoc eodem anno 1577 princeps Orangius rebellium et hæreticorum ductor et caput, a statibus Brabantiæ Bruxellas vocatus fuit ubi summo cum honore receptus creatur Brabantiæ ruardus; et statim magistratus hæreticos ibi constituit et veræ religionis cultum interdixit etc opposuit autem se illis princeps Joannes Austriacus cum exercitu regis Hispaniæ principis nostri, et tandem

devicit capta Bruxella et alijs civitatibus varijs in Brabantia et Hannonia integra ante finem Junij 1578.
Existimo quod hoc tempore cum accessum non haberet noster dmnus Nicolaus ad domum Ziriczeæ aliquoties ad hanc domum venerit et etaim forte Bruxellas ; ibique verbis liberioribus et objurgatorijs in status Brabantiæ et baillivium Angiensem, et alios forsan partem rebellium et hæreticorum tenentibus sit invectus: et ob hanc causum ad se illam proscriptionem attraxerit de qua conqueritur fol. 87 ut supra, ubi dicit quod status Brabantiæ et baillivus Angiensis coegerunt eum vestere solum mandantes et omnibus liberum declarantes illum interficere, quocumque loco et habitu inveniretur: eo quod (inquit) me opponerem ipsorum conatibus et audacter illorum factiones reprehenderem per cartam capituli 1578 (forte ut periculum non incurrent) factus est vicarius domus Trajecti : in qua non diu permansit sed brevi fuit expulsus cum alijs confratribus habitantibus in illa per hæreticos rebelles, nam anno sequenti 1578 invenitur in domo Leodiensi hospes et ibi cum V.P. visitatore exul ut scribit supra.
Ex hoc exilio ob petulantiam rusticorum Herinensium, per litteras obedientiales V.P. visitatoris, ad hanc domum nostram remissus fuit hoc anno, quo Hannonienses in gratiam catholici regis redierant, et rusticos nostros compescuit statim : et factus est secundo hujus domus procurator. iterum autem rustici Herinenses in nos insurrexerunt nam scribit ipse: anno (inquit) 1580 in principio maij cum omnia vergerent in pejus in his regionibus senatus Herinensis oportunitatem nactus, vocavit nos injus coram baillivio (ut vocant) Hannoniæ, prius habita Montibus Hannoniæ consultatione ut moris est ; super quatuor vel quinque articulos qui hic particulariter describentur in futurorum notitiam et securitatem majorem. In primis requirebant a nobis vel potuis nos cogere nitebantur ad distribuendum singulis septimanis pauperibus in Herne bonam quantitatem panis, granorum et cerevisiæ ; vel ut aliqui dicebant : duos modios siliginis, quorum distributionem sibi deberi affirmabant, eo quod nos ipsi hoc præstare minime possemus pro antiqua consuetudine (cum tunc essemus domo pulsi) quæ omnia deberi affirmabant ex certo legato quod probare nitebantur ex longa consuetudine quam consuetudinem forte induxeramus ante duodecim annos propter improbitatem multorum pauperum et multitudinem ; quia illorum in tantum accreverat numerus, quod illis nullus ordo præseribi poterat nisi hoc modo, et hæc distributio fuit quandoque intermissa, secumdum quod blada carè vendebantur. Nulla tamen unquam legitur in archivis nostris legatio vel obligatis : nihil enim tenemur ex legato distribuere pauperibus, nisi unum modium bladi in pane conversum circa festum Sancti Antonij ex parte domnus Joannis Struë. Item feria 6[a] post Lucæ tenemur distribuere panes quatuor rosariarum bladi in ecclesia Herinensi, in anniversario filiorum van den Leene quod eodem die celebrari debet. Aly tres articuli concernunt particulas aliquas sylvarum aut terrarum nostrarum, quas ad pagum suum pertinere pretendebant, prout in registro dicto Hagen videri possunt et describuntur. ad finem addit : Hæc omnia dicebant Herinenses sibi de jure deberi : verum cum ego vocassem ad me pastorem Herinensem et Reynerum Robaert, ostendissemque eis nostra munimenta scripturarum, rogavi eosdem hoc velle mayero et senatui indicare, ut antequam procederent ulterius in causa ipsi judicarent quid facto opus esset; ne si successu temporis essent illis aliquæ expensæ faciendæ, nobis imputarent culpam. quibus auditis, a proposito destiterunt. Ex his facile est videre quod domus hæc tunc temporis a nostris deserta erat, et utipse alibi notavit ab anno 1578 circa Pascha cessavit hic divinum officium in cantu celebrari propter hæreticorum inquit rabiem nec ab illo anno fuit hæc domus Capellæ a nostris fratribus in habitata usque ad annum 1593, de his plura in forius.
Interim hoc anno 1580, nominato per cartam domno Adriano Dorpio in hujus domus rectorem, cum noviter huc ~~forsan~~ ex domo Erfordiæ ad quam confugerat forte advenisset, dominica infra octavas visitationis Beate Virginis Mariæ fuit exustum hoc nostrum monasterium Capellæ ab hæreticis qui præsidium habebant in Ninovia. fuerunt autem exusta ecclesia, sacristia, capitulum, sacellum S. Crucis et pars parvi claustri, porta anterior, camera mulierum, et stabula equorum. Item secunda porta cum domo quam abbatiam vocabant ; tres cellæ fratrum laicorum cum porta pomarij et cella procuratoris. Eodem die exusta etiam fuit colonia nostra cum molendino in Scibbeque et aliquanto tempore postea colonia nostra in Ezelenbergh. Ab hoc tempore domnus Adrianus rector et noster hic Nicolaus Huart procurator, dimittentes hanc domum et refugium nostrum Angiense ubi prævalebant hæretici et hactenus latuerant, fugerunt ad Montes Hanoniæ circa mensem octobris 1580 et conduxerunt ibi domum pro uno anno a festo Andreæ hujus anni ad idem festum usque anni 1581 pro 250 libris, conduxerunt et granarium a confratribus Sanctæ Christinæ non procula porta de Nimij pro termino trium annorum pro quo (inquit) tenebimur quotannis numerare 20 libras turonenses, expirabit primus annus in festo Sancti Andreæ 1581. Refugium Angiense per partes varijs elocarunt, Joannes Pletincx elocavit capellam, cameram illi attenentem cum cavea, etc. tr sonibus incipientibus in vigilia nativitatis Domini 1580.
Cum autem Montibus habitaret domnus Nicolaus noster, ibi scripsit registrum reddituum hujus domus annis 1580 et sequenti:, quod adhuc extat nitido charectere scriptum. Illis autem absentibus nostris hoc anno 1580 hæreticorum opera, totus pagus Herinensis incendio conflagravit, et in

quadragesima feria secunda ante Palmas 1581 ecclesia parochialis. 20 octobris 1584 domnus Nicolaus noster institutus est rector domus nostræ Hollandiæ dictæ vel Montis Sanctæ Gertrudis ad confines Brabantiæ, ad quam illi ante 10 may 1585 accessus non patuit, illa tantum die venit Bredam, ut scribit in suo manuali Bredæ scripto, et addit. Et hic notandum quod cum ego venissem Bredæ anno 1585 a capitulo generali rector domus missus, ubi intellexi domum multis gravati debitis quæ diversis rebellibus debebantur Antverpiæ, in Monte Sanctæ Gertrudis et alijs locis, profectus sum ad exercitum regis prope Antverpiam ubi tum castra fixerat dux Parmensi : eui exhibuimus libellum supplicem super hujuscemodi debitis, in eum finem, ut rex in quem jure fisci hujusmodi debita devoluta erant ; nobis condonaret quod et fecit ; ut patet per quittantiam super ijs concessam quam habemus. Sed quia vidi Adrianum van den Wijngaerde semper mansisse fidelem et sincerum; de consensu domni vicarij, Arnoldi, et procuratoris ; numeravi illi ad bonum computum 18 rhenenses.
Anno 1589 (scribit in dicto manuali Bredæ) in profesto divæ Gertrudis fuit civitas Montis Sanctæ Gertrudis obsessa ab statibus Hollandiæ usque ad 7[m] aprilis, quo die dux Parmensis Bredam venit cum exercitu : quo cognito, hostes fugam inierunt et obsessi, regi equissimis acceptis conditionibus sese dederunt tradita civitate 15[a] aprilis, et addit : Benedictus Deus ! hac die fluvium trajecit ad Montem Sanctæ Gertrudis, et in civitate ob illius reductionem, biberunt in prandio tria pocula vini et in cæna poculum vini rubri : pro quo (addit) solvi 16 solidis in eodem suo manuali Bredæ scripto, scribit anno 1591 sequentia : In mense augusto cum essem in itinere ab Hooghstraten versus Montem Sanctæ Gertrudis, et esset nox valde pluviosa, itaut cataractæ cæli aperire viderentur, nec esset spes amenioris auræ conversus ad dominum, votum feci Domino : quod si nobis redderetur æris serenitas, quod ego facerem cantari missam de Beata Matre Anna, musicè. quo voto emisso, statim ante mediam horam reddita est nobis serenitas et clara phœbus : et ego voti reus, curavi cantari missam misice de præfata Sancte Matre Anna, ratione cujus, ego numeravi cantoribus 3 libras. supra scripta satis læta sunt, sed dolendum quod scribit in memorato manuali : anno inquit 1593. Marty 28[a] civitatem Montis Sanctæ Gertrudis, rebelles hæretici iterato obsederunt usque ad festum Sancti Joannis Baptistæ ; quo die tractatum de deditione fuit, et postera die reliquimus civitatem Hosti. alibi invenio scriptum quod obsessi sic restiterint principi Mauritio obsidenti ut tres gubernatores civitatis in obsedione fuerint occisi. An tunc domnus Nicolaus prior iterum Bredam confugerit et an illa civitas pro illo tuta fuerit ignoramus. sed prior mansit semper nomine ad cartam usque 1595 quæ habet : Et quia domus Hollandiæ non indiget alis priore, domnus Nicolaus ultimus prior dictæ domus resideat in domo Capellæ suæ professionis, quem ab officio prioris absolvimus.
Vidimus superius quod circa Pascha 1578 in hac domo Capellæ cessaverit divinum officium in cantu celebrari nec fuisse domum hanc a fratribus nostris habitatam ab illo anno usque ad annum 1593 circa festum Sancti Joannis Baptistæ. Ab illo festo usque ad profestum Sancti Brunonis 1596 celebravimus (inquit) divinum officium in sacello Beatæ Mariæ anteriore. hoc autem eodem anno 1596 in profesto Sancti Patris nostri Brunonis, incepimus iterum divinum officium cum cantu persolvere et hoc in choro conversorum qui (addit) modo est chorus noster. incepimus autem a vesperis. hæc in registro litterarum in membrana sub 1344 notato : in procuratura huc reversus noster domnus Nicolaus non mansit otiosus, nam hoc quietis suæ anno 1595 et sequenti, scripsit registrum reddituum nostrorum in Aheren.
Anno autem 1597, 23[a] februarij loco domni **Conrardi Graet**, procuratoris, pro tertia vice hic institutus est procurator.
Pede fol. 94-96 : domnus **Conrardus Graet**, monachus professus hujus domus in die Sanctus Lini papa 23 septembris 1572, natione Bruxellensis ordines minores recepit in illa civitate anno 1573, sicut et subdiaconatum 1574. Primitias cantavit anno 1576. Anno autem 1578 cum alys hujus domus monachis, hæreticis in his partibus prævalentibus solum relinquere coactus fuit ; missus verosimiliter ad aliam provinciam Allemaniæ ut cæteri. Unde fuit revocatus ut in hac domo procuraturam ageret loco domni Nicolai Huart ad rectoratum domus Hollandiæ translati circa initium anni 1585 : subsigant equidem se ut procurator anno 1588, nec creditur quod alius interfuerit. Hanc notam hic adjungo quia domnus Henricus Cuyckius, theologiæ doctor episcopus Ruremundensis, qui multa egregie scripsit de hoc infelicissimo ævo quo vivebat ; scribit quod sequitur in epistola parænitica, opusculo Lovany impresso anno 1596. Scribit autem hic de anno 1586 : circa medium (inquit) quadragesimæ hospitatus est prior cartusianorum Bruxellensium Thenis apud domnum Henricum Boxhoren tunc pastorem et decanum christianitatis ibidem, qui habebat fratrem in domo Capellæ professum domnum Gasparum uterque Boxhoren retro respexit, vovit uterque, neuter datam Deo fidem servavit : nec mirum ; a carnis petulantia et ijs vitijs ac periculis quæ continentiæ in futuro contraria sunt deserta violataque prima fide, in profundum, et in damnationis præcipitium uterque descendit. sed hoc ad damnationis cumulum vertetur Henrico Boxhorinck, quod ille Gasparum fratrem suum cartusianum monachum et sacerdotem, cum post apostæsiam carcere semel iterumque resipiscens punitus fuisset, et ad extremum præfecto cartusianæ familiæ in qua degebat atque itidem æconomo, toxicum obtulit hauriendum; ad carnis libertatem et ad incæstas nuptias cum Antverpiana quadem fæmina incundas seduxit. Sybillinæ hoc litera Thenas ab ea missæ testantur, quas (addit)

mihi redditas domi asservo. An illa quæ hic scribit auctor ille in suis circumstantijs omnibus vera sint facile potest judicari. nam diu ante hunc annum et longe post, non fuit hic professus monachus vocatus pronomine Gaspar; cognomen Boxhoren vel Boxhorinck non datur inter professos hujus domus Capellæ. Toxicum autem offerre priore et procuratori hujus domus qui illo anno erant Adrianus Dorpius et **Conrardus Graet**, non potuit ; quia aberant et domus hæc deserta : cers is professis. Si cartusianus fuerit ille nequam, pessime ergo scribit quod fuerit hujus domus Capellæ professus, quod certo falsum est ex relatis. Habuimus quidem et videbimus infra post aliquot annos unum ex nostris professis deviantem *illo* incarceratum, sed vocabatur Eustachius de Bertechamps, qui omnino ad se reversus est, hujus nomina differunt nimis ab alys. Noster hic procurator domnus **Conrardus** cum jam ad hanc domum redijsset e domo Hollandiæ domnus Nicolaus Huaert ab anno 1595 et restitutus procuraturæ pro tertia vice 23 februarii 1597 absolutus est. Unde petijt per litterus a V.P. visitatore mutationem ad aliam domum, et ab illo responsum accepit quod hic adjungo ut ex eo bona fama domni **Conrardi** videatur.
S.P. venerabilis in Christo, domne confrater dilectissime accepi literas tuas ex quibus intellexi dolenter, factam mutationem officij tui. fateor equidem mihi non placere. tam preceps consilium et velle me fuisse præmonitum ; nec inconsulto me venerabilem priorem vestrum tale quippiam facere aggressum esse : sed quia statuta ord[e] nostri ejusmodi potestatem concedunt et permittunt prioribus, nec in ea re visitatores consulere tenentur : oportet habere patientiam et ea quæ facta sunt de manu Dei accipere, imo etiam gaudere quod a tot molestijs distractionibus et maximis diffecultatibus liberatus, ad quictis portum et amicam solitudinem professioni nostræ propriam redieris. Quod vero petis ut de alia domo tibi provideam pro tua majori quiete et consolatione : faciam id lubens et facile ; sunt enim plures domus ubi tua presentia et conversatio grata erit et chara. Sed paululum expectandum est, donec capitulum gle fuerit celebratum, in quo cum alia nonnulla de provinciæ domibus et personis, tum etiam de vobis aliquid ordinabitur. Itaque tantisper patienter feras istam in domo professionis tuæ residentiam, exercens te in cordis stabilitate mentisque quiete et tranquillitate. Ego tui memor ero et vos juvabo, consolabor et promovebo quamtum in me fuerit ; diligo enim charitatem vestram ex animo et in visceribus Jesu Christi vos complector: rogans ut in sanctis sacrificijs et orationibus, mei peccatoris memoriam non deponatis : saluto etiam peramanter D.N. cujus literis hoc tempore non vacat respondere habiturus tamen earum rationem et suo tempore prospectunis utilitati domus vestræ cum Dei gratia et authoritatè capituli generalis. Bene valeas V.P.C. in Christo Jesu. In festo Mathiæ apostoli anno 1597.
Stetit promissis V. P. visitator nam eodem anno per cartam sequentis capituli cum ad se vel domum Bruxellensem venire fecit ; ubi anno sequenti papyrum ad illum misimus, in qua imprimeret officia nova sanctissimi nominis Jesu, S.S. Trinitatis et Transfigurationis Domini nostri pro choro nostro, quod et ibi fecit.
Initio autem anni 1600 cum domnus Nicolaus Huart procurator hujus domus propter senium fuisset absolutus, noster domnus **Conrardus** ad domum hanc suæ professionis fuit revocatus et procuratura restitutus sub domno Adriano Dorpio priore, et in hoc officio mansit ad mortem usque quæ accidit 2[a] septembris 1608.
Testimonium quod de eo dat Wallius Bruxellensis in suis annalibus qui et cum illo Bruxellis habitaverat, breve est, sed multum dicere videtur : vir inquit pius, et zelator ordinis.

Pede fol. 108 : domnus Jacobus Goossens, Bruxellensis, monachus professus hujus domus qui factus est hic procurator defuncto domno **Conrardo Graet** anno 1608, anno autem 1615 invenio illum hic sacristam et anno 1620 carta capituli generalis mittit cum hospitem ad domum Diestensem, ex domo Lovanij ubi pariter erat hospes. Anno autem 1625 erat inde reversus nam senior scribitur inter hujus domus conventuales et obyt in hac domo 17 januarij 1627.

AC 100:27/4, p. 104, L33-34, c.1609 : domnus Conradus Icart, professus et procurator domus Capellæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 1 september: domnus Coenrardus Gerardi, professus et procurator domus Capelle.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 1 septembris : domnus Conradus, procurator domus Capellæ.

*NLM018*
***Cornelius van Dordrecht.***
*d -	Geertruidenberg./Arnhem*
*e -	Geertruidenberg 1469*
*Arnhem hos 1486*
*Ch hos 1486*
*Li hos ? - †.*
*f -	3 juillet 1500.*

---

*Stiennon, MB, p. 507, note 9 : Chartreux, reg. 6, f° 40v et reg. 7, 3juillet : Corneille de Dordrecht, profès de la Chartreuse de Geertruidenberg, hôte de la chartreuse de Liège, où il fut enterré (†3 juillet 1500).*
*AEL,* Chartreux, *7, obituaire, 3 juillet : obijt domnus Cornelius de Dordraco monachus et sacerdos ac professusBeatæ Mariæ in Hollandia hospes domus hujus et sepultus in nostro cymeterio.*
*Lamalle, p. 89 : Cornelius de Dordraco professus domus Hollandiæ hospes (note : « per visitatores super annum (1486) factum est cambium inter illum (D. Andra de Tournai) et domnum Cornelium de Dordraco, professum domus….. Monikhuizen .»*
*Lamalle, p. 139:*

*Sanders, p. 192: 1469 monachus Geertruidenberg ; 1486 hospes Herne ; daarna - † hospes Luik 3 juli 1500*

*De Backer, p. 88, n° 44: † ca 1505, Cornelius van Dordrecht, P Geertruidenberg*

*AC 279/2,* Obituaria Cartusiæ Lirensis, *3 julius : domnus* **Cornelius Dordraci**, *monachus* Hollandie

*Pede fol. 47 - 49 : domnus Andreas de Tornaco, monachus professus hujus domus. Receptus a domno Henrico de Loe priore circa anno 1452 et discipulus domni Laurentij de Musschezeke tunc vicarij, de eo domnus Joannes Ammonius auctor 2*[di] *Chronici nostri, scribit quæ vidit et audivit, quibus nos nostra hic adjiciemus quæ habent carta capituli nostri generalis et alia. Natus hic est Tornaci, Latinis litteris mediocriter inbutus juxta morem illius temporis. qui postquam anno sequenti professionem fecisset sacerdosque esset factus, in hac domo se ita laudabiliter gessit ut anno 1470 missus sit cum duobus alys hujus domus professis ad initiandam novam domum Delfensem: ubi tamen non multis annis mansit sed hospes missus fuit ad domum in Scheut prope Bruxellas. in qua existens venit sequens litera reverendi patris generalis nostri anno 1480 quam habet Wallius Bruxellensis. frater Antonius humilis prior domus Majoris Cartusiæ, auctoritate capituli et nostra qua fungimur super annum; ordinamus per præsentes et seriosè injungimus, quod sub pæna inobedientiæ impleri volumus : ut domnus Andrea de Tornaco, hospes in domo nostræ Domina de Gratia prope Bruxellam ordinis nostri cartusiensis, statim ibi profiteatur visis præsentibus prima die capituli, et de cætero pro professo ibidem habeatur ; injungentes priori et conventui ut in hoc nullam difficultatem faciant : nam ipsius loco domnus Joannes de Colonia eorum professus in domo Capellæ profitebitur. quod similiter fieri volumus et jubemus. Datum cartusiæ 12 martij anno Dpmini 1480 sub sigillo dictæ domus in testimonium præmissorum. Credimus quod illa litera effectum habuerit, sed anno 1483 domnus Andreas iterum in hac domo Capellæ residebat, et in carta capituli generalis an 1484 habetur: domnus Andreas de Tornaco professus domus Capellæ, ex illa domo vadat hospitatum ad domum Vallis Sancti Petri ad ordinis voluntatem, cum indigeat personis pro adjutorio chori. eo tamen non ivit sive quod infirmus esset seu infirmitatem allegaverit, quod ex carta anni sequentis videri potest, habet enim illa anni 1485, priori domus Capellæ non fit misericordia, Et domnus Andreas, monachus ibidem caveat de cætero patrem reverendum atque capitulum generale suis superfluis scripsit inquietare sicut hactenus fecit, alioquin carceri mancipetur quem admodum prius injunctum fuerat, et studeat in pace vivere cum priore suo atque conventu ; neminem quovis modo inquietando; alioquin statim puniatur secundum formam statutorum. Insuper de translatione sua ad domum Vallis Sancti Petri, a capitulo generali anno præterito sibi injuncta quam non implevit propter suas infirmitates, habemus supportatum, attenta pænitentia quam sustinuit. Hac tamen admonitione nec his minis destitit, habet namque carta sequentis anni 1486 articulo domus Capellæ. Et domnus Andreas non amplius inquietet capitulum generale per suas frivolas literas sub poena carceris cum effectu, et prior dictæ domus in hoc non deficiat. Post hanc cartam per visitatores super annum est cambium inter illum et domnum* **Cornelium de Dordraco** *professus domus Beata Mariæ vulgo Monichuysen apud Arnhemium, qui venit hospitatum ad hanc domum Capellæ ille ivit ad Monichuysen. hoc autem per capitulum generale sequens confirmatur his verbis anno 1487. Priori domus Beata Mariæ in Hollandia non fit misericordia et commutationem factam per visitatores de domno* **Cornelio de Dordraco**, *et domni Andrea monacho professo domus Capellæ, approbamus : et maneat uterque in loco per visitatores deputato, et sicut per cartam capituli prohibitum fuit de domni Andrea ne amodo molestare deberet capitulum generali suis frivolis scriptis sub pæna carceris ; ita etiam prohibetur ne de cætero molestet patrem reverendum sub simili pæna.*

ChM039
**Cornelius de Dyerm**
alias **Deir, Dedier, Deduer.**
d - pfs ca 1553 ( ?) il faut très probablement lire 1563.
e - tons et ord min 26 mai 1564
subd 27 mai 1564.
dia
sds 22 décembre 1564
Ch 1564-†
f - 12/14 octobre 1610 (c.1611).

---

PB:

Lamalle, p. 217-219 : Interim hoc anno 1580, nominato per cartam domno Adriano Dorpio in hujus domus rectorem, cum noviter huc ~~forsan~~ ex domo Erfordiæ ad quam confugerat forte advenisset, dominica infra octavas visitationis Beate Virginis Mariæ fuit exustum hoc nostrum monasterium Capellæ ab hæreticis qui præsidium habebant in Ninovia. fuerunt autem exusta ecclesia, sacristia, capitulum, sacellum S. Crucis et pars parvi claustri, porta anterior, camera mulierum, et stabula equorum. Item secunda porta cum domo quam abbatiam vocabant ; tres cellæ fratrum laicorum cum porta pomarij et cella procuratoris. Eodem die exusta etiam fuit colonia nostra cum molendino in Scibbeque et aliquanto tempore postea colonia nostra in Ezelenbergh. Ab hoc tempore domnus Adrianus rector et noster hic Nicolaus Huart procurator, dimittentes hanc domum et refugium nostrum Angiense ubi prævalebant hæretici et hactenus latuerant, fugerunt ad Montes Hanoniæ circa mensem octobris 1580 et conduxerunt ibi domum pro uno anno a festo Andreæ hujus anni ad idem festum usque anni 1581 pro 250 libris,
Vidimus superius quod circa Pascha 1578 in hac domo Capellæ cessaverit divinum officium in cantu celebrari, nec fuisse domum hanc a fratribus inhabitatam ab illo anno usque ad annum 1593 circa festum Sancti Joannis Baptistæ. Ab illo festo usque ad profestum Sancti Brunonis 1596 celebravimus (inquit) divinum officium in sacello Beatæ Mariæ anteriore. Hoc autem eodem anno 1596 in profesto Sancti Patris nostri Brunonis incepimus iterum divinum officium cum cantu persolvere et hoc in choro conversorum qui (addit) modo est chorus noster. Incepimus autem a vesperis. Hæc in registro litterarum in membrana sub 1344 notato in procuratura
… Anno sequenti 1599 cum advenisset carta capituli generalis, maxima cum stupefactione conventualis viderunt in illa verba sequentia : priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia et committimus visitatoribus ut provideant dictæ domui de alio pastore aut per viam electionis vel ut ipsis videbitur expedire. Et domui Monachorum (prope Arnhemium in Gelria) brevi ut speramus restituendæ ordini præficimus in priorem domnum Adrianum Dorpium, propterea a domo Capellæ absolutum, sed residentiam habebit in domo Leodij nec quicquam agere sine consilio patris visitatoris præsumat.
Hinc conventuales, concessa illis electione, vocatis ad hunc actum patro visitatoribus, absolutum suum et vere dilectum priorem, novo exemplo iterum elegerunt et installaverunt intonantes et cantantes in choro simul canticum: Te Deum laudamus. quibus ut Wallius scribit (ait, *Lamalle*), visitatores facile consenserunt, cum res patriæ non pro voto succederent. Erant hi conventuales qui rem tam egregiam fecerunt sequentes : Philippus van Belle vicarius, Nicolaus Huart procurator, **Cornelius de Dyer**, Joannes Roost sacrista, Augustinus (Raes), Robertus de Belle et domnus Joannes Roost.

Pede fol. 96 : domnus **Cornelius de Dyer**, monachus professus hujus domus, de quo antiquum calendarium habet ad 12 octobris verba sequentia : qui (inquit) 47 annis laudabiliter vixit in ordine, et nunquam mutavit cellam. debuit ergo professionem emisse circa anno 1553 hoc clarum est, sed secundum illud quod sequitur non potest conciliari cum historia istius temporis, certum est enim quod domus hæc a suis habitatoribus deserta fuerit ab anno ~~ferè~~ 1578, quo ut habemus in registro litt° 1344 notatum : circa festum Paschæ cessavit hic divinum officium ; ad annum usque 1593 circa festum Sancti Joannis Baptistæ, cum incepit divinum officium iterum a fratribus reversis celebrari: nec est vero simile quod hic solus in sua cella manserit absentibus alijs omnibus. Ideo existimandum est quod calendarium dicere velit quod per 47 annos simplex religiosus et cellita in ordine vixerit hic et alibi. Obyt autem 12 octobris 1610.
Pede fol. 103 : Anno sequenti 1599 cum advenisset carta capituli generalis, maxima cum stupefactione conventualis vederunt in illa verba sequentia : priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia, et committimus visitatoribus ut provideant dictæ domui de alio pastore, aut per viam electionis vel ut ipsis videbitur expedire. et domui Monachorum (prope Arnhemium in Gelria) brevi

ut speramus restituendæ ordini præficimus in priorem domnum Adrianum Dorpium, propterea a domo Capellæ absolutum ; sed residentiam habebit in domo Leodij necquicquam agere sine consilio patris visitatoris præsumat. Hinc conventuales, concessa illis electione, vocatis ad hunc actum patro visitatoribus, absolutum suum et vere dilectum priorem, novo exemplo iterum elegerunt et installaverunt intonantes et cantantes in choro simul canticum : Te Deum laudamus. quibus ut Wallius scribit, visitatores facile consenserunt, cum res patriæ non pro voto succederent, erant hi conventuales qui rem tam egregiam fecerant sequentes: Philippus van Belle vicarius, Nicolaus Huart procurator, **Cornelius de Dyer**, Joannes Roost sacrista, Augustinus, Robertus de Belle et domnus Joannes Roost.

AAM, Acta Episcopalia Cameracensia, 25, f°3 : accoliti die XXII[a] decembris 1564 ordinati presbiteri … frater **Cornelius Dedier**, carthusianorum de Herinnes.
AAM, Acta Episcopalia Cameracensia, 25, f° 194 : feria sexta quatuor temporum post festum Penthecostes que erat XXVI[as] mensis maij 1564 fuerunt in ordinibus generalibus per reverendum dominum Martinum episcopum Calcedonensis suffraganeum Cameracensis in Teneramundæ celebratur tonsurati juvenes infrascripti … Accoliti eodem die ordinati … frater **Cornelius Deduer** ordinis carthusiensis conventus de Herinnes
AAM, Acta Episcopalia Cameracensia, 25, f° 194v:… Subdiaconi die sabbato quatuortemporem XXVIJ[as] maij 1564 ordinati … frater **Cornelius Deduer** ordinis Carthusiensis conventus de Herinnes.
AAM, Acta Episcopalia Cameracensia, 25, f° 198 ; feria sexta quatuor temporum post festum Sanctæ Luciæ que fuit XXII[as] decembris 1564 tempore ordinem generalium Bruxelle celebratorum fuerunt militie clericali ascripti juvenes infrascripti … Eodem die … presbiteri … **Cornelius Deduer** ordinis carthusianorum conventus de Herinnes.

AC 100:27/4, p. 115, L5, c.1611: domnus **Cornelis de Hio**, professus domus Capellæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 14 october : domnus Cornelius de Dier, professus domus Capellæ qui 47 annos laudabiliter vixit in ordine.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 12 octobris : domnus Cornelius de Dyer, monachus domus Capellæ, qui 47 annis laudabiliter vixit in ordine et nunquam mutatvit cellam.

*NLM019*
***Cornelius Eeckhout.***
*alias* ***a Quercu.***
*b -* *Alost (Flandre Orientale).*
*d -* *entré Ch 6 octobre 1577*
*Envoyé comme novice a Utrecht en 1578 (profès ca août 1580).*
*e -* *Arnhem proc 1604 - ? (pendant 4 ans)*
*Utrecht proc ? - ?*
*Di hos 1623 - †.*
*f -* *1623 (c.1624).*

---

*de Wal, 7044, f° 144v:*

*PB:*

*AC 100:37, p. 76, L37-42, c.1581 : (In domo Traiecti). Et declaramus domnum Cornelium a Quercu, qui in domo Coloniæ professionem fecit sub nomine dictæ domus Traiecti, reputandum esse et habendum pro iposius domus Traiecti professo ; quapropter eadem domus Traiecti tenetur expensas refundere priori domus Monachorum quas ipse fecit in domo Coloniæ intuiti prædicti domni Cornelii.*

*AC 100/28, p. 49, c.1624 : domnus Cornelius a Quercu, professus domus Traiecti, hospes in domo Diestensi.*
*AC 100:27/4, p. 183, L29-30, c.1624: domnus Cornelius a Quercu, professus domus Traiecti, hospes in domo Diestensi.*

Pede fol. 85-87 : Anno 1577 hæc acta fuerant : et anno sequenti 1578 domnus Judocus ascendit ad generale capitulum indicta illi collatione, et carta inde veniens dicit de eo articulo Capellæ : quem rogamus, ut in suis multimodis tentationibus patienter præstoletur divinum auxilium. Hoc anno Wallius de cartusia prope Bruxellas in Scheut : 5[a] februarij ait, fugientibus ex conflictu (queratur ille conflictus alibi) cæteris militibus ordinum, dispersi sunt per pagos Bruxellæ vicinos, et magnus erat tumultus in civitate Bruxellas ita ut fugerent multi cives et ecclesiastici timentes obsidionem civitatis : et eodem die recesserunt ad domum Capellæ relicto monasterio : domno Christianus Nouts, prior, domnus Franciscus Caveneer, domnus Nicolaus Coen, sacrista, domnus Petrus Leuwis et domnus Joannes de Broyere cum frater Joanne Lamberti, donato ; quos omnes domnus Judocus de Moor, prior noster humanissime excepit et in quantum potuit fovere conatus est per totam quadragesimam, cæteris religiosis Bruxellensibus ad civitatem se conferentibus ibique remanentibus. Sed qui ad hanc domum confugerant supradicti diu hic subsistere non potuerunt, propter hæreticos qui et hic prævalere incipiebant. Nam ex nostris 6[a] aprilis cum dicto domno Petro de Leeuwis missus est ad domum Ultrajectensem frater **Cornelius Eeckhaut de Alosto** novitius in hac domo qui anno præterito 1577 in festo Sancti Brunonis habitu monachali donatus fuerat. De quo infra. Carta capituli nostri generalis hoc anno hortatur domnum Judocum priorem nostrum his verbis : quem rogamus ut in suis multimodis tentationibus patienter prestoletur : ut supra. Hoc anno circa Pascha cessavit hic divinum officium in cantu celebrari propter hereticorum rabiem, nec fuit hæc domus Capellæ a nostris fratribus inhabitata ab hoc anno, usque ad annum 1593 circa festum Sancti Joannis Baptistæ et tabula summi altaris de qua supra iterum est separata et translata Angiam, ubi adhuc adservabatur anno 1595.
Carta capituli generalis anni 1580 habet : priori domus Capellæ fit misericordia. propter bonum ad quod vocatur in domo Leodij, et præficimus in priorem dictæ domus domnum Lambertum a Rossegem, subvicarium monialium Brugis, sed adveniente carta vicarium agebat in domo de Tuchelausen. De quo infra.
In his nostris afflictionibus, persequentibus nos hæreticis, junxerunt se rustici Herinenses qui nos defendere debuissent (ad exemplum futuri temporis) scribit namque P. Huart de quo infra: sub annum 1579 sicut jam aliquoties ante fecerant, exigebant a nobis scabini Herinenses duos equos et dimidium unius custus in subsidium exercitus regij cum quibus jam convenerat P[s] Judocus prior et promiserat se illis pro illo onere numeraturum sex libras magnas. Ego vero cum jam redijssem ab exilio (status enim Brabantiæ et Baillivus Angiensis cogerant me vertere solum, cum mandarent omnibus que liberum fecerant me interficere quocumque loco et habitu invenire : eo quod me opponerem ipso …………tibus et audacter illorum factiones reprehenderem.

Pede 107 : domnus **Cornelius Eeckhaut**, Alostanus, licet alibi sit professus potest inter hujus nostræ domus professos numerari. Receptus est enim in hac domo a domno Judoco de Moor priore et vestitus ab eo veste novitij in festo Sancti Brunonis anno 1577. exactis hic in novitiatu decem

mensibus et prævalentibus hic hæreticis, cum religiosorum nostrorum quædam pars fugeret 6[a] aprilis 1578. Litteris obedientialibus V.P. visitatoris ex hac domo ad domum Ultrajectensem missus est domnus Petrus de Leeuwis hic hospes professus domum Bruxellarum, et cum eo frater **Cornelius** novitius. exactis et in domo Ultrajectensi decem mensibus, compulsus fuit cum cæteris conventualibus, præmentibus ibidem et hæreticis et illam domum relinquere et se cum alijs ad civitatem conferre, ubi in domo præpositi cathædralis ecclesiæ per annum cum dimidio habitarunt. inde missus fuit ad domum Coloniensem, in qua ordinante V.P. visitatore post probationem sex hebdomadarum fecit professionem nomine domus Ultrajectinæ quod anno sequenti 1581 a generali capitulo fuit ratificatum. Iverat ex hac domo Capellæ ad domum Ultrajectensem cum optimo testimonio V.P. visitatoris, sui prioris et omnium conventualium hujus domus, de bona pia ac religiosa conversatione ejus, et antequam professus est presente domnum Andrea Loots priore domus Monachorum munitus erat egregio testimonio conventualium Ultrajectensium. Fuit novitius duobus annis et decem mensibus. factus est postea procurator in domo Monachorum, et Ultrajecti anno 1604. magna certe stabilitas et constantia in novitio. Obyt hospes in domo Diestensi anno 1623.

ChM040
**Cornelius vander Weyden**
alias **de Pascua.**
a - p.: Rogier vander Weyden (Roger de la Pasture, peintre), °1399/1400, X 5 mars 1427 (ou 1426), † 18 juin 1464.
m.: Elisabeth Goffaert.
b - Bruxelles (ou Tournai)
ca 1425 (ou 1427).
c - études a Louvain (entre 1445 et 1448).
d - entré en 1448.
f - 6 octobre 1473.

---

Dictionnaire des Peintes belges, Rogier Van der Weyden : Peintre de compositions religieuses, profanes et de portraits. Rogier de le Pasture, qui sera connu a Bruxelles sous le nom de Rogier van der Weyden, est né en 1399 ou en 1400 du mariage de Henry de le Pasture avec Agnès de Watrelos. La famille était établie a Tournai où le père exerçait le métier de coutelier. En 1426, Rogier épousa une Bruxelloise, Elisabeth, fille de Jan Goffaert et de Cathelyne van Stockem. De leur union naquirent trois fils et une fille. Cornelius, qui allait devenir chartreux, vit le jour en 1427 et Margaretha en 1432. Avant le 21 octobre 1435 certainement, la famille vint a Bruxelles où naquirent les deux autres fils : Pieter en 1437 et, l'année suivante, Jan.
On sait encore que son fils aîné, Cornelius, fut étudiant a la faculté des arts de Louvain entre 1445 et 1448 et qu'ensuite, en 1449, il entra a la chartreuse d'Hérinnes. Rogier lui-même avança de l'argent, en 1462, a la chartreuse de Scheut et offrit des peintures a ce couvent. L'artiste est décédé le 18 juin 1464.
Biographie Nationale, t. 27, col. 226 et suivantes ; né en 1427. Mère : Lysbette Goffaert.
Roger vander Weyden donne en 1449 400 couronnes pour son fils a Hérinnes
col. 230 : Retable de Miraflores donné a la chartreuse par le roi Juan II en 1445.
col. 231 calvaire a Scheut.

Arsenal :

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Cornelius de Pascua de Bruxellis, monachus domus huius et filius magistri Rogerii pictoris egregii.
Lamalle, p. 72 : anno eodem obiit in octobri in die Fidei Virginis dominus Cornelius de Pascua de bruxella filius magistri Rogerii de Pascua egregii illius pictoris. Iste fuit hic monachus professus circiter 24 annis. Ante ingressum ordinis fuerat magister artiu promotus Lovanii in Porco (sa promotion n'a pas été retrouvée). Hic invenis obiit circiter 48 annorum et ex parte eius domus hæc a patre et matre ipsius habuit plus quam 400 coronas.
Lamalle, p. 228 : beneficia Rogeriide Pascua.

Pede fol. 26 : domnus Cornelius de Pascuis, Bruxellensis, monachus professus hujus domus A° 1457. Hic filius erat magistri Rogerij de Pascuis, egregy isto tempore pictoris. Ante ordinis ingressum fuerat noster Cornelius magister artium promotus Lovany in Porco. Obyt ætatis 48 annorum 6[a] octobris 1473. ex parte ejus habuimus a parentibus ejus plusquam 500 coronas.

PB:

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 6 october : domnus Cornelius, monachus Capelle
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 6 octobris : domnus Cornelius de Pascua, monachus Capellæ.
AC 100:6, p. 210, L29, c.1474 : obiit domnus Cornelius de Pascua, sacerdos pro qui fiat unum tricenarium defunctorum per totum ordinem.
AC 100:12/3, p. 177, L31-p. 178, L1, c.1474 : domnus Cornelius Pascua, monachus professus domus Capelle Beate Marie prope Angiam, sacerdos, pro quibus fiat [unum tricenarium defunctorum per totum ordinem].

Schrije 24.

ChM041

**Daniel de Croeck.**

b - Grammont (Flandre Orientale).

e - cité 1390

proc 1395,1397.

f - 26/27 novembre ?

---

Lamalle, p. 20 : (anno domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellæ XVII personæ aliis vestibus indutæ, scilicet istæ) dominus Daniel Croc de Gerardimonte monachus domus huius.

Pede fol.8 : domnus Daniel de Croeck, Gerardimontanus professus hujus domus erat hic procurator anno 1395 et 1397. Obijt die 26 (*Lamalle* : 27) novembris. ante illum scilicet annis 1393 et 1394 erat unus domnus Joannes in hac domo procurator. Quis ille fuerit et cujus cognominis invenire non potuimus.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 26 november : domns Daniel Croek, monachus Capelle
Arsenal : 26 [novembris] domni Danielis Croec monachi domus hujus.

Schrije 25:

*HFM021*

***Didacus Salcedo.***

*f* - *c.1669* "hospes in domo de Capella cuius obitus anno præterito non fuit denuntiatus".

*g* - *Ne serait-ce pas une erreur de la carte et profès de domus de Cazalla?*

---

*LiM034*
***Dionysius Christiani.***
*e -    hos c.1623.*

ChM042
**Dionysius Luyckx.**
b - ? juin 1729.
e - sds 22 septembre 1753
cité sous-sac en janvier 1756
cité 1776, 1783.
f - 25 janvier 1789.

---

AGR CR 139.

L. Vercammen (OCCR) : Antwerpen, wijdingen.
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : status vel personnæ professæ domus Capellæ in januario 1756 : Dionysius Luycx professus huius domus subsacrista.
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : religiosi professi huius domus Capellæ 1776 : Dionisius Luyckx.

*GaM044*
***Dominicus Eeraerts.***
*e - vic c.1737-17 aout 1739.*

---

ChM043

**Egidius de Allodio.**

e - proc ca 1370
vic ca 1373.

f - 15 septembre 1374.

---

PB:

Lamalle, p. 18 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Egidius de Allodio, monachus et vicarius domus huius.
Lamalle, p. 31 : quo autem tempore ipse hanc domum rexerit nos latet, nisi forte ipse fuerit prior circa annum Domini 1370, quia tunc pro certo ponitur in litteris quibusdam prior huius domus dictus dominus Petrus et subiungitur dominus Iacobus Naghel, qui fuit frater eiusdem Petri et sub procurator huius domus, dominus Iacobus de Gallo, dominus Ioannes de Veris, dominus Egidius de Allodio

Pede fol. 5 : domnus Egidius de Allodio, vicarius in hac domo, anno 1373, qui obijt 15 septembris.

Arsenal, 15 septembre : domni Egidij monachorum huius domus.

Schrije 26:

AC 100:29, p. 209:

ChM044
**Egidius de Bapalmis**
alias **Papalniis, de Bapaume, Bapalniis.**
d - ca 1414.
e - proc ca 1435-ca 1437
cité 1439
f - 28 décembre 1454.
g - copiste.

---

Lamalle, p. 21 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui non fuerunt hic anno M°CCC°XC° sed postea venerunt et sunt defuncti usque ad anum M.CCCC.LVI.), dominus Egidius de Bapalmis, monachus et procurator domus huius.
Lamalle, p. 60, note 3 : le ms. 3877 de la BRB *Narratio de initio ordinis cisterciensis* et *Collationes Cassiani*, porte f° 190 cette mention : « per fr. Egidium de Bapalmis scriptus in domo Capellæ… et finitus in profesto S. Augustini anno Domini 1439 sub fratre laurentio ab Alosto priore. »

Pede fol. 22-23 : domnus Egidius de Bapalmis, monachus professus hujus domus, cognatus domnus Joannes de Atrebato hujus domus quondam prioris qui cum ad ordinem recepit. Fuit hic etiam aliquo tempore procurator. Hic scripsit valde multos libros præcipui parvos, et aliquos magnos de libris S. Thomæ, missale unum et tria gradualia et notulavit unum magnum antiphonarium et alia varia scripsit. Qui postquam circiter in ordine vixisset 40 annis. Obyt in die Sanctorum Innocentium vel 28 decembris anno 1454.

PB:

AC 100:4, p. 194, L25-29, c.1455 : dominus Egidius de Bapalnus, monachus professus domus Capelle Beate Marie iuxta Angiam, sacerdos, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem]. Et dictus domnus Egidius habet anniversarium perpetuum per totum ordinem associandum cum primo anniversario currente post diem obitus eius qui fuit XXVIIJ[a] decembris. Ideo scribatur in kalendarijs conventualibus domorum ordinis.
AC 100:11, p. 134, L23-28: c.1455, Egidius de Baxalinis, monachus professus domus Capelle Beate Marie iuxta Angiam ; sacerdos, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem]. Et dictus domnus Egidius habet anniversarium perpetuum per totum ordinem associandum cum primo anniversario currente post diem obitus eius qui fuit XXVIIJ[a] decembris. Ideo scribatur in kalendarijs conventualibus domorum ordinis.
AC 100:27/2, p. 15, L34-35, c.1455: Egidius de Bapalmis, professus domus Capellæ, habens anniversarium perpetuum per totum ordinem sub 28 decembris.

Arsenal : 28 [decembris] obitus fratris Egidij de Bapalmis monachi.

Schrije 27.

*BxM038*
***Egidius Blitterswyck.***
*e - hos c.1625-c.1627.*

ChM045
**Egidius van Hecke.**
d -   1666.
g -   = ChM169 ?

---

*Tiste 1666, Manuale: 9 7ber ontfangen tot Dermonde van Sheer Jaques van Hecke, oom van onsen novitius Gilis van Hecke 400 guldens, daervan heb ick uijtgegeven voor de kleedinghe, etc.*

ChM046
**Egidius Lietsele**
alias **de Lietsele, Sietsele, Ketsele.**
e - vic ? - †.
f - 18/19 mars 1375 (>1390).

---

Lamalle, p. 17 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Egidius de Ketsele, monachus huius domus
Pede fol. 5 : domnus Egidius de Lietsele vel Sietsele. Monachus hujus domus qui obyt 19 marty.
Gde Chartreuse, P. Bastin, nécrologe dans A-V 80a, *La chartreuse d'Enghien* : c.1375, obiit Egidius vicarius domus Capellæ, qui habet tricenarium.
Arsenal : 19 marcius, domni Egidij de Sietsele monachi domus huius.

Schrije 29.

*LoM035*

***Egidius Ploum.***

*e - vic 1664-1666.*

ChM047
**Egidius Sterke**
alias **Fortis, de Linniaco.**
b - Lennik (Brabant).
c - prêtre séculier a Louvain ca 1470 (pendant environ 16 années).
d - entré Quadragesima 1486.
pfs circa Quadragesima 1487.
e - cité 1487
sac ca 1489-1497
proc 1497-1517- †(?).
f - 5 novembre 1521.

---

PB:

Lamalle, p. 88-9, 131-2 et 207:

Pede fol. 49-50 : domnus Joannes Amandi, monachus professus hujus domus et procurator, hunc licet non detur in nostro kalendaris, preterire non potui ; habetur in calendario domus nostræ Liranæ ut professus et procurator hujus domus et obitus ejus sub 9[a] july, sine anno. Successit in procuratura (ut invenio) domno Eligio de Haene qui obyt circa ann 1490 et erat adhuc procurator 7[a] may 1493 et domnus **Egidius Stercke** procurator ejus loco erat anno 1497. Adeoque existimo eum fuisse defunctum ante hoc tempus Procuraturæ domni **Egidij Stercke** prædicti.

Pede fol. 57-58 : domnus Arnoldus Stampion, Bruxellensis, monachus professus hujus domus. De hoc viro cum in cartis capituli generalis nec in monumentis hujus domus aliquid habeamus præter ea quæ in Chronico suo habet domnus Livinus Ammonius fol, 82 hæc exscribendo satis faciemus. Anno (inquit) 1505 pridei nonas may receptus fuit a domus Carolo Serraes priore, Arnoldus Stampion civis Bruxellensis ad statum monachi, qui fuerat clericus sæcularis et literarum civilium scriptor in curia magni consilij et interdum quidem Gandavi, interdum vero Mechliniæ se continebat compté admodum sciebat scribere, literam præciqué currentem, peritus gallice linguæ et mediocriter latinæ ; habebatque penes se formas et exemplaria ad concinnanda instrumenta civilia ; in quibus ordinandis et describendis erat satis tritus ; magnumque sperabatur commodum et ornamentum nostro ordini, fore, si talis homo receptus esset a nostratibus. Postquam igitur professionem fecerat; suscepit et sacros ordinis; at quodam tempore cum ea de causa Tornaci esset, una cum procuratore nostro domno **Egidio Stercke**, aderat et domnus Guilielmus Bibaucius, procurator tunc domus Gandavi cum suis. Et inter pocula Bibaucius jocabatur cum procuratore nostro: quod in bona spe jam posset vivere quod jam seniculo posset fieri illi propediem relaxatio et misericordia sed verum est quod alibi dicitur : non tam interest quid quo animo dicatur, quam quo accipiatur ; quandoquidem ejusmodi scommata non semper æquo suscipiuntur animo, et Bibautius Arnold gratulatus quod ad ordinem venisset nostrum, familiariter et benevole cum eo loquebatur. Arnoldus autem eo tempore postquam domum redijt, nobis ista referebat, et mirum in modum benedicis verbis Bibaucij ne dicam adulationibus erat erectus, sperans fore, ut a Bibautio Vassori probe commendarotur qui tum visitator hujus provinciæ principalis erat. et forsitan sic usu venit quemadmodum Arnoldus speravit atqui o Deus bone, quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum ? homo vanitati similis factus est, verumtamen universa vanitas omnis homo vivens : nam ecce Arnoldus sacerdos factus nondum sesqui anno, cæpit febribus laborare quæ satis erant acutæ, et insuper vehementi capitis dolore afficiebatur. neque somnum neque cibum more solito capiebat; et alioqui sanus non erat homo multi cibi ac potus ? Hæc in hebdomada Pentecostes acciderunt, in solomnitate autem Eucharistiæ post prandium, accepta a priore facultate, ivi ad infirmum ad adjuvandum eum si possem, et ad consolandum: nam erat mihi vicinus proximu. sibi conquerebatur mihi more ægrotantium, (qui ministros immerito solent accusare cibosque bonos et delicatos abominari) suas infirmitates. inter hæc statim ecce prior supervenit, cui Infirmus : Ego dixi cocis inquit, ut paululum cervisiæ cum pane bullitum mihi pararent, et ecce decoctioni indiderunt oleum. id cum pernegarent coci ; prior cæpit increpare ægrotum: quod mihi non modo ridiculum sed etiam periculosum esse videbatur. quocirca vocavi priorem ad partem, quasi negotium aliquod essem illi commissurus, quippe qui postridie profecturus erat Antverpiam: dixique domne prior quid agis ? multis diebus frater noster non sumpsit cibum, multisque noctibus parum aut nil dormivit et febribus graviter laborat, debilis efficitur, parce illi, ne sensu deficiat: quibus clam auditis prior pauca benigne locutus, abijt. Ac deinde paucis post diebus absente priore, Arnoldus incidit in phrenesim multisque diebus male habuit. At vero tandem aliquando utcumque convaluit sequebaturque conventum et munia sacerdotis abibat, idque religiose admodum. Sed non silere debeo quantum valuit in practica civili ; nam quodam tempore quibusdam sæcularibus dominis a domo Capellæ

dandum erat instrumentum acceptilationis, quod prior noster commisit Arnoldo faciendum. Arnoldus vero tam argute concinnavit illud: ut omnes mirarentur. nam cum fuisset oblatum, interrogabant Domini postquam legerant illud : quis hoc composuit ? dictumque est, quidam monachus frater noster. responderunt : prorsus indignum est, ut talis homo apud vos in abdito delitescat. Hic Arnoldus libros secum talit complusculos quando venit ad ordinem quorum majorem partem domui Capellæ reliquit, quibus omnibus suum nomen et suæ professionis annum inscripsit. Anno igitur 1516 cum ægrotaret, rite sumptis ecclesiæ sacramentis, religiose defunctus est, idibus hoc est 13° septembris. vixit autem in ordine undecim annis.

Pede fol. 58-59 : domnus **Egidius de Stercke** alias fortis de Leniaco. Monachus professus hujus domus, ante ingressum ordinis sacerdos sæcularis steteratque 16 annis Lovany, peritus in practica rerum ecclesiasticarum. receptus anno 1486 in Quadragesima, vestitus et sequenti anno 1487 professus circa idem tempus sub domno Gasparo van der Stock priore. Post aliquot annos factus est sacrista, deinde anno 1497 factus est procurator. pergit auctor 2[i] Chronici satis mordaci et solito suo calamo, quæ tamen hic describam ut fidelem me in describendis etiam vitys ostendam. dicit ergo quod procuratoris officium illi magis accomodum putabatur, quia sanguineæ complexionis erat ut opinor et mercurialis conditionis, agilis et satis acutus in negotys abeundis. Quanquam autem libenter fuit in hominum sodalitate vinumque libenter Rhenense potitaret ; non tamen frequenter ab fuit a matutinis horis, sed ad finem usque secundi nocturni mansit in choro et quotidie pro laicis primam celebrabat missam et priusquam ad sua negotia pergeret, epistolam in missa conventuali cantabat. sæpenumero tamen admonebatur a laicis ut vesperi tempestive cubitum iret. quod quia non fecit, sed in camera hospitum aut alibi cum sæcularibus aut hospitibus fabulabatur diutius quam necesse fuit, ideo nonnumquam erat noctu somnolentus in choro. Et in senectute sua bene sensit, quod quietem sibi necessariam sæpe non sumpsisset. Fuit autem plus quam viginti annos procurator, quousque non valuit amplius præ senectutis imbecillitate administrationis illius obire negotia. Atque ingratijs etiam tum fuit absolutus quia non ex animo petebat absolvi ab illo officio. deinde in cella cum solus non bene posset mansitare, ordinatum fuit a priore, ut habitaret in alia cella simul cum uno monacho, simulque legerent horas quæ privatim persolvi debent. Nam deficiente visu, neque celebrare neque alia sacerdotis munia quivit exequi. Neque inambulavit usquam nisi fultus scipione, qui ne faceret in choro et alys locis in conventu fratrum super saxa sonitum, aut strepitum; corio fuit ab inferiori parte contectus. Porro multis annis quibus procurator fuit domnus **Egidius**, erat tempus pacis et magna in rebus opulentia et copiosa ubertas in fructibus terræ. denique confectus senitudine et sumptis ecclesiæ sacramentis domnus **Egidius** ad extrema vitæ mortalis devenit, et miserabiliter subinde clamitans: ai mi, decessit nonis hoc est 5° novembris 1521.

AC 100:27/2, p. 218, L7-8, c.1522: domnus Egidius Fortis, professus Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 5 novembris : domnus Ægidius Herc, professus et procurator domus Capellæ.
Arsenal : 5 november, domni Egidii Hec monachi domus hujus.

Schrije 32.

ChM048
**Egidius Thienpont**
alias **Tienpont.**
d - pfs 1637.
e - moine 1637-†
f - 29 avril 1680 (ant).

---

Gde Chartr., A-(V) 231 (6 Engh. 1), non folioté : 1677, payé pour la cure du genou du pere Thienpont 15 florins.
PB:

Arsenal:

AC 100:27/6, p. 88, L11, c.1681 : domnus **Ægidius Thieupondt**, professus et antiquior domus Capellæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 8 september : domnus **Egidius Thienpont**, professus domus Capelle.

Pede fol. 121 : domnus **Egidius Tienpont**, monachus hujus domus et in illa professus anno 1637 dum solverunt parentes ejus 400 libras turonenses pro renovanda et ornanda cella sub littera in qua per 43 annos laudabiliter admodum imo pie et sancte vixit ab officijs liber et simplex religiosus et in qua obyt 29[a] aprilis circa horam 9[m] matutinam anno 1680. Cætera judicari possunt ex sermone quem ad religiosos habuit V.P. Prior domnus Melchior Pletincx in die sepulturæ ejus, cujus sermonis hic partem jungo. Vigilate, etc. vigilavit revera confrater noster, sicut ego et vos omnes fratres mei testes estis, qui ut in Domino vixit in Domio pie obyt.
Serio vigilavit in custodia et arce sua tanquam fidelis Christi miles, vigilavit super animam suam quæ est omni arce pratiosior et nobilior, cujus et inimicus violentior et cui hora imminet irruptionis incertior. disposuit confrater noster domui suæ secundum consilium Christi salvatoris sui dicentis per Isaïam: dispone domui tuæ quia morieris tu et non vives. disposuit confrater noster domui suæ id est vitæ suæ conscientiæ suæ, sibi intendit et saluti, quæ sursum sunt ei placuerunt, non quæ super terram. Vere Israelita fuit in quo dolus non est, silentij ac solitudinis amator et verus cultor, zelosus statutorum et regularis disciplinæ observator, sedulus ac strenuus ad laudes Dei concinnandas, sobrius modestus et quietus. Cellæ sincerus amator nec non pacis et quietis. Votorum suorum perfectus executor; qui non tantum stabilitatem in hac suæ professionis domo manendo adimplevit sed et in eadem cella habitando plus quam 40 annis et uti spero e cella in cælum evolavit. Hic non est spatiatus per plateas agros sylvas et virentia pascua ; modo spatiatur ut spero in Paradysi amenissimo loco, ut ab ubertate loci illius pascatur et delectetur in bonis Domini ac salvatoris sui. Quidni pascatur et delectetur in bonis Domini sui ? cum locum aptissimum sincerum et purum Domino suo quoque preparavit quando disposuit vitæ suæ, bene scilicet vivendo, devote quotidie assistendo, in divinis officijs canendo et psallendo tam nocte quam die ; pie celebrando et alia ordinis officia perficiendo. quidni delectetur in bonis Domini sui qui viam preparavit juste pie ac sobrie vivendo, cellam diligendo, solitudinem exacte servando et Deum super omnia diligendo ? quidni pascatur ab ubertate domus Domini sui; qui priusquam æternitatis viam ingrederetur, sacramentis ecclasiæ rite est præmunitus; confessione, sacra Christi Corporis refectione, et extrema unctione ? quidni delectetur in bonis Domini sui, qui durante sua infirmitate exemplum fuit patientiæ cum plena et integra resignatione voluntatis suæ et conformatione voluntatis divinæ usque ad ultimum momentum, ad stuporem omnium nostrum ?
Verum V. Patres quia tum purum tam splendidum esse debet quod æternaliter lucere et splendescere debet, etc. Ex qua mortuus sit infirmitate non invenimus ; invenio autem quod ab anno 1677 chirurgus habuerit ad curandum genu ipsius 15 libras similiter post mortem ejus, solutæ sunt adhuc chirurgo ad genu ejus 30 libræ ; unde judicare licet : quod ex assiduis genuflexionibus hoc malum ad genu contraxerit quod sepe fit. quidquid de eo sit ; sanctus et bonus odor vitæ ejus etiamnum hic perseverat sicut in vulleseele unde ortus dicitur, et in tota vicinia.

Pede fol 125-128 : domnus Franciscus Bodart, Wavriensis, professus domus Liræ a prioratu domus Lovanij ad prioratum domus hujus Capellæ translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni Henrici Raeymakers absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem carta translati. Hoc tempore ubique bellum, ubique ruinæ in his partibus quæ revera in hac domo talem virum requirebant. Habebamus in civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum refugium in vico dicto Willoy Straete, unde factæ fuerant tres domus majores cum una minore, quæ locabantur extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. Petit prior et conventus anno 1677 consentientibus V.V.P.P. visitatoribus a

reverendo patre generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a venerabile patre Bodart et suo conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. visitatoribus concessa petitis a reverendo patre generali 11[a] xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare domus illæ fuerint venditæ et quomodo venditio hæc maxime nobis profuerit in amortisatione bonorum nostrorum anno 17.
Reverendissimo in Christo patri priori Majori Cartusiæ et totius ordinis cartusiensis generali debitam obedientiam et reverentiam. Infrascripti prior et conventuales domus Capellæ Beatæ Mariæ prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, domos, quæ a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum : hæc considerantes juxta consilium proborum virorum, domus nostræ utilitati convenire judicamus, ut præfatæ domus dentur in emphyteusim vel vendantur, et earum prætium juxta statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo redditu sine onere reparationum et reddituum solutione quibus dictæ domus gravantur, pro quo jam præmisso ~~debt~~ debito cum conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam venerandis patribus visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a reverendissima paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus, quod sperant cum omni humilitate subscripti reverendissime pater. Humiles fily et servi vestri. Frater Henricus Petit, prior, frater Theodorus Mallants, vicarius, frater J. de Weese, frater **Egidius Thienpont**, sacrista, frater Andreas Langhenhove, frater Joannes Baptista Verstrepen, frater Joannes Janssens ; frater Hieronymus de Hoppenbrouwer, procurator, frater Petrus Oostelinck.
Cum aperte constet venditionem requisitam utilem domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus. Actum in cartusia Lyrana die 29[a] marty 1677. Frater Petrus Antonius Pecquius, prior domus Lyræ visitatator, frater Hugo de Molinghen prior domus Lovanij convisitator.
Conceditur prout petitur. Datum Cartusiæ hac 26 Junij 1677, reverendissimo in Christo Patri priori Majoris Cartusiæ totius ordinis Cartusiæ Generali meritissimo nec non venerandis P.P. provinciæ Teutoniæ visitatoribus.
Exponunt debita cum reverentia conventuales cartusiæ Herinensis alias Capellæ Beatæ Mariæ prope Angiam : ad suas devenisse manus libellum quemdam supplicem a se respective et prædeceporibus suis, prius venerabilis patribus visitatoribus, dein reverendissimo patri oblatum et ab utrisque respective 29[a] martij 1677 signatum et 26 junij, quo propter rationes inibi allatas, licentia conceditur prout ex huic juncta copia videre est, vendendi et alienandi tres majores cum una parva, quas in præfata civitate Angiensi habent domos, quod tamen hactenus factum non est : sed cum eadem adhuc militent rationes et domus nostra insuper ære alieno misere gravata sit, quod mercenarijs et operarijs ægestatem et inopiam patientibus (quorum mercedem nequidem usque mane apud nos morari debet Levil. 19) multa debeamus nec aliundo satisfacere possimus ; ne ergo eos victu privando interfecisse dicamur. nam juxta Eccles 34 : qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem.

ChM049
**Egidius Timmerman**
alias **Temmerman, Timmermans.**
e - tons & ord min 25 mai 1725
subd 26 mai 1725
cité 1728
Bx vic 1731- ?
Di hos ? -c.1740
Lo hos c.1740- ?
SM hos 1748- †.
f - 13 janvier 1750/début 1750.

---

PB:

de Wal, 7044, f° 11v:

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 67, f° 91v: Die 25 Maij 1725, feria sexta quatuor temporum in sacello domestico palatii archiepiscopalis Mechliniæ ab eminentissimo ac reverendissimo domino cardinale archiepiscopo, promoti sunt … ad Tonsuram … frater **Ægidius Timmermans** ordinis carthusianorum monasterij Herrinensis, diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.
f° 92v, … ad minores ordines … frater **Egidius Timmermans** ordinis carthusianorum monasterii Herrinensis, diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.
f° 94v, die 26 maij quæ erat sabbatho quatuor temporum. In choro ecclesiæ metropolitanæ Mechliniæ, inter missarum solemnia ab eminentissimo ac reverendissimo domino cardinale archiepiscopo promoti sunt … ad S. subdiaconatus ordinem … frater **Egidius Timmermans** ordinis Carthusianorum monasterii Herinnensis, diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.

AC 100/35, p. 155, c.1732 : domnum **Egidium Timermans** professus domuss Capellæ a patribus visitatoribus super annum in vicarium (domus Bruxellarum) institutum confirmamus ; p. 156 : concordat cum suo originali quod attestor frater E. Timmermans, vicarius domus Bruxellarum.
AC 100/28, p. 221, c.1740 : domnus **Egidius Timmermans** (hospes domus Diestensis) vadat ad domum Lovanii.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 13 januarius : domnus **Ægidius Timmermans,** professus domus Capellæ, alias vicarius domus Bruxelkensis et procurator domus suæ professionis. 1750.

ChM050
**Egidius Tollembeek**
alias **Thollembeek.**
d - ca 1365.
e - cité 1390
f - 30/31 mars 1426.

---

Lamalle, p. 20 : (anno domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellæ XVII personæ aliis vestibus indutæ, scilicet istæ) dominus Egidius de Tollebeke, monachus huius domus.
Lamalle, p. 33 : eo tempore (1380) flandrenses qui pugnaverunt pro Gandensibus vastaverunt mirabiliter terram Angiensem, inito etiam certamine cum incolis huius territorii, quod vulgariter dicitur *de strijdt op Steevoorde*, ubi multi occubuerunt, inter quos unus erat pater domini Egidii de Tollenbeke, monachi huius domus.
Pede fol. 8 : domnus Egidius de Tollebeke, monachus professus hujus domus, postquam fuisset 60 annis in ordine obyt 30[a] marty 1414.
Lamalle, p. 48 : anno Domini 1424 vel ante, quia præcise lihi de hoc non constat, obiit dominus Egidius de Tollenbeke, monachus professus huius domus, qui fuit monachus fere per annos 60 et vixit usque ad decrepitam senectutem, nam et anno 1390 ponitur quintus in numero monachorum qui hic tunc fuerunt et videtur quod a tempore inter anno 1360 et 1370 fuerit hic monachus. Defunctus est 3° kanlendas octobris.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis* : 30 marcius, domnus Egidius de Tollenbeke, monachus domus Capelle.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis* : 31 martij, domnus Ægidius de Tollenbeke, monachus Capellæ.

Arsenal:

Schrije 33.

ChM051
**Eligius** alias **Egidius de Haen**
alias **Haene.**
d - entré ca 1455.
e - sds 1456
proc 1462/1463- †.
f - 22 février 1491.
g - de la famille de ChM018.

---

Lamalle, p. 60, 89, 92 et 207:

Pede fol. 34 : Eligius de Haene, cognatus domni Arnoldi Kaerman prioris, monachus professus hujus domus. Receptus a domno Henrico de Loe priore A° 1455, sacerdos ordinatus Montibus Hanoniæ anno 1456, hic antequam reciperetur servierat nobis, forsan in aliqua directione temporalium ; nam invenimus in manuali prioris de eo scriptum : Eligius modo monachus noster desideravit quod tempore professionis suæ tribueretur conventui de mercede sua quam lucratus fuerat quando servivit nobis 40 solidis, et sic feci. factus ergo est hujus domus procurator circa anno 1462 et fuit ad obitum usque 22 february 1491. Hic tempore directionis suæ ut ait Chronicon multum sua diligentia ampliavit bona nostra immobilia.
Pede fol. 49-50 : domnus Joannes Amandi, monachus professus hujus domus et procurator, hunc licet non detur in nostro kalendaris, preterire non potui ; habetur in calendario domo nostræ Liranæ ut professus et procurator hujus domus et obitus ejus sub 9[a] july, sine anno. Successit in procuratura (ut invenio) domno **Eligio de Haene** qui obyt circa anno 1490 et erat adhuc procurato r7[a] may 1493 et domnus Egidius Stercke, procurator ejus loco erat anno 1497. Adeoque existimo eum fuisse defunctum ante hoc tempus procuraturæ domni Egidij Stercke prædicti.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis,* 22 februari : domnus H., procurator domus Capelle.
Arsenal : 22 [februarius] Eligij Haene procuratoris domus huius.

Schrije 34.

ChM052
**Engelramus.**
e -  P au début, sans la moindre certitude.

---

Lamale, p. 12 : (catalogus priorum) domnus Engelramus, quondam monachus et prior huius domus.
Lamalle, p 167:

Schrije p. 79.

ChM053
**Eustachius Bertencamps**
alias **Bertincamps.**

d - pfs ca 1570.
e - cité Ch 1580
SM hos ? -c.1599
Ch c.1599- †.
f - 14 mai 1620.
g - infirmier

---

PB:

Pede fol. 105-106 : domnus **Eustachius Bertechamps**, monachus professus hujus domus circa annum 1570 sub domno Nicolao Huart priore. Anno 1580 exusto monasterio cum alys confratribus exulare compulsus est ad aliam Domum vel forte Domos, et cæteris anno 1593 reversis credendum est quod et ipse reversus sit. anno equidem 1597 erat hic de conventu et conventualis sed non mansit hic diu nam ex carta capituli generalis anni 1599 videmus quod tunc erat in domo Sylvæ Martini incarceratus. Verba cartæ sunt articulo Sylvæ Sancti Martini : Et domnus Eustachius professus domus Capellæ ibidem hospes, justis de causis alias per visitatores incarceratus, ad domum suæ professionis revertatur, ibique incarceretur propter minationem fuga, inobedientiam, et proterviam in superiores. Quamdiu hic in carcere perseveraverit ignoramus. Signat cum alijs conventualibus supplicam quandam 9[a] july 1614 et videtur in cathalogo viventium in hac domo anno 1620. Moritur autem 14 may 1620. Nullus hujus domus professorum invenitur hoc tempore qui præter hunc in aliquo arguendus fuit, judicet lector an in illum cadere possit illa accusatio reverendissimi domini Cuycky de qua superius fol.

Arsenal:

AC 100:38, p. 109, L15-18, c.1599 : et domnus N., professus domus Capellæ, ibidem hospes (domus Sylvæ Sancti Martini), iustis de causis alias per visitatores incarceratum, ad domum suæ professionis revertatur ibique incarceretur propter miniationem fugæ, inobedientiam et proterviam in superiores.
AC 100/34, p. 3, c.1621 : domnus Eustachius Bertincamps, professus domus Capellæ.
AC 100:27/4, p. 164, L32, c.1621 : domnus Eustachius Berteucamp, professus domus Capellæ.

ChM054

**Ferdinandus-Josephus** alias **Bernardus** **Bonnevie.**

a - p.: Adrien-Joseph
m.: Josepha Carnonckel.

b - Enghien (Hainaut)
3 janvier 1745.

e - cité sac 1776
cité 1783.
1786: paroisse St-Jean-Baptiste a Laken.

---

RA(Anderlecht), stuk 1269, Dijledepartement, toegangnr T 29 : Bonnevie Ferdinand Josse ChM054 en hier van ook 2 stukken in nr 1270 waarin hij verklaart bij een broer te wonen.
AGR CR 139 :
AAM, acta episcopalia Mechlinia, register 139A van 15 mei 1786, f° 54 : P. Ferdinandus Josephus Bonnevie ; Angiensis ; 41 ; in d : Gaugerici ; ex Cartusianus, celebrat in ecclesia Joannis Baptista ad Lacum.
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : religiosi professi huius domus Capellæ 1776 : domnus Bernardus Bonnevie, sacrista.

ChM055
**Franciscus Aleyda.**
e - sac ? - †.
f - c.1563.

---

PB:

AC 100:27/3, p. 152, L5-6, c.1563 : domnus Franciscus Aleida, professus et sacrista domus Capellæ.
AC 100:40, p. 84, L27-28, c.1563 : domnus Franciscus Aleyda, monachus professus et sacrista domus Capelle. Pro quibus fiat [unum tricenarium defunctorum per totum ordinem].

ChM056
**Franciscus van As.**
b - Ninove (Flandre Orientale).
d - 1689.

---

Bernaer.

*ALM040*
***Francisciscus Bodart.***
*e - P c.1694-c.1696.*

---

*E. Lamalle, p. 16 : (cathalogus priorum) post hunc electus fuit prior dominus Henricus Raeymackers in initio anni 1691, cum fuisset hic per medium annum vicarius scilicet tempore chartæ capituli generalis. Iste stetit per duos annos cum dimdio, cui successit per ordinationem chartæ venerabilis pater Franciscus Bodart, qui antea per plures annos existebat prior domus Sanctæ Mariæ Magdalenæ Lovanii. Hic cœpit hanc domum nonnihil restituere in temporalibus et spiritualibus, sed secundo anno instituitur convisitator provinciæ et ad tertium generale capitulum ipse ascendens constituitur prior domus Lyræ suæ professionis.*

*Pede fol 125-128 : domnus* ***Franciscus Bodart****, Wavriensis, professus domus Liræ a prioratu domus Lovanij ad prioratum domus hujus Capellæ translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni Henrici Raeymakers absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem carta translati. Hoc tempore ubique bellum, ubique ruinæ in his partibus quæ revera in hac domo talem virum requirebant. Habebamus in civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum refugium in vico dicto Willoy Straete, unde factæ fuerant tres domus majores cum una minore, quæ locabantur extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. Petit prior et conventus anno 1677 consentientibus venerabilis patrum visitatoribus a reverendo patre generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a venerabile patre* ***Bodart*** *et suo conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. visitatoribus concessa petitis a reverendo patre generali 11[a] Xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare domus illæ fuerint venditæ et quomodo venditio hæc maxime nobis profuerit in amortisatione bonorum nostrorum anno 17*
*Reverendissimo in Christo patri priori Majori Cartusiæ et totius ordinis cartusiensis generali debitam obedientiam et reverentiam. Infrascripti prior et conventuales domus Capellæ Beatæ Mariæ prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, domos, quæ a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum : hæc considerantes juxta consilium proborum virorum, domus nostræ utilitati convenire judicamus, ut præfatæ domus dentur in emphyteusim vel vendantur, et earum prætium juxta statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo redditu sine onere reparationum et reddituum solutione quibus dictæ domus gravantur, pro quo jam præmisso ~~debt~~ debito cum conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam venerandis patribus visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a reverendissima paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus, quod sperant cum omni humilitate subscripti reverendissime pater. Humiles fily et servi vestri. Frater Henricus Petit, prior, frater Theodorus Mallants, vicarius, frater J. de Weese, frater* ***Egidius Thienpont****, sacrista, frater Andreas Langhenhove, frater Joannes Baptista Verstrepen, frater Joannes Janssens ; frater Hieronymus de Hoppenbrouwer, procurator, frater Petrus Oostelinck.*
*Cum aperte constet venditionem requisitam utilem domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus. Actum in cartusia Lyrana die 29[a] marty 1677. Frater Petrus Antonius Pecquius, prior domus Lyræ visitatator, frater Hugo de Molinghen prior domus Lovanij convisitator.*
*Conceditur prout petitur. Datum Cartusiæ hac 26 Junij 1677, reverendissimo in Christo Patri priori Majoris Cartusiæ totius ordinis Cartusiæ Generali meritissimo nec non venerandis patrum provinciæ Teutoniæ visitatoribus.*
*Exponunt debita cum reverentia conventuales cartusiæ Herinensis alias Capellæ Beatæ Mariæ prope Angiam : ad suas devenisse manus libellum quemdam supplicem a se respective et prædeceporibus suis, prius venerabilis patribus visitatoribus, dein reverendissimo patri oblatum et ab utrisque respective 29[a] martij 1677 signatum et 26 junij, quo propter rationes inibi allatas, licentia conceditur prout ex huic juncta copia videre est, vendendi et alienandi tres majores cum una parva, quas in præfata civitate Angiensi habent domos, quod tamen hactenus factum non est : sed cum eadem adhuc militent rationes et domus nostra insuper ære alieno misere gravata sit, quod mercenarijs et operarijs ægestatem et inopiam patientibus (quorum mercedem nequidem usque mane apud nos morari debet Levil. 19) multa debeamus nec aliundo satisfacere possimus ; ne ergo eos victu privando interfecisse dicamur. nam juxta Eccles 34 : qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem.*
*Humiliter et obnixe rogamus et petimus, quatenus reverendum pater et V.V.P.P. visitatores, votis nostris suffragantes, consentire dignentur ut pretij harum domorum medictas (quod tatole ad 3600 florenis præter propter summam forsitan ascendet) applicari possit ad solutionem debitorum istorum maxime urgentium et in cælum clamantium: orabimus præterea Dominum Deum ut reverentiam vestram et venerandas paternitates vestras diu servet incolumes. Datum in domo Capellæ hac 17[a] novembris 1694 : frater Franciscus* ***Bodart****, prior, frater Petrus Wouwermans, vicarius, frater Joannes baptista Verstrepen, frater Joannes Janssens, frater Anthelmus Schoonheyt, procurator, frater Guilielmus vanden Looven, sacrista.*
*Nos infrascripti considerantes presentem domus necessitatem ac rei vendendæ utilitatem ; harum domorum approbamus venditionem, modo una prætij medictas applicetur ad solutionem debitorum, et altera ad emptionem aliorum bonorum*

*immobilium. Actum in cartusia Bruxell[a] 22 9bris 1694 : frater Hugo Gaethovius, prior domus Bruxellensis visitator, frater Constantinus Magnus prior domus Gandavi convisitator.*
*Visa approbatione patrum visitatorum provinciæ, consensum nostrum damus et licentiam facimus ut fiat prout petitur. Cartusiæ hac 11[a] decembris 1694, frater Innocentius prior Cartusiæ. Emptor domorum illarum fuit dominus comes de Clerfaij pro 4 millibus florenis anno 1695 antequam Galli 13, 14 et 15 augusti urbem Bruxellensem sub illorum duce marechallo de Villeroy bombardis pro majori parte diruerent, exercitus eorem hic in locis vicinis quasi furore incensi milites cuncta invasere. 12 [a] augusti spoliarunt quidquid invenerunt ex mobilibus rusticorum sicut et nostra in ecclesia nostra anteriori unde coacti fuimus per 18 dies Gallum militem tutelarum alias sauvegarde in hac domo tenere et dare illi diebus singulis 7 pattacones et 10 asses. supervenerunt post illos partes vel copiæ Hispanorum post quos iterum Galli omnia sibi ap ebuentes et diripientes. juvereunt nos in solutionibus militum istorum tutelarium, rustici qui huc confugerant cum suis mobilibus et animalibus, quibus et varia monasteria loca pro tempore illo elocaveramus. utilis nobis hoc turbulento tempore admodum videbatur prior hic domnus* **Bodart** *sed diu permanere non potuit ; translatus en enim per cartam capituli generalis anno 1696 ad domum Lyræ suæ professionis ad prioratum nominatus etiam provinciæ hujus convisitator, hoc existens adhuc multum profuit toti provinciæ, notus erat Gallis et amicus intendentis illorum D qui cartusianos diligebat, qui et pro domibus nostris obtinuit a rege litteras exemptionum de non solvendis contributionibus, imo sollicante P. Bodart procurabat itinerantibus officialibus nostris tabulas com meatus tutelares vulgo passeports : pro quibus omnibis obtinendis ascenderas semel aut bis ad aulam regis Galliæ ni fallar Pro sibi imposito munere continuabat cum domno Constantino Magno priore domus Gandavi et visitatore, visitare provinciam temporibus statutis, donc circa medium septembris anno 1701 cum intellexisset V. P. visitatorum Gandavi graviter infirmari, eo se contulit ibique nescio quo fato in gravem morbum ipse invisens alterum incidit unde et ante P. visitatorem mortuus est, 26[a] 7bris, P. visitator autem 4[a] octobris sequentis.*

ChM057
**Francisciscus Boissart**
alias **Brissart, Beirschot.**
c - prêtre séculier a Bois de Lessines (Hainaut).
d - entré 1615
e - sav 1620
Ga hos c.1624-c.1626
Ch c.1626- †.
f - 5 juillet 1629/27 aout 1629.

---

Pede fol. 109 : Fundatio anniversarij domini Danielis Cappon, patris hujus, etc. in hac domo : « Nous soussignez Conventuels de la Chapelle de Nôtre Dame de Herines, aiant entendu que Mademoiselle Anne Lionielles veuve de feu Daniel Cappon de Lille en flandres, nous offre an aumosne la somme de cinq cens florins de vingt patars la piece ; a la charge qu' on donnera tous les ans a l' entour de la fete de S[te] Lucie vierge qui est la jour de la profession de son fils nôtre Confrere Dom Joseph Cappon, au Couvent une bonne pitance de poissons et a chaque Pere une pinte de vin d' Espagne, et qu' on chantera semblablement tous les ans au meme jour une messe Conventuelle de Requiem, et chaque Prêtre dira une messe, non celebrants les sept psaumes de penitence cum Litanijs pour l' ame dudit defunt Daniel Cappon ses parents et amis tant vivans que trepassez. Nous accordons et acceptons tant qu' en nous est pour nous et successeurs et promettons a la susdite Demoiselle qu' on le fera ainsi apres qu' aurons reccu l' argent. fait a Herines le 11 de mars 1627. Signe frater Pierre Daems Prieur, f Robert de Belle vicaire frater Judocus Fortius Antiq[r] frater Henricus Byl Procurator. frater **Franciscus Boissart.** frater Ludovicus Bourlart. f Balthasar de Wolff. f Joannes de La Motte, frater Josephus Cappon. in ferius habetur: nous accordons la dite Requete. fait durant Le Chapitre general 1627 f Bruno Prieur de Chartreuse »
Pede fol. 108 : domnus **Franciscus Boissart**, monachus professus hujus domus, ante ingressum ordinis sacerdos sæcularis receptus circa annum 1615  ino autem 1620 erat sacrista, deinde per cartam capituli generalis anni 1624 mittitur hospes ad domum Gandavi, in qua ultra duos annos vix mansit nam subsignat in hac domo cum cæteris conventualibus 11[a] Marty 1627. Obyt 5 july 1629. Scribit de illo Wallius hæc verba : qui velut alter Paulus eremita, flexis genibus ante lecticam emisit spiritum.

PB:

Le Vasseur, *Ephemerides*, II, 498, Franciscus Brissart, Herne, 1629, 15 juli. Ante ordinis ingressus Pastor erat Ecclesiæ du Bois de Lessines. Orationi fuit addictissimus ; qui cum tribus ante obitum diebus in cella sua Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum magna cum devotione et pietate suscepisset, media nocte ab Infirmario repertus est, ut alter Paulus primus Eremita, flexis ante lectum genibus animam exhalasse. Id contingit a. 1629, mense julio, circa hunc diem.

de Wal, 7048, f° 80v et 160:

AC 100/28, p. 54, c.1624 : domnus Franciscus Boissart, ibidem professus (domus Capellæ) vadat ad domum Gandavi.
AC 100/28, p. 74, c.1626 : domnus Franciscus Bossart, professus domus Capellæ reveratur ad domum suæ professionis.
AC 100/34, p. 13, c.1630 : domnus Franciscus Boussart, professus domus Capellæ.
AC 100:27/4, p. 217, L24-25, c.1630 : domnus Franciscus Brissard, professus domus Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 5 julius : domnus Franciscus Boissart, professus domus Capellæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 27 augustus : a° 1629 V. domnus Franciscus Beirschot alias curie professus domus Capelle et quondam diligens sacrista ibidem.

*BxM046*
***Franciscus (de) Caveneere***
*alias* **Cavenere, de Caveneer.**
*b - Neigem (Flandre Orientale).*
*c - sacristain de l'église abbatiale de Ninove (Flandre Orientale).*
*d - entré 17 juillet 1552*
*pfs 17 juillet 1553.*
*ord min 22 décembre 1553*
*Subd 23 décembre 1553*
*sds 22 décembre 1554*
*e - cité moi 1556*
*Ch proc 1557-17 septembre 1559*
*Bx proc 17 septembre 1559-10/13 janvier 1560*
*Bx P 10/13 janvier 1560-c.1565*
*Bx proc c.1565-1568*
*Bx vic 1569-c.1575*
*Ch hos c.1575/1576- ?*
*Bx ? -1578*
*Li hos 1578-25 novembre 1586*
*Bx vic 25 novembre 1586-1596*
*Bx sac 1596-1596*
*Bx vic 1596-1602*
*Bx sen 1602- †.*
*f - 28 mai 1611.*

---

*de Wal, 7044, 76v, a.1552~~: « 17 Julii domnus Franciscus Caveneer natione Flander de Neygen, Custos Ecclesiæ in amplissima abbatia Ninivensi ordini nostro se addixit in Scheut monasterio nostro… »~~ .*
*AAM, Acta Episcopalia Cameracensia, register nr 25, f° 79v : Accolati ordinati Bruxelle feria sexta quatuor temporum predicta (vigesima secunda decembris anno domnij XV LIIJ) in ordinibus generalibus Ibidem tunc celebratus per prelibatum domnum Martinum episcopum Calcedonem suffraganeum … frater Franciscus de Caveneer ordinis de Schuete prope Bruxellæ.*
*f° 80 : Subdiaconi ordinati vigesima tertia decembris sabbato scilicet quatuor temporum post festum sancte Furie anno XV^c LIII, frater Franciscus de Caveneer ordinis carthusiensis, conventus de Schuete.*
*f° 96v : Presbiteri ordinati die et loco eisdem (vigesima secunda decembris XV^c LIIIJ) Franciscus de Caveneer ordinus carthusiensis de Schuete.*
*de Wal, 7043, f° 17v : domnus Franciscus de Cavenere a Neygen, professus 17 julij anno 1553, qui fuit procurator Capellæ, item successive procurator, vicarius et prior huius domus. Obijt autem senior in nova domo 28 maij anno 1611.*
*de Wal, 7043, f° 11v : domnus Franciscus de Cavenere. Procurator anno Domini 1559.*
*AC 100:40, p. 40, L6, c.1560 : priori domus Bruxelle non fit misericordia.*
*de Wal, 7043, f° 8 : domnus Franciscus de Cavenere, professus huius domus. Prior 1560.*
*de Wal, 7043, f° 10v : domnus Franciscus de Cavener, sequuntur vicarij anno omnium 1560.*
*Tou, f° 93v: In locum huius subrogatus est Franciscus de Caveneere pro tunc procurator et professus huius domus. Vivit in eodem officio hoc tempore quo hec scripta sunt scilicet anno 1562. 18^a septembris.*
*Ajouté par une main différente :*
*Absolutus anno 1565 cui successit Christianus Noutz, qui … usque annum 1596, quo anno per capitulum fuit absolutus et institutus prior in locum cuius etc fol sequenti*
*Encore une autre main :*
** Vide primum volumen P. de Wal*
*AC 100:40, p. 96, L17, c.1563 : priori domus Bruxelle non fit misericordia.*
*AC 100:40, p. 145, L34-36, c.1565 : priori domus Bruxelle ad suam instantiam fit misericordia ; et eundem instituimus procuratorem dicte domus, antiquo procuratore absoluto.*
*de Wal, 7043, f° 11v : domnus Franciscus de Cavenere iterum procurator anno Domini 1565.*
*Pil, p. 231v : In 1565 maakte prior Caveneer plaats voor Christiaan Noutz, een monnik van Lier en prior te Zierikzee. Naar zijn eigen bewering was hij even tevreden en blij met zijn ontslag als met zijn aanstelling.*
*de Wal, 7043, f° 8v : domnis Franciscus de Cavenere, sequuntur vicarij anno omni 1569.*
*de Wal, 7044, f 137: 1574 : « …institutus est rector dictæ domus [Sylvæ Sancti Martini] domnus Hercules van Winckel professus et procurator huius domus Bruxellensis…et eodem anno successiæ ei in officium procuratoris domnum Philibertum Cooman… domnus Martinus Moor successit domno Philiberto in officio sacristæ. »*
*Pil, p. 233: In 1575 plaatste men Frans Caveneer naar Herne over, zonder bediening, en werd Hercules van Winckel tot prior gekozen te Sint-Maartensbos.*

*de Wal, 7044,* f° 145$^{V}$, 1578 : « *Circa festum S. Joannis Baptistæ venit P. Christianus Noutz prior cum domnus Franciscus Caveneer et frater Joanne ex domo Capella per domum Silve Sancti Martini Tornacum ibique uterque fuit captus sed altero die dimissus et inde Valencenas ibique aliquot diebus hospitantes per domum Vallis Sancti Petri et Montis Dei per Mosam navigaverunt Narmurcum et inde Leodium non sine magno periculo.*
*de Wal, 7043, f° 11 : domnus Franciscus de Cavenere. Vicario in novo domo anno Domini 1586.*
*de Wal, 7044, f° 92 : « Circa festum Epiphaniæ electus fuit et 10 eiusdem mensis confirmatus in priorem huius domus domnus Franciscus de Caveneer…*
*de Wal, 7044, f° 105 : Atque hic imprimis domnus Christianum Noutz a prioratu domus Ziriczeæ evocantes in hac domus regiæ collocarunt [patres cartusie].*
*de Wal, 7044, f° 105v : dixit mihi domnus Franciscus prior absolutus se tam fuisse lætum ac hilarem eo die quo accepit suam absolutionem quam quo fuerat ad prioratum propotus.*
*de Wal, 7044; 143$^{V}$: « Quinta februarii fugientibus ex conflictu ceteris militibus ordinum dispersi sunt per pagos Bruxellæ vicinos et magnus etar tumultus in civitate ita ut fugerent multi cives et ecclesiastici timentes obsidionem civitatis et eodem die recesserunt ad domum Capellæ relicto monasterio domnus Christianus prior, domnus Franciscus Caveern, domnus Nicolaus Coen, sacrista, domnus Petrus Leeuwen et domnus Joannes Broeyer cum fratre Joanne Lamberti donato et ibidem manserunt per totam Quadragesimam, ceteris se conferentibus ad civitatem ibique remanentibus. »*
de Wal, 7044, f°167$^{V}$ : « *In vigilia S. Andreæ quoque reversus est Leodio Bruxellam domnus Franciscus Caveneer c.a. Priore constitutus est vicarius…* »
de Wal, 7044, passim:
de Wal, 7045, f° 122$^{V}$ : « *Caveneer… fuit vir probus… magna illi semper inerat cura et libros in desolatione domus servavit…*

*Soenen, MB, p. 1406-8 :*
*Soenen, MB, p. 1415 :*

*Pil, p.190 : Frans Caveneer, bij voorbeeld, was koster in de abdijkerk te Ninove. Waarschijnlijk werd hij aangetrokken door abt Hey van Ninove, die zijn laatste jaren te Scheut doorbracht.( de Wal, 7044, 76$^{V}$, a.1552~~: 17 Julii domnus Franciscus Caveneer natione Flander de Neygen, Custos Ecclesiæ in amplissima abbatia Ninivensi ordini nostro se addixit in Scheut monasterio nostro…~~)*

*Pil, p. 243 :*
*Pil, p. 246 :*

*AC 100:27/4, p. 119, L26-28, c.1612 : domnus Franciscus, professus et antiquior domus Bruxellæ, alias prior eiusdem, qui vixit 60 annis laudabiliter in ordine, habens misssam de Beata in provincia Theutoniæ*
*AC 100:39, p. 45, L2-3, c.1612 : obiit domnus Franciscum, professus et antiquior domus Bruxellæ et alias prior eiusdem, qui 59 annis laudabiliter vixit in ordine.*
*AC 279/2,* Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 27 maius : domnus Franciscus Cavenaer, professus et olim prior domus Bruxellæ.*
*AC 279/2,* Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 28 maius : domnus Franciscus Cavenere, professus domus Bruxellæ et olim prior ac vicarius et procurator, qui 59 anniis laudabiliter vixit in ordine. Obijt iden V pater 28 maij a° 1611.*
*Arsenal:*

*Pede fol. 81 : domnus Nicolaus Le Cauchie a Marka, monachus profes hujus domus, qui anno 1551 hic erat sacrista et anno 1555 in hac domo vicarius quando celebravimus exequias patris ejus Alexandri van der Catsie. defuncto autem 8$^{a}$ januarij 1556 domno Arnoldo a Tilia hujus domus priore, hic domnus Nicolaus prior est electus ex vicario. tempore prioratus hujus invenio scriptum in fine computus hujus domus : Anno 1557 in æstate valebat sextarium bladi sive siliginis sex florenis, nunquam meminit se homo legisse, blada fuisse tam cara : miserabile erat videre homines fame marcessere. sed dominus eam inopiam magna cumulavit benedictione ; ita ut messe peracta, quod anté venijt sex florenis, dabatur novem stuferis. Deo laus æterna ! In Procuratorem suam hic domnus Nicolaus a P.P. visitatoribus petierat et obtinuerat domnum* **Franciscum de Cavenere** *professum domus in Scheut, qui defuncto priore Nicolao Le Cauchie 18° aprilis 1559 ad suam domum rediens in illa institutus procurator fuit.*

ChM058

**Francisucs Cuylits.**

a – p : Cosmas (x 10 juin 1722), Receveur communal
m. : Elisabeth Ceels (Sels)
b - Jean-Adrien; Arendonk (Anvers);
baptisé 7 juillet 1745.
c – études a Louvain
d - 16 septembre 1769.
e - SA coa 1773-1774
SA vic 4 juin 1773-1783.
f - 26 mars 1788.
g - 1783: prêtre séculier a Anvers.

---

PB:

AGR CR 139 et 353 :

RABg OKA, 323 :

d' Ydew p. 257 :

ChM059

**Franciscus van Einthoven**

alias **van Endhoven, van Eindhoven, van Eindthoven, van Eijndthoven, Enthoven, Endoven.**

b - Malines (Anvers)

e - sds (Malines) 6 juin 1705

vic ? -c.1726

Bx hos c.1726-c.1729

Lo vic c.1729-1733- ?

SA vic 2 juillet 1737- †.

f - 12 octobre 1741.

---

PB:

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 66, f° 84v, illustrissimus ac reverendissimus dominus archi-episcopus hisce quatuor temporibus mensis junij non contulit sacrum presbijteratus ordinem, sed sequentes habuerunt dimissoriales ut a quocumque, etc. … frater Franciscus Van Eijndthoven, carthusiæ Bruxellensis Nostræ diœcesis diaconus religiosus.

Soenen, MB, p. 1423 :
AOPG 2801 :

SABg Cal :

AC 100/35, p. 105, c.1726 : domnus Franciscus van Enthoven, professus et vicarius eiusdem domus vadat ad domum Bruxellarum.
AC 100/35, p. 135, c.1729 : domnus Franciscus Van Enthoven (hospes domuss Bruxellarum) vadat ad domum Lovanij, ibique exerceat officium vicarij.
AC 100/28, p. 222, c.1740 : vicario domus Monialium Brugis non fit misericordia.
AC 100/35, p. 173, c.1741 : vicario domus Monialium non fit misericordia.
AC 100/28, p. 224, c.1742 : domnus Franciscus van Endhoven, essus domus Capellæ vicarius domus monialium Brugis.

d' Ydew p. 252, 295 :

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 12 october : domnus **Franciscus van Endhoven**, professus domus Capellæ, vicarius domus monialium Brugis, alias vicarius domorum Lovanii et Capellæ.

L. Vercammen (OCCR) : Antwerpen, wijdingen.

ChM060

**Franciscus Griethuysen.**

d - ca 1673.

f - c.1677, pas encore prêtre.`

---

PB.

AC 100:27/6, p. 64, L32-33, c.1677 : domnus Franciscus Grethyse, professus domus Capellæ nondum promotus.

Pede fol. 118-119 : domnus Franciscus Giathenysen, monachus professus hujus domus nondum promotus. Hic habetur in carta capituli anni 1677 quem tamen nec calendarium habet, nec notæ meæ circa hæc tempora quia errorem in carta suspicari non licet, ideo ilmum præterire non potui. unicum quod invenis est in computa domus reddito anno 1679 ubi dicitur recepimus a domno Francisco presbytero in sua vestitione ad computum 18 libras si erat presbyter, erat ergo promotus. quidquid de eo sit, hic ponitur.

ChM061
**Franciscus vander Herrewegen**
alias **vanden Herreweghen.**
b - ca 1720
Johannes;
St-Kwintens-Lennik (Brabant).
d - 14 juin 1742.
e - tons & ord min (Malines) 21 septembre 1742
subd (Malines) 22 septembre 1742
sds 30 mai 1744
vic 1744-1745
SM proc 1745-1748
Ch proc 1748- ?
An proc(?) ? -1759- ?
Lo proc ? -1765
Ch P 15 octobre 1765-1783.
f - 28 décembre 1786.`

---

Delvaux, MB, p. 1454:

AOPG 2797:
Zuster Arlette, "Liste des individus actuels composant la communauté des chartreux d' Herinnes, …"
27 april 1783. Le Pere François Vanden Herreweghen, prieur, agé de soixante trois ans et demi. Profes des le 14 juin 1742.
AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 68, f° 30 : Die 21 septembris 1742 quæ erat fer: VI quatuor temporum : ab eminentissimo ac reverendissimo domino cardinali in sacello palatii Mechliniæ promoti sunt … ad tonsuram et 4 minores simul … fratres Joannes Franciscus Van Herrewegen ordinis cartusianorum monasterii Beate Marie Virginis prope Angiam, diœcesis Cameracensis scholaris et clericus.
f° 31, Die 22 septembris 1742 quæ erat sabbatho quatuor temporum ab eminentissimo ac reverendissimo domino domino cardinali archiepiscopo in ecclesiæ metropolitanæ infra missarum solemnia promoti sunt … Ad S. subdiaconatus … fratres Joannes Franciscus van Herrewegen ordinis cartusianorum monasterii Beate Marie Virginis prope Angiam diœcesis Cameracensis acolytus. Vigore dimissorialium.
f° 63, Die 30 maii 1744, quæ erat sabbatum quatuor temporum Pentecostes in choro ecclesiæ metropolitanæ Mechliniæ infra missarum solemnia ab eminentissimi ac reverendissimi domini cardinali archiepiscopo Mechliniensi promoti sunt … Ad S. presbijteratus ordinem … fratres Joannes Franciscus van Herrewegen ordinis Carthusianorum monasterii Beate Marie Virginis prope Angiam, diœcesis Cameracensis diaconus. Vigore dimisssorialium.
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : status vel personnæ professæ domus Capellæ in januario 1756 : Franciscus van den Herreweghen professus hujus domus et procurator.
AC 100/35, p. 216, c.1766 : domno Francisco van den Herreweghen, professo domus Cappellæ, et procuratori domus Lovanii a convetualibus dictæ domus Cappellæ in priorem super annum electo, et a reverendo patre confitmato non fit misericordia.
AC 100/35, p. 223, c.1767 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/35, p. 232, c.1768 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/35, p. 239, c.1770 : priori ds Cappellæ (!) non fit misericordia.
AC 100/35, p. 246, c.1771 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/35, p. 254, c.1772 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : religiosi professi huius domus Capellæ 1776 : domnus Franciscus van den Herrewegen prior.

SMM040

***Franciscus de Labye.***

*e - vic c.1726-1734.*

ChM061a

**Franciscus Lonck**

a -

b -

c -

d -

e - cité janvier 1756

f -

---

Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : status vel personnæ professæ domus Capellæ in januario 1756 : … numeratur hic Franciscus Lonck professus huius domus apostatæ.

ChM062

**Franciscus van Nieuwenhove.**

b - Adrien
? février 1742.

e - moi 1783.

f - 26 février 1794.

---

PB :

AGR CR 139 :

*BgM054*

***Franciscus de Rijcke.***

*e - hos ? -1685*
*hos c.1694-1696*
*sac(?) 1696-c.1699.*

---

*LoM041*

***Franciscus Schotte***

*a - p. : Petrus [conseiller et receveur-général des états du Brabant (X 1564)]*
*m.: Anna van der Beeken*
*b - Bruxelles.*
*c - prêtre séculier.*
*d - 1614.*
*e - sac 1615-1621*
*Ch P 1621-1625*
*AL P 1625- †.*
*f - 1 novembre 1639 (de passage à To).*
*g - Un frère religieux à l'abbaye de Villers et deux sœurs religieuses à l'abbaye de l Cambre.*

---

*KBR, Nobiliaire des Pays-Bas et du comté de Bourgogne, vol. 4, p. 1764 : Pierre Schotte conseiller et receveur-général des états du Brabant.*

*Delvaux, MB, p. 1449 et 1484 :*

*AC 100/28, p. 96, c.1629, Mulieres: nobilis domina Anna vander Beke habens missam de B. M. in provincia Teuthoniæ*

*SGL, Drijman, jaarboeken, deel III, début 1639: reverendus domnus Franciscus Schotte, filius Petri receptoris generalis status Brabantiæ, prior carthusianorum Lyræ obiit Tornaci.*

*AC 279/2,* Obituaria Cartusiæ Lirensis, *1 november : domnus Franciscus Scotte, professus domus Lovanij, atque ibidem sacrista inde a ven : patribus domus Capelle electus in priore aliquot annos laudabiliter isti domui præfuit. Sed plures annos in hac domo familiam rexit et splendorem domus auxit homo mitis ac devotus.*
*AC 279/2,* Obituaria Cartusiæ Lirensis, *p. 140, 1e col. : cui successit anno 1625 v. p. Franciscus Schotte professus domus Lovanij, ex sacrista eiusdem familijs electus fuit prior domus Capellæ/ deinde ex prior ds Capellæ. per capitulum generale missus fuit Lyræ necessarius./. Eius Destricia(?) edificat: mutat quadrata rotundis ???????? in diebus eius, cum operarijs ex denario diurno./. ???exornet domum laudabiliter & Ecclesiam renovavit, unde Deo gratias./. cui felicem successim in reliquis apprecamur , ex animo, valete./.hic in visitatione ds Tornacensis sub titulo commissari, obijt ac sepultus est Anno 1639 in mense decembris.*
*AC 279/2,* Obituaria Cartusiæ Lirensis *: venerabilis pater professuss domus Lovanii, prior domus hujus et Capellæ qui multos annos nobis præfuit laudabiliter imo et profuit nova ædificia excitando et antiqua restaurando, 1 november 1639.*

*AC 100/34, p. 8, c.1621 : domnum Franciscum Scotte, professus et sacristam domus Lovanii super annum a conventualibus domus Capellæ in priorem electum confirmamus*
*AC 100/28, p. 44, c.1623 : priori domus Capellæ non fit misericordia.*
*AC 100/28, p. 54, c.1624 : priori domus Capellæ non fit misericordia.*
*AC 100/28, p. 63, c.1625 : priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia.*
*AC 100/28, p. 64, c.1625 : … et præficimus in priorem dictæ domus (Lyræ) domnus Franciscus Scot professus domus Lovanij propterea a prioraru domus Capellæ absolutum.*
*AC 100/28, p. 74, c.1626 : priori domus Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100/28, p. 83, c.1627 : priori domus Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100/28, p. 91, c.1628 : priori domus Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100/28, p. 91, c.1629 : priori domus Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100/34, p. 18, c.1630 : priori domus Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100/28, p. 108, c.1631 : priori domus Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100/28, p. 115, c.1632 : priori domus Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100/34, p. 28, c.1633 : priori domus Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100/34, p. 37, c.1634 : priori domus Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100/34, p. 46, c.1635 : priori domus Liræ non fit misericordia.*
*AC 100/34, p. 56, c.1636 : priori domus Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100/34, p. 67, c.1637 : priori domus Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100/28, p. 127, c.1638 : priori domus. Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100/34, p. 77, c.1639 : priori domus Lyræ non fit misericordia.*
*AC 100:39, p. 131, L2-4, c.1639 : diffinitores capitulo fuere : … priores domorum … Lyræ, &c.*

*AC 100/28, p. 131, c.1640 : domnus Franciscus Schotte professus domus Lovanij prior domus Lyræ, alias prior domus Capellæ habens missam de Beata Maria per totum ordinem et agendam preter brevem eo quod obierit in commissionem.*
*AC 100:27/4, p. 281, L26-28, c.1640: domnus Franciscus Scotthe, professus Lovanij, prior domus Lyræ, alias prior domus Capellæ, habens missam de Beata per totum ordinem et agendam singularem, præter brevem, eo quod in commissione.*

*Arsenal:*

*B.R., ms. G865, f° 141 (31) : domnus Franciscus Schotte, prior der Cathuijsers tot Lier in Brabant † tot Doornick 1639*
*Pere : Petrus Schotte, Raed en ontfangher generael der heeren staeten van Brabant † 1628*
*Mere : Anna van der Beeken*
*Oncle de BxM009*

*Lamalle, p. 14 : Domino Roberto de Bel absoluto successit dominus Hieronymus Wyts, professus domus Audomarensis, qui cum præfuisset domui annos duos et menses tres migravit ex hac vita in festo Exaltationis sanctæ Crucis anno 1616. Tunc electus fuit a conventu in priorem domnus Melchior Charles professus domus Lovanij, procurator domus monialium Brugis. Sed cum is humeros oneri subdere detrectaret, contulerunt in dominum Michaelem Ienseman Lovaniensem, professum eiusdem domus Lovaniensis, qui præfecturam domus huius tenuit usque ad annum 1621, quo absolutus una cum procuratore suo et comprofesso domno Peteo Lambert, electus fuit a conventu in domini Michaelis locum dominus Franciscus Schot patricius Bruxellensis itidem professus domus Lovanii ; is præfuit usque ad annum 1625, quo missus fuit per cartam ad regimen domus Lyræ et his per cartam substitutus est in eius locum dominus Petrus Daems.*

*Pede fol. 111-112 : domnus Franciscus Schotte, Bruxellensis, monachus professus domus Lovanij qui absoluto domno Michaele Jensema domus hujus priore cum suo procuratore domno Petro Lambrechts de mandato reverendi patris 18[a] february 1621, a conventualibus hujus domus electus est prior, vir (teste Wallio) admodum pius et religiosus : quam electionem carta capituli generalis anno 1622 confirmavit. Sed anno 1625 per cartam ejusdem capituli ad prioratum domus Liræ fuit translatus et hic prior positus domnus Petrus Daems de quo infra. Obyt domnus* **Franciscus Schotte** *prior in domo illa Lyræ 1 9bris 1639.*
*Pede fol. 113-114: domnus Petrus Daems, Antverpiensis, professus domus Liræ. Hic per suos parentes et amicos reverendum patrem generalem circa annum 1620 sollicitaverat ad habitandum in Majori Cartusia promittentes expensas ipsius solvere quamdiu ibi degisset ; tandem accepta ad hoc licentia et litera obedientiali reverendi patris hoc anno hinc discessit. adveniens autem in cartusiam assignavit illi reverendus pater magistros qui melius eum formarent in cantu et cæremonijs ordinis. post paucos annos reverendus pater qui erat domnus Bruno d'Affringues misit cum vicarium ad domum Vallis Sancti Hugonis quod officium adhuc gerens anno 1625, misso per cartam capituli generalis domno* **Francisco Schotte priore hujus domus Capellæ** *ad prioratum domus ~~Diesthemij~~ Liræ, domnus Petrus Daems institutus est hujus nostræ domus prior, sub hoc priore anno 1627 sequens supplica presentata fuit revendissimo patri nostro generali a domno Joanne Ernault pastore hujus pagi nomine communitatis Herinensis. Reverende domine prior. Aliquot præteritis ab hinc annis cæpta fuit restaurari anterior pars Capellæ Beatæ Virginis monasterij vestri Herinensis, prout fabrilia ligna ad opud illud incadem ecclesia aptata testantur. Patres interea illius temporis, quo consilio ducti nescio, partem fabrilium lignorum in usum structuræ illius ex opposito majoris portæ vestræ impenderunt hac lege et promisso; ut si suo tempore ædificium Capellæ perficeretur, se tantumdem vel æquivalens reddituros. Quia in erectionem tam pij quam necessarij operis plærique beneficium satis liberale contulerunt, abbas inprimis Camberonensis selectissimas aliquot suarem sylvarum quercus donavit. fecit idipsum reverendus abbas Sancti Autberti Cameracensis, nec inferior in hac liberalitate exhibenda fuit nobilissimus princeps noster (piæ memoriæ) dominus comes d'Arenberg pietate motus erga Beatæ Virginis Capellæ honestissimum et pijssimum ædificium, eoquod ruina hæc maxime dehonestaret monasterium hoc vestrum cartusiarum quapropter obnixe rogamus ut ad Dei opt. max. gloriam et Beatæ Virginis honorem, ac monasterij decus et ornamentum hanc Capellæ partem restaurari faciatis ; quo facto, obloquentium hominum sæcularium loquacitatem, qui interdum sive in processionibus nostris duabus, sive in concionibus audiendis sub dio residere coguntur) obmutescere facietis. Hoc unum optat et precatur dominus Joannes Ernault pastor Herinensis nomine suæ communitatis supplicans, etc.*
*Infra scriptum est : conventus præfatus satisfaciat prima sua opportunitate. Cartusiæ sedente Capitulo 1627. frater Bruno prior Cartusiæ.*
*Anno sequenti 1628 Ecclesia anterior ædificata, fuit operta scalijs, simul numero 47500 et constarunt cum opere 567 florinis 16 assibus et circa hujus anni finem antiqua cella procuratoris quæ pariter a Geusijs combusta fuerat, ædificata est et operta scalijs.*
*Anno 1629 venit carta capituli per quam domnus Petrus Daems ex prioratu domus hujus translatus est ad prioratum domus in Zeelhem et successor ejus nominatus fuit domnus Laurentius Serjants prior Zeelhemensis de quo infra. de Hoc domno Petro scribit Wallius : iste venerabilis pater hanc domum Capellæ multum reparavit ac picturis et suppllectili decoravit atque novim ecclesiæ per Geusios destructam tegere incepit, imo texit. Obyt 13 july 1653.*

*Ante obitum tamen suum anno 1632 a prioratu domus ~~Diesthemij~~ Zeelhem per cartam absolutus, remissus est ad domum Ripaliæ unde venerat, ex qua sequenti anno 1633 iterum per talem cartam ad hanc nostram provinciam remissus fuit ut prior domus Antverpiæ.*

ChM063
**FrancisCUS Welle**
alias **Welles.**
a - p. : Gosuin
m. : Elisabeth
b - Biervliet.
c - études à Louvain.
d - entré le 21 septembre 1473.
pfs 21 septembre 1474.
e - sds 6 janvier 1476
cité 1487
f - 27 décembre 1504/27/28 janvier 1505.
g - copiste et maître des novices.

---

PB:

Le Vasseur, *Ephemerides*, IV, 577, Franciscus de Welle, Herne, 1504, 27 december. De Biervliet, antea Magister Artium ; receptus ad ordinem anno 1473, subsequenti anno vota professionis emisit. De quo sic agit *Chronicon Capellæ* : « Vir admodum religiosus et moderatus, inter colloquia dicere solebat : 'Optarem, si ita Deo beneplacitum esset, in extremis meis non diu ægrotare lectoque decumbere, ne mei causa fratres vigiliis atque molestiis aliis afficiantur.' Huius piissimi Patris laudabile et religiosum desiderium exaudivit Deus. Nam cunctis diebus vitæ mæ semper ambulavit, et ad templum venit usque ad extremum diem, sive potius noctem, qua, cum ad ecclesiam non venisset, de more accersivit cum Infirmarius, qui in lecto jacentem atque defunctum reperiit. Quod contingit anno 1504, 6 Kalendas Januarii. » Cum autem, justus quæcumque morte præoccupetur, anima illius sit in refrigerio sperare par est Franciscum ad meliorem vitam fuisse translatum.

de Wal, 7043, f° 128r, 1504 : Cum autem quidam monachus domnus Franciscus Velle defunctus esset qui erat ipso iunior in ordine, magnus invasit metus Judocum, atque ab illo tempore nunquam bene valuit, sed velut attonitus sæpe dicebat nobis, nescio quit est mihi, nescio quid habeo, nescio quid patior, deinde paulatim cæpit ægrotare sic fere ad duos menses.

Lamalle, p. 114-5:

Pede fol. 42 – 44 : domnus Judocus van der Cleyen, Gerardi-montanus, monachus professus hujus domus, cognatus domni Arnoldi Kaerman prioris hujus domus a quo et receptus est et vestitus 2 july 1463 in die Visitationis Beata[a] Virginis Mariæ et anno sequenti eadem die professus. Primam missam cælebravit in die Dedicationis Ecclesiæ nostræ 1468. Sequentia ex 2° Chronico fol. 55. Vir bonus et religiosus sciens prompte et expedite legere et bene pronunciare more ordinis et in choro et in refectorio et bene cantare sciens, habuitque dulcem et quasi angelicam vocem; unde pluribus etiam annis, tametsi non placuit ei, fuit cantor chori. sed accedente jam senitudine cum vox ejus pane deficeret, multis precibus obtinuit ut ab illo ministerio absolveretur. Sciebat etiam bene scribere et aliquos reliquit nobis sua manu libros scriptos. Sermonem de Præsentatione Beata Virginis Mariæ et agendam unam quæ solet in choro haberi in usu, et alia quædam devota. Erat magister novitiorum anno 1500, et (inquit auctor Chronici) docuit me prima ordinis elementa et observationes. Qui quoniam fuit impeditioris linguæ : ideo silentium et solitudinem amavit plurimum, alioqui et vicarius hujus domus fuisset ordinatus : si prædicare publice potuisset multis tamen admodum charus fuit. Scivit autem accurate flores concinnare de filo serico et cupreo filo substracto, unde et magnam tabulam (quæ in sacrario est) vitro tectam, ipse aptavit et instruxit : et similiter quædam alia. Sed dixit mihi quod visum suum in tali opere multum debilitavit, quapropter cum et mihi satis debilem visum sciret esse, artem illam me docere noluit: sed docuit me artem inserendi arbores qua plurimum delectabatur, quam artem domnus Hieronimus rustico monacho scribens etiam commendat et utilem et honestam monacho declarat esse. Ad studia literarum mihi propenso et de viris eruditis interdum loquenti, respondebat: moritur doctus similiter et indoctus. quasi diceret, stadeamus bene vivere et semper habere bonam conscientiam. Alias autem mihi dicebat : O Joannes Joannes, si diu vixeris in ordine, frequenter iturus es, et ab hoc et ab hac ; vicissitudines bonorum et malorum sic indicans, quas in hoc mundo cuncti mortales velint, nolint, experiuntur : et profecto verum dixit. Item alias dicere solebat : vixi quidem satis diu, si satis bene, sed extremum ictum semper timeo. Cum autem domnus **Franciscus de Welle** confrater noster (qui hic ante poni debuorat) defunctus esset, qui junior erat in ordine quam domnus Judocus, magnus invasit metus Judocum ; atque ab illo tempore numquam bene valuit, sed velut attonitus sæpe dicebat nobis : nescio quid est mihi, nescio quid habeo, nescio quid patior. deinde paulatim cæpit ægrotare. Sed pene fui oblitus adscribere quam

ab ipso audivirem memoratu dignam, « Cum essem Junior inquit et multis annis in ordine non fuissem, pater Arnoldus Kaerman diu fuit hujus provinciæ visitator principalis et propterea frequenter oportebat eum abesse domo. Interim vero domnus Laurentius de Musschezele vicarius fuit hujus domus, quod ministerium laudabiliter etiam exequebatur. Sed quoties Pater Laurentius visitandi gratia venit ad me in cellam ; sermonibus suis et exhortationibus sic erexit me, stabilivit et confortavit : ut posteaquam fuit in cella mea per duas hebdomadas mihi gratiam Dei sentirem adesse : eram siquidem pronior ad modestiam, proclivior ad pietatem, promptior ad fraternam dilectionem, ferventior in precibus subtilior in divinarum contemplatione; et in cunctis observationibus ordinis publice et privatim alacrior sed de prædicto domno Laurentio alia multa referuntur. Porro quales aliquando vicissitudines et ipse magister meus Judocus in ordine sit expertus non etiam mihi tacuit omnino. alias namque dicebat. interdum gratia Dei visa est mihi sic affuisse, ut post vigilias nocturnas et officium matutinale; ita me sentirem robustum et alacrem ac si non amplius quam ad dimidiam horam in choro fuissem. Hoc modo sane divina gratia mecum egit sed non semper. nam et interdum ita relictus sum infirmitatibus meis et miserijs; ut non solum tæderet me vitæ mea, sed etiam ut non numquam optarem mihi terram dehiscere quo liberatus a tentationibus in ea quiescerem. Fuit autem Judocus vir probus et gratiosus vultu liberali, statura mediocriter eminenti ingenio salis acuto. qui tametsi in literis sæcularibus non multum fuerit eruditus : scientia tamen christiana et spirituali, non multis postponendus erat. Soccis uti non consuevit ne in hyeme quidem. sed quoniam siccos semper habebat pedes, parvis utebatur calceis intra calceos, non tamen pilosis. denique ab ægrotatione, cujus paulo ante memini, non convaluit. feré ad duos menses sic malé habuit. Cum autem Paschæ-festum adventasset, et indies sese debiliorem fieri cerneret, fertur paululum conquerens dixisse: Itane jam mori debeo cum molestissimum totius anni tempus jam peractum sit : et commodius victitandi tempus advenerit, quando nobis lacte et butyro licet uti sed tamen divinæ voluntati se commisit, et rite præparatus sumptis ecclesiæ sacramentis religiose defunctus est, in præsentia prioris et quorumdam aliorum, nocturno tempore cæteris fratribus in choro divina celebrantibus anno 1505, marty 26.

Pede fol. 44-45 : domnus **Franciscus de Welle**, de Biervliet, monachus professus hujus domus, receptus a domno Arnoldo Kaerman priore anno 1473 in die Sancti Matthæi et anno sequenti professus. Hic erat de bona et honesta progenie, fueratque Lovany licentiatus in artibus promotus in pædagogio Lilij. Cantavit primam suam missam in die Epiphaniæ Domini 1476, et religiose admodum et moderate multis in ordine annis vixit. Scripsit diversos libros et fuit corrector in choro et in refectorio, ordinatorque ad dispositor eorum quæ sunt ibi legenda. præterea fuit etiam quorumdam novitiorum institutor et magister. Mihi porro videbatur (auctor Chronici 2^di^ loquitur) vir bonæ conscientiæ. Denique inter nos aliquando cum familiariter in colloquio commentaremur, probe recordor cum dixisse : si Deo placeret, inquit, optarem in extremis meis non diu ægrotare lectoque decumbere : ne mea caussa fratres vigilijs et alys molestijs afficiantur. exaudivitque Deus preces ejus et præstitit ei quod optaverat, sicut scriptum est « Desiderium pauperum exaudivit Dominus, præparationem cordis audivit auris tua et iterum : non sprevit neque despexit depecrationem pauperis, etenim fuit pauper spiritu. et iterum scriptum est de Deo : voluntatem timentium se faciet et deprecationem eorum exaudiet salvos faciet eos. Usu venit igitur illi sicut optaverat. quandoquidem ad extremum usque diem vitæ mortalis inambulaverat et ad templum venerat : quamvis in choro non persisteret. fuit quidem diebus paucis ægrotus, non tamen decubuit, sumpsitque per se cibum et potum. sed cum venisset ad eum infirmarius nocturno tempore ad legendum cum eo matutinas de Domina, reperit eum in lecto jacentem atque defunctum 6° calendis januarij hoc est 27 Xbris 1504. protinus autem quam nuntiatum est in conventu domnum Franciscum esse defunctum, terror quidam invasit domnum Judocum de Cleye magistrum meum, atque ab illo die non bene habuit etc ego vero tempore illo quo domnus Franciscus obyt tam ægrotus eram, ut quando sepeliebatur stare non possem, sed in cæmeterio sedebam super unum sepulchrum legebamque cum alijs, ac me putabam prope diem moriturum. deinde in choro nactus quemdam librum quem domnus Franciscus scripserat, ex eo legi orationem divi Bernardini de Nomine Jesu, et protinus mihi visus sum melius habere, paulatimque convalui sic; ut in hebdomada Ascenscionis Domini ministerium sacerdotis in conventu peragerem tametsi nondum plene sanatus ac tandem aliquando ab illa ægrotatione magna sanatus fui. Deo gratias. majoraque mihi post evenerunt pericula, a quibus etiam Deus me liberavit, cui laus honor et gloria per omnia sæcula sæculorum Amen.

AC 100:21, p. 26: ???
AC 100:27/2, p. 107, L30-31, c.1505: domnus Franciscus Velleh, professus domus Capellæ

Arsenal : 27 [januarius] domni Francisci monachi huius domus de Biervliet.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 28 januarius : domnus Franciscus Mele(Nele?) monachus domus Capelle.

Arsenal : Goswini Welle et Elisabeth uxoris parentum fratris nostri Francisci Welle  et pro quibus desiderat a quibus  habuimus centum florenos renenses et plura alia bonna.

ChM064
**Fredericus Brant.**
b - Bruxelles.
c - prêtre séculier.
d - entré le ? mai 1496 (ou peut-être1482).
e - sac 1509-1511- ?
sac ? -1524.
f - 26 février 1537.

---

PB:

Lamalle, p. 148 et 161:

Pede fol. 64-65 : domnus Michael Zarenbergh, Bruxellensis, monachus professus hujus domus, receptus en vestitus a domno Carolo Serraes**,** priore, in festo Sanctæ Luciæ virginis et martyris 13 Xbris 1501 et sequenti anno 1502 eadem die professus. Sequamur nostum Chronicon fol. 99. Hic Michael et domnus Joannes Bruno cujus etiam supra mentionem fecimus, pariter operam latinis dederunt literis in ludo primum Anderlacensi, deinde Lovany in Ludo M Joannis Standonici. a quo simul venerunt ad ordinem nostrum et ad domum istam. et frater quidem Micheal posteaquam fecit in ordine professionem, tametsi nondum sacerdos erat, tamen anno primo 1503 post professionem suam, loco domni **Frederici Brant**, factus est sacrista hujus domus, tempore quo visitatores ordinis nostri domum hanc ordinarie visitarunt, quod ministerium pluribus annis administravit, a quo deinde per priorem absolutus ad cellam suam redijt et iterum factus est sacrista domnus **Fredericus Brant**, qui sesqui anno fuerat ante fratrem Michaelem executor hujus officij. domnus igitur Michael incola cellæ vir fortis et robustus et eminenti statura præditus diversa interim habui exercitia, et per totam ferme vitam suam sanus et incolumis inter nos vixit, raro admodum fuit ægrotus quamvis esset melancholicæ complexionis, habuitque naturaliter bonam et claram liquidamque vocem, artis musicæ non penitus imperitus et erat illi visus corporalis acutus admodum. Scripsitque nonnullos etiam in hac domo libros, et multa opera manualia probe sciebat operari. et quoties aliquis indigebat adjutorio, convocatus non illibenter fratribus inserviebat. Libros quoque non inconcinne sciebat compaginare, quod et quandoque fecit apud nos officium. atque in postremis annis vitæ suæ fuit cantor chori.

Pede fol. 67 : domnus **Fredericus Brant**, Bruxellensis, monachus professus hujus domus, ante ingressum ordinis sacerdos sæcularis. receptus et vestitus veste novity a domno Joanne van Etterbeke priore circa finem may 1496 et sequenti anno professus. hic fuit sacrista anno 1509 item 1511, tum postquam ab illo officio fuisset absolutus, iterum institutus est sacrista. Obyt autem 26 februarij 1537 postquam 55 annis laudabiliter vixisset in hac domo.

AC 100:27/3, p. 7, 6-7, c.1537: domnus **Fredericus Brait**, professuss Capellæ, qui annis 55 in ordine vixit.
AC 100:36, p. 6, L12-13, c.1537 : obiit domnus Fredericus Brant, professuss domus Capellæ, qui annis 55 laudabiliter vixit in ordine.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 26 februarius : religiosus pater domnu Fredericus Brant.
Arsenal:

Schrije 38:

*BxM049*
***Fredericus Fredricx.***
*e -    hos(?) c.1698- ?*

ChM065
**Fredericus Kogelkenius**
alias **Goclenius, Gogkelenius, Gogklonius, Koclegonius.**
b - ca 1587
Wildeshausen (Westphalie)
d - entré 9 septembre 1618
sds 1620
e - Lo hos 1624-1626
Bg hos c.1626-c.1627
Roermond hos c.1627-c.1631
Ch c.1631- †.
f - 17/20 décembre 1640 (c.1641).

---

PB:

RABg OKA 279:

de Wal, 7048, f° 130:

AC 100/28, p. 83, c.1627 : domnus Fredericus, professus domus Capellæ (hospes domus Brugis) vadat ad domum Ruremundæ provinciæ Rheni.
AC 100:39, p. 97, L24-27, c.1628 : priori domus Ruremundæ mandamus, ut paterne provideat domno Frederico, professo domus Capellæ, de omnibus necessariis ad levamentum suarum infirmitatum, idque expensis domus suæ professionis.
AC 100/28, p. 108, c.1631 : Et committimus patribus visitatoribus ut componant et decernant sumptus quos prætendit a priore domus Capellæ pro domno Servatio professus domus Ruremundensis anno præterito ex intentione patrum diffinitorum compensatorum sumptibus quos domus Ruremundensis supportavit ratione domni Frederici.
AC 100:39, p. 108, L13-17, c.1631 : (In domo Leodii). Et committimus patribus visitatoribus, ut componant et decernant sumptus quos prætendit a priore domus Capellæ pro domno N. professus domus Ruremundæ anno præterito ex intensione patrum diffinitorum compensatis sumptibus quos domus Ruremundensis supportavit ratione domni Frederici.
AC 100/34, p. 82, c.1641 : domnus Fredericus Koclegonius prof. domus Capellæ B. Mariæ.
AC 100:27/5, p. 3, L13-14, c.1641 : domnus Fridericus Gogklonius, professus domus Capellæ.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 20 december : domnus Fredericus Koghelkenius, professus domus Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 17 december : domnus Fredericus Kogelkenius, professus domus Capellæ.

Pede fol. 112 : domnus Fredericus Koegelkenius, Westphalus a Wildeshausen, monachus professus hujus domus. Vestitus veste novitij 9ª 7bris 1618 ætatis 31 annorum, 5 july 1620 suas primitias celebravit. Anno 1624 in martio ex hac domo missus est Lovanium anno 1626 Lovanio missus est ad monachos Brugas, et inde per cartam capituli anno 1627 missus est hospes ad domum Ruremundæ provinciæ Rheni, cujus domus prior ab anno 1629 incæpit a nobis pecunias exigere pro expensis ejus, quas tandem anno 1631 cum incidisses in magnam infirmitatem, solvimus cum 500 libris turonenses. Infirmitatem suam et convalescentiam suam describit in quodam antiquæ impressionis diurnali quod hic habemus his verbis : 3ª 9bris anno 1631 ego frater Fredericus melius valere cæpi per intercessionem S. Caroli Borromæi quem ab illo die colere et invocare proposui, uti omnes ad hortor infirmos ut illum sanctum quotidie miracula adhuc facientem invocent, honorent et colant. in fine scribit orationem Sancti Hugonis Lincolniensis episcopi quam in extremis effudit : et N B Stude vilibus escis, vestes amplectere abjectiores, operi manuum devotus insiste, submissus et humilis esto: hoc mandatum Beatæ Mariæ est servandum a religiosis. Anno 1632 huc erat reversus sed non permansit nam video quod anno 1639 in januario Currus noster illum iterum de domo Gandensi ad hanc domum reduxerit ; in qua tandem obijt 18 decembris 1640. Adjicio quæ habet de hoc domno Frederico Wallius dum anno 1627 per cartam missus fuit ad domum Ruremundæ ; domnus inquit Fredericus tarde obedivit et ægre licet nuntium apostolicum adient, sed patientia patrum visitatoris superatus tandem Ruremundæ se contulit.

ChM065a

**Fredericus Theodorici**

a -
b -
c -
d -
e -
f - c.1470.
g -

---

AC 100:12, p. 123, L4-5, c.1470 : domnus Fredericus Theodorici, [……] professus […………] dicte domus [Capelle Beate Marie prope Angiam], sacerdos, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].

ChM066
**Gabriel van Brussel**
alias **(de) Bruxelles, de Brusselle.**
b - ca 1638
d - pfs ca 1660
dia 2 avril 1662
sds 17 février 1663
e - To hos c.1675- ?
Ch 1679-c.1681
Ga hos c.1681-c.1686
Ch c.1686- †.
f - 19 décembre 1688.

---

PB:

Pede fol. 122 : domnus Gabriel de Bruxella, monachus hujus domus professus circa annum 1660, nam Primitias suas cantavit anno 1663 in die Sancti Georgy. Anno autem 1675 per cartam capituli generalis missus est hospes ad domum Tornaci, unde huc pro cambio missus fuit domnus Leo Moes hujus domus professus ; qui cum habitaret in cella angulari superiore sub littera 9[a] aprilis 1678 succensa cella fuit et in cineres fere redacta cum musæo et cæteris ædificijs cum maximo periculo incendij totius ambitus ; nisi domestici et sæculares campanæ sonitu advocati et accurrentes aquarum abundantia cohibuisset flammas. quare cum accusaretur domnus Moes de negligentia aut incuria, fuit mense julio sequente ad domum suæ professionis remissus et solvit nobis domus Tornaci ad restaurationem combustæ cellæ 160 libras turonebses domnus autem Gabriel rediit huc. anno 1681 iterum ex hac domo fuit per cartam missus hospes ad domum Gandavi unde non diu post iterum huc redijt et mansit in hac domo antiquor ad diem usque mortis ejus quæ accidit 19 xbris 1688, ætatis suæ 50°.

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 63, f°153 : die secunda aprilis 1662 sabbatho ante Dominicam Passionis illustrissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo ordines sacros conferente in ecclesia Divæ Gudulæ Bruxellis promoti sunt ad diaconatum … fratres Joannes Baptista Vander Marin et Gabriel de Brusselle carthusiæ Herenensis religiosorum, diœcesis Cameracensis, vigore dimissorialium.
f° 175v: … [die 17[a] februarii 1663] … presbyteri … frater Gabriel de Bruxelles carthusiæ Herenensis, diœcesis Camerancensis, vigore dimissorialis.

AC 100/13, p. 59, c.1675 : Gabriel de Bruxelle eat ad domum Tornaci.
AC 100/13, p. 78, c.1681 : Gabriel de Bruxella eat ad domum Gandavi.
AC 100/35, p. 2, c.1689 : domnus Gabriel Bruxelles prof Capellæ.
AC 100:2796, p. 131, L15, c.1689 : domnus Gabriel Bruxelles, professus Capellæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 19 december : domnus Gabriel de Bruxellles, professus domus Capellæ. 1688.

ChM067

**Gaspardus vander Stock.**

a - p.: Gilles, secrétaire communal de Louvain.
b - Louvain (Brabant).
c - études a Louvain.
d - 8 décembre 1444.
e –? -1456
Bx sac 1456-1458
Bx proc 1458-1460
Geertruidenberg hos 1461-1462
Bx vic 1462-1466
Bx proc 1466-1470
Delft ini, proc 1470-1480
Delft P 1480-1482
Ch P 1482- †.
cvs c.1486-c.1492
vis c.1492- †.
f - 7 octobre 1495.
g - de la famille de ChD018.

---

Delvaux, MB, p. 1443:

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 7 october : domnus Jaspar prior domus Capelle.

Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Gaspar Van der Stoct quondam monachus et prior huius domus.
Lamalle, passim:

Pede fol. 21 : venerunt igitur in principio inchoationis hujus Domus Scheut pro divino officio celebrando sex Monachi cum uno Converso et duobus Donatis. Patres commissary in principio aliquem pro Rectore non constituerunt eo quod ad instantiam oppidi scripsisset ad Cartusiam pro D° Henrico de Loe habendo.
de dictis sex Monachis ordinaverunt domnum Arnoldum Kaerman prof Capellæ in Vicarium. domnum **Gasparum van der Stockt** prof domus Capellæ in sacristam, domnum Nicolaum de Haerlem prof domus Antverpiæ in procuratorem, domnum Cornelium Block de Tolnis prof domus Diestensis et domnum Petrum de Casleto prof domus Sylvæ S Martini in Cantores et domnum Joannem de Blisia prof domus Leodij in infirmarium.

Pede fol. 37 – 39 : domnus Gaspar van der Stock Lovaniensis, filius Egidij Secretary oppidi Lovaniensis, Magister Artium promotus in Pædagogio Porci: Monachus professus hujus Domus. receptus a D° Laurentio Musschezelio A° 1444 circa Conceptionis festum B^a Virginis Mariæ. hic tam ædificative et laudabiliter se gessit, ut cum Domus nostri Ordinis in Scheut prope Bruxellas inciperet inhabitur ad eam cum duobus hujus Domus nostræ professis missus fuerit ut primus Sacrista circa Vigilium Nativitatis B^a Mariæ Virginis A° 1456 tum A° 1458 post eandem B. Virginis Nativitatem, ex Sacrista factus est Procurator, anno autem 1461 post cartam capituli generalis, ex Procurator Domus illius, factus est in illa Vicarius, a quo officio absolutus in Visitatione Domus post festum S^ti Martini A° 1466 institutus iterum fuit Procurator: in quo officio cum in Scheut per decem annos laudabiliter mansisset anno 1470 ut Procurator missus est ad initiandam novam Domum nostri ordinis in Delft per cartam capituli generalis, stetit autem ibi Procurator sicut in præcedenti Domo ultima vice pet decem similiter annos. anno autem 1480 vacante ibidem prioratu, electione Conventualium factus est ibidem prior. post duos annos laudabiliter valde in illa dignitate transactos, per generale Capitulum anno 1482 absoluto hujus Domus Capellæ priore D° Jacobo de Bursalia et data electione conventui, electus est hujus Domus prior: tanta cum laude et omnium æstimatione ut vocaretur vulgo prior Venerabilis. Anno 1485 cum hic prior esset, accidit illi memorabile quid, quod hic preterire non possumus, de quo Chronicon Capellæ satis meminit, quod Wallius Bruxellensis Vicarius in suo opere fuse narrat, et cujus
hic verba ponemus. Circa festum Annuntiationis (inquit) Hermanus Anderlecht custos Capellæ nostræ Dnæ de gratia in Scheut, vir devotus dixit quod visum sibi fuit et quomodo Beatissima Virgo dixit in corde suo, quod pax cum flandrensibus non fieret nisi Cartusiani se interponerent et sic retulit Cancelario Brabantiæ, qui in die Palmarum sequente vocavit ad se priorem de Scheut domnum Marcelium Voet, secundum ab inchoatione Domus, et suasit ei ut se offerret ad servitium

Principis Maximiliani, ad loquendum Flandrensibus cum prioribus Antverpiensi et Diestensi et rogandum eos ut se vellent inclinare ad pacem ad quam Princeps se semper dicebat inclinatum. Sic accepta informatione a D° Cancellario Brabantiæ Carolo de Groote qui fratrem monachum habebat in illa Domo, circa medium aprilis prior in Scheut demandavit cæteris prioribus ut simul convenirent. Prior domus Capellæ domnus Gaspar van der Stock et prior Diestensis comparuerunt, Antverpiensis prior Domo aberat. Sicque 20 aprilis prædicti duo priores cum priore et Procuratore ex Scheut perrexerunt Gandavum simul in curru; et eodem sero quando (inquiunt) venissemus ad milliare juxta Gandavum invaserunt nos Ruteri flandrenses et præcipue Villani de circa et abduxerunt nos de via communi
ad unam Domum ruralem et ibi cæperunt nobis pecunias nostras, litteras et informationem; propter quam tota nocte diffamaverunt nos ad portas oppidi et de mane in oppido, dicentes nos esse Patriæ proditores.
Sic de mane circa (horam octavam induxerunt nos in oppidum cum uno servitore legis) ipsis Ruteris circumcirca nos gradientibus et multis millibus hominum expectantibus et quibusdam deridentibus nos verbis et factis usque ad Domum Civicam ante Legem, qui omnes nostras Literas habuerunt apud se, ex quibus in genere pauci notabantur qui pacem impediebant pro commodo proprio et lucro et dominatione sua serevanda; et sic Wilhelmus Rym et quidam aly dixerunt nos esse reos magni criminis. Sic miserunt nos in unam Cameram in Domo Civica, ubi fuimus stricte custoditi ad septem hebdomadas. postea admonitione et prece D prioris Gandensis fuimus dimissi ad Cartusiam ejusdem. eodem die dimissionis nostræ de domo Civica facta est conjuratio et seditio populi contra illos de Lege de quibus aliqui fuerunt capti et duo tantum
scilicet Wilhelmus Rym et Daniel Onrene primus tunc scabinus decapitati fuerunt infra quindenam qua mansimus in Cartusia nra apud dictum oppidum . aly plures capti, iterum fuerunt dimissi et nova Lex creata et Decani qui cum alijs voluerunt pacem quam per Litteram obtulit Capitaneus de Teneramunda dominus de Santray, et sic tandem post medium Junij fuimus plene per novam Legem laxati ad redeundum ad Domos proprias: sed habuimus solvere expensas factas et cæperunt currum et duos bonos Equos et Mulam, et aurigam mercenarium nostrum posuerunt in Carcerem, pro cujus liberatione et expensis suis et nostris una cum valore Equorum et aliorum quæ amisimus, habuimus bene damnum 50 Lib. Gross. Flandriæ seu 300 Rhenens: hic fuerunt nostri Patres in summo periculo attenta rabie Gandensium.
Anno 1486 per cartam capituli nostri generalis prior noster Gaspar van der Stock fit Convisitator Provinciæ, hoc Chronicon Capellæ sic narrat: hoc anno prior noster perrexit ad Cartusiam ad Capitulum general pro priore Antverpiæ qui erat infirmus, et sic prior noster redyt a Capitulo gli Convisitator Provinciæ, quam visitavit cum priore Gandensi principali Visitatore hoc anno: et anno sequenti 1487 per cartam indicitur priori nostro Collatio in sequenti Capitulo. hoc anno 1487 prior noster Convisitator cum priore Gandensi Visitatore vocati Leodium flexerunt ibi Episcopum Principem Leodiensem Joannem de Hornes, ne tota Cartusia a furente populo pænitus demoliretur; eo quod Everardus a Marka Dux
Arembergiorum ex illa Domo Civitatem obsidens pro magna parte vastarat. Erant hoc anno in hac Domo residenter incluso priore 21 Monachi 4 Conversi et 2 Donati, erant inter monachos duo Hospites sed tres ex professis nostris præterea aberant alibi residentes. anno 1492 officio Convisitandi liberatus est prior noster: vero similiter ad suam maximam instantiam quia ex manualibus Procuratoris videmus cum interdum infirmari. Obyt autem meritis plenus 7[a] Octobris 1495: habuitque in Carta capituli generalis sequente plenum cum Psalterijs Monachatum scribendum etc[a]

Pede fol. 41 : domnusJoannes de Etterbeke Alostanus monachus prof[s] hujus Domus receptus a D° Arnoldo Kaerman priore et vestitus 12 Xbris 1473, professus autem sub eodem priore anno sequenti 1474 eadem dies,
cantavit primam suam missam in die Dedicationis Ecclesiæ A° 1475. Hic antequam profiteretur condito Testamento voluit domum hanc succedere in bonis suis quæ sibi successissent si mansisset in sæculo. fuit aliquanto tempore sed non diu Procurator hujus Domus quo autem precise anno ignoratur, sed anno 1495, octobris septima defuncto V.P. **Gasparo van der Stock** hujus Domus priore, Conventuales hunc domnum Joannem sibi in priorem elegerunt.

Pede fol. 41 : domnus Petrus Beerincx de Velthem prope Lovanium monachus professus hujus Domus, alias Capellanus ad S[m] Pertum Lovanij et ibidem Rector Scholarum vel Submonitor, receptus a D° **Gasparo van**
**der Stock** Lovaniensi ac priore, et vestitus in die Cathedræ S. Petri anno 1487, professus anno sequenti. fuit deinde sacrista in hac Domo vir teste Chronico 2° fol. 68 Religiosus et peritus in arte musica sed obsonam habens vocem quasi concavitatem in palato non habuisset ita canebat. Scripsit diversos libellos, duos sermones D° Augustini quibus explanatur cap 34 Ezechielis Prophætæ, unum

de Pastoribus et alterum de ovibus, item libellum mandenilem et alia quædam opuscula Divi Augustini. Obyt in hac Domo Vicarius 28 July 1501.

Pede fol. 45 : domnus Joannes de Flandria ex Quesnoy alias de Querceto Monachus professus hujus Domus, receptus a V. domno **Gasparo vander Stockt** Proire et vestitus 16 July 1494. Joannes Amonius auctor secundi Chronici fol. 53 antequam de ejus in ordinem ingressu, scribat; quædam reflectenda premittit, quæ hic sequuntur.

Pede fol. 54 – 57 : domnus Livinus Zoeten alias Dulcis, Gandensis monachus professus hujus Domus. receptus a D° Arnoldo Kaerman priore et vestitus in festo B° Catharinæ V. et Mart. A° 1476, professus cadem die A° 1477. deinde primam missam cantavit in die Dedicationis Ecclesiæ nostræ factus sacerdos. Hic teste Chronico fol. 81 naturaliter habuit bonam vocem eratque mediocriter in arte Musica peritus et satis eleganter et nitidé sciebat scribere. Libros scripsit diversos, parum literatus erat. utrumque tamen assiduitate legendi
scribendi, audiendi et interdum loquendi, scripturas intelligere potuit. (hactenus Chronicon) Anno 1488 coepit cogitare de mutatione loci et scripsit super hoc Reverendo Patri generali, nam in Carta illius anni dicitur Articulo Domus Capellæ " Et hortamur D^m^ Livinum monachum ibidem, ut se stabiliat in Domo suæ professionis; alioqui committimus Visitatori principali ut eidem provideat sicut bona conscientia pro ipsius salute viderit expedire. tunc missus videtur ad Domum Sylvæ S. Martini, nam A° 1489 habetur in Computu hujus Domus: Pro expensis fratris Livini in Domo Sylvæ 30 ct et anno sequenti in Computu " priori Sylvæ præter 30 ct quas habuit anno præterito, ad huc habuit pro expensis frater Livini 24 ct item pro vestitu ejusdem Livini 9 ct 12 solid^c^. Inde huc redyt et iterum scripsit ad Reverendum Patrem, nam A° 1492 Carta capituli
generalis articulo Capelle illum iterum monet his verbis " Et domnus Livinus ibidem professus stabiliat se in eadem Domo. hoc apparenter facere non valuit, nam et hoc anno ad hanc Domum vocatus fuit visitator Provinciæ, qui tunc erat domnus Arnoldus Huckelen prior Dom^s^ monachorum, cui solvimus ut in Computu 6 ct 7 solid^c^. et addit propter fratres Andream et Livinum. sequentia prosequimur ex 2° Chronico, loco prædicto: sed postquam domnus Arnoldus prior obijt, successit ei in prioratu domnus **Gaspar**, cujus tempore (nescio quam ob causam) missus fuit ad hospitandum in D° Sylvæ S. Mart. ubi supra modum graviter (sicut ipse dixerat mihi) ægrotatione et dolore capitis fuit afflictus. inde reversus in domum professionis suæ non invenit requiem: tentatus fuit et a fratribus quibusdam afflictus, nec habuit consolatorem. Quapropter clam abijt et profectus est ad Domum Cartusiæ Majoris deducente cum viro quodam amico; et ibi receptus habitavit ad tempus et Magister illi datus est domnus Joannes Binchois scriba Domus Cartusiæ, qui oriundus erat a Binchio Civitate Hannoniæ; Magistrumque Discipulus adjuvabat in Litens legendis et notandis, quæ plurimæ feruntur undique ad illam Domum. quod tamen quibusdam non placuit quod Hospes et extraneus sciret ordinis
secreta quæ fiunt ibi et pene in toto ordine. Hic igitur cum moraretur, a domno Petro Rufi Patre Reverendo missus est in domum Vallis S^ti^ Hugonis Cartusiæ Provinciæ et non longé a Cartusia majore cum prædicti Patris Reverendi Literis sigillo munitis : ut ibidem vicariatus officium administraret, quod etiam fecit et aliquot ibi novitios instituit. prædictas Literas postquam ad Domum Capellæ redijt ostendit nobis. Hinc absolutus redyt in Cartusiam, atque inde missus est in Italiam hospitatum, fuitque hospes in multis Domibus ordinis (hæc Chronicon. suspicor ego quod in Italiam et nominatim ad Domum ordinis nostri in Insula Capri ex adverso Civitatis Neapolis, A° 1499 expensis Domus professionis ejus, hujus Capellæ, quas et prior noster
tunc domnus Joannes de Etterbeke restituere recusavit priori domus Antverpiæ a generali Capitulo reverso qui ibidem has expensas solvisse videtur, unde et prior noster in Carta anni 1500 monebatur his verbis: Et prior Capellæ solvat sine mora priori Domus Antverpiæ 6 Ducatos Hungariæ depondere quos mutuo dedit domno Livino pro viatico ad Domum Capri hospitatum misso per Capitulum generali: sine dubio Anni 1499. ( pergit Chronicon) quarum Domorum tametsi quædam fuerunt opulentæ quædam pauperes, in nulla tamen earum facere professionem voluit; dixitque nobis se in loco fuisse ubi Hannibal pænus Dux Carthaginensium quondam, satyra 10 Juvenalis

Deduxit scopulos et montem rupit acetout Exercitui suo transitum faceret in Italiam. Sed quotannis quando potuit Livinus noster ventitabat in Cartusiam vel ad Capitulum generali vel ad Capitulum privatum. eaque facultas ibi non difficulter adquiritur (sic ille) Deinde fuit hospes in diversis Domibus Provinciæ Franciæ, præsertim in Domo Divionis. Interim vero multum sibi profuit quod accuraté sciebat scribere, namque scribendo Libros illo tempore commodius acquirebat sibi necessaria. Porro circiter anno 1503, cum more suo solito esset in Domo Cartusiæ tempore generalis capituli et domnus Petrus Vassor prior domus Gandavi, principalis visitator hujus provinciæ esset etiam ibi et sermonem habuisset ad congregatos ibi Patres: domnum Livinum et duos alios fratres curavit reducendos ad Domos professionis eorum. quorum unus erat Monachus

domus Buscoducensis domnus Adrianus, et alter monachus erat Diestensis domnus Judocus. quos reduxit quidam vir sæcularis cui nomen erat Judocus qui fuit germanus frater domni Joannis Binchois scribæ domus Cartusiæ majoris. (hactenus iterum Chronicon) sed ego maxime dubito an reditum domni Livini aliorumque, duobus vel plus annis quam oportet non retulent. Computus hujus Domus anno 1505 tantum habet expensas quasdam fuisse solutas pro frater Livino, et A° tantum 1509 dum domus hæc visitaretur per priorem D° Gandavensem, solvimus illi 21 ct et 14 solid[e] pro expensis inquit factis et expositis pro frater Livino, et A° 1510 ex parte frater Livini solvimus D Joannes Binchois 8 ct 20 solid[e] quidquid sit, erat in hac Domo residens A° 1509 et habetur in Catalogo professorum hujus Domus hoc anno Tertius a priore vel immediaté post antiquiorem. (pergit Chronicon) Livinus autem posteaquam habitarat quatuor aut quinque annis in Domo Capellæ, iterum per Literas reverendi Patris domni Francisci de Puteo jussus est ire hospitatum in Domo Valencenarum nam
Livinus frequenter scribere solebat vel ad domnum Joannem Binchois vel ad vicarium D Cartusiæ domnum Joannem Gillardi, quorum Literas et rescripta mihi quandoque ostendit. In divina re pergenda Livinus ante Corporis Christi sumptionem, semper lachrymare consuevit, et quotidie unum Brevem legere, præter id quod habebat legere ex pare or dinis. At in Domo Valencenarum non diu commoratus finem vitæ mortalis habuit, obytque pridie nonas Februarij hoc est 4[a] anno 1516.

Pede fol. 58 : domnus Egidius de Stercke alias fortis de Leniaco. Monachus professus hujus Domus, ante ingressum ordinis sacerdos sæcularis steteratque 16 annis Lovany, peritus in practica rerum Ecclesiasticarum. receptus A° 1486 in Quadragesima, vestitus et sequenti anno 1487 professus circa idem tempus sub D° **Gasparo van der Stock** priore. post aliquot annos factus est sacrista, deinde anno 1497 factus est Procurator.

Pede fol. 63 – 64 : Jacobus Fabri Gandensis. Monachus professus hujus Domus, ante ingressum Ordinis sacerdos sæcularis, receptus et vestitus a domno Arnoldo Kaerman priore in die Conversionis S. Pauli, anno 1478 et anno sequenti professus. Audiamus auctorum 2[i] Chronici fol. 97 qui cum eo vixit. Hic erat (inquit) Civis Gandensis naturaliter habens bonam et sonoram vocem et in arte musica peritus. Qui sicut ipsa mihi narravit;
mirum in modum tentatus aliquando et afflictus in hac domo fuit, tempore quo domnus **Gaspar** hic erat prior, quibus tandem malis post dies multos, paulatim in modum fumi evanescentibus; omnino se liberatum sensit, Deoque gratias uberes egit. fidelis autem Deus est, qui non patitur suos tentari supra id quod possint; sed facit etiam cum tentatione proventum; ut possint sustinere.

Pede fol. 75 : domnus Judocus Hinckaert Bruxellensis monachus professus hujus Domus receptus ad ordinem a domno **Gaspare van der Stock** priore, et vestitus 12[a] July 1491 ac anno sequenti sub eodem priore eadem mensis July die, professus. qui reliquit Domui huic Reditum 36 Rhenensium annue super Civitate Bruxellensi et cujus Parentes et Amici Domui nostrae Benefecerunt. Hic verus Cellita postquam vixisset in hac Domo 66 annis, contentus sua Cella videlicet Littera N, in illa obyt in profesto S[ti] Evangelistae Lucae 11 Octobris 1556 senior Domus. quam stabilitatem (scribit Wallius) relinquo Lectori debité pensandam.

Le Vasseur (L.), *Ephemerides*, t. III, p. 520b-521b. VII die Octobris. Gaspar Van der Stock. Prior Capellæ. — Alumnus huius monasterii. Primum prior Domus Delfensis : unanimi autem monachorum Capellæ consensu in suæ Domus priorem electus, anno 1482, commissum sibi gregem et Teutoniæ Provinciam (cuius erat Convisitator) summa cum mansuetudine prudentiaque rexit: erat quippe vir peritissimus et pietatis admodum exemplaris. Vivere desiit anno 1495, die septima Octobris. Ejus in pauperes eximisericordia. charitas enituit annonæ tempore. *Ex catalogo priorum huius Domus.*

de Wal, 7043, f° 8v, sequuntur vicarii 1462 (Bx) : domnus Gaspar Van Stocken, professus domus Capellæ
de Wal, 7043, f° 11v, procurator 1458 (Bx) : domnus Gaspar Van Stocken, professus Capellæ
de Wal, 7043, f° 14v, sacrista 1456 (Bx) : domnus Gaspar Van Stocken.

AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 7 octobris : domnus Jaspar van Stocken, professus et prior domus Capellæ, et procurator huius domus in principio cuius fuit benefactor et promotor.

Arsenal:

Schrije 39:

de Vaddere, f° 90 :

Gaspar Stockius ) Lovaniensis, filius Ægidij, secretarij ejusdem oppidi. Chronicon Herinensis Carthusiæ, in hunc modum de eo loquitur. Erat magister artium ante ingressum ordinis, promotus Lovanij in pædagogio porcensi. Qui civiliter se gessit circiter 12 annis stans in hac domo, quia cum domus Gratiæ prope Bruxellam inchoaretur illuc cum primis tribus directus est. Ubi fuit primo sacrista, procurator et vicarius, et mansit ibidem circa 14. Postea vero anno 70, missus est iterum ad initiandum domum Delff cum primis fratribus illuc directis, ubi fuit procurator circiter 10 annis. Postea idem electus est in priorem anno 80, duobus annis ibidem prior fuit, sed anno 82. electus est in priorem hujus domus, quod officium usque hodie gerit.

*BxM053*
***Georgius Mellian.***
*e -  hos c.1674- 1675*
*vic 1675- †.*
*f -  27 aout 1676.*

ChM068
**Georgius,** alias **Gerardus, Geraldus, Willems.**
a - p.: Jean (artisan)
m.: Marguerite Hoestermans.
b - Gand (Flandre Orientale).
c - études a Gand et Paris.
d - entré 24 juin 1503
pfs 24 juin 1504.
pbr 27 août 1507 (adventu Domini) ?
e - sac 1524- ? mai 1531
sac c.1532- †.
f - 14 mars 1547.

---

Lamalle, p. 132:

Pede fol. 74 – 75 : domnus **Georgius Wilhelmi** vel Willems, Gandensis, monachus professus hujus domus, receptus et vestitus sub domno Carolo Serraes priore, 24[a] junij 1503 et anno sequenti die eadem professus. hic cum domno Jacobo clerici de quo infra simul primo Gandavi deinde Parisijs operam dederant bonis iteris datur in archivis in procuratura una litera scabinorum Gandensium qua **Joannes Willems** civis et opifex et Margarite Hoetermans conjux ejus parentes hujus domni Georgij dant domno priore Carolo ad opus monasterij annuatim redditum 30 solidos grossorum flandriæ super civitate Gandavensi, ad onus annui anniversarij perpetui ac pitantia piscium et unius pinta vini cuilibet monacho dandæ ; et in adventu cuilibet sacerdoti religioso unam pintam olei olivarum in perpetuum constituens. Littera est de 7[a] marty 1517. Hic fuit plus quam 23 annis in hac domo sacrista, nam anno 1524 hoc erat, et 14 martij 1547 sacrista obyt.

Pede fol. 77 : domnus Jacobus Clerici vel Clercx, Gandavensis, monachus professus hujus domus. Vestitus sub domus Carolo Serraes priore 18 junij 1503 et eadem die sequenti anno 1504 sub eodem domnus priore professus hic cum domno **Georgio Willems** qui supra, Gandavi primum, deinde Parisijs simul operam dederant bonis literis. Sacerdos est consecratus in adventu Domini 1507. Obyt autem prout habet nostrum calendarium 7[a] martij sed more antiquo non indicat annum. ex eo tamen quod adjungit : qui annis quasi 50 religiose vixit in ordine judicamus illum obysse circa annum 1553, et vixisse valde religiose.

PB:

Arsenal:

Schrije 40:

AC 100:27/3, p. 64, L35, c.1547: domnus Gerardus, Sacrista domus Capellæ.

ChM069
**Geralmus,** alias **Geralinus, Querebbe**
alias **Quarebbe, Karebe.**
b - Louvain (Brabant).
c - études a Louvain 1443.
d - ca 1445.
e - sds 1447
Li hos 1453-1455
Montdieu hos 1455- ?
f - 1469 (en Normandie).

---

Stiennon, MB, p. 505:

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Geralmus Querebbe de Lovanio, monachus domus huius.
Pede fol. 27-28 : domnus Geralmus Quarebbe Lovaniensis, monachus hujus domus professus circa annum 1445 et anno 1447 factus sacerdos. Invenimus quod de Mosa venerit ad domum Leody anno 1453, quodque priore Leodiensi solverimus pro vestibus quas pro illo fieri fecerat, pro pellibus pellicei etc. 12 libras 12 denario, quodque anno 1455 missus inde fuerit ad domum Montis Dei cujus et itineris expensae a nobis solutae fuerint. In catalogo professorum hujus domus anno 1456 scripto habetur nomen ejus et quod obierit in Normandia circa annum 1469. Alia de illo hactenus non invenimus.

Schrije 41:

ChM070
**Gerardus Alostanus**
alias **Govaert, Godefridi.**
d - dia 19 décembre 1562.
e - Li hos ? - †.
f - 20 janvier [c.1586].

---

Pede fol. 83 : Depono hic aliorum hujus Domus Religiosorum professorum nomina de quibus non constat nisi dies obitús eorum in Calendario, igitur :
domnusGerardus Govaert Alostanus monachos prof. hujus Domus ; Hospes in Domo Leodij in qua et defunctus est anno 1586, 20 Januarij

PB.

AAM, Acta Episcopalia Cameracensia, 25, f° 186: Eodem die promoti ad ordinem diaconatus (19 decembris 1562) Gerardus Godefridi carthusianus monasterij Herinus
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 20 januarius : domnus Gerardus Govaert, monachus Capellæ.
AC 100:27/4, p. 1, c.1586 : domnus Gerardus Alostanus, professum domus Capellæ, hospes in domo Leodij.
Arsenal : 20 [januarius] domni Gerardi Govaert Alostani professi domus L…….

*NLM030*
***Gerardus Gerritsz.***
*d - Amsterdam.*
*e - Amsterdam ? – c.1566*
*Bx hos c.1566-c1567*
*Ch hos c.1567- ?*

---

*AC 100:40, p. 174, L27-30, c.1566 : domnus Gerardus Gerardi, professus Amsterdamensis, ibidem hospes et incarceratus perseveret in carcere et statu in quo est, donec visitatores et prior invenerit in eo signa humilitatis et penintentie.*
*Scholtens, HB 54 (1937) 71 : Korten tijd later, namelijk in 1566, onderging een andere professus van het huis, D. Gerrit Gerritsz., een strenge vrijheidsstraf in het klooster te Scheut bij Brussel.*
*Scholtens, HB 54 (1937) 73 : Voorts is D. Gerrit Gerritsz., monnik van Sint-Andries ter Zaliger Haven, die – zooals wij hebben gezien – 's jaars te voren in Scheut bij Brussel straffen onderging, gedirigeerd naar de chartreuse van Herne bij Edingen met de aanmaning zijn vroeger gedrag goed te maken.*[1]
*Scholtens, HB 54 (1937) 80 : D. Gerrit Gerritsz, professus van Amsterdam, is in 1567 van Brussel naar Edingen gezonden.*

[1] *c.* 1567: "Priori domus Amsterdammensis non fit misericordia, quem hortamur ut patientiam habeat donec aliter Deus et Ordo disposuerit. Et procurator dictæ domus vadat hospitatum / ad domum Hollandiæ. Et visitatores aut alter ipsorum provideant eidem domui de procuratore idoneo de consilio prioris dictæ domus." – [in domo Bruxellæ:] "Et D. Gerardus Gerardi, ibidem hospes, vadat hospitatum ad domum Capellæ ad Ordinis voluntatem, et ibidem tam religiose in divinis laudibus et conversatione se habeat, ut merito justificari possit."

ChM071
**Gerardus Haghen van Breda.**
d - entré en 1429.
cité en 1458
f - 17 avril/12 mai 1465/1471.
g - auteur et copiste. 2 moines différents ?

---

de Wal, 7043, f° 74r: Gerardus Bredanus professus Capellæ et scriptor obijt anno 1465. 17 aprilis obijt Gerardus Bredanus, professus domus Capellæ vir admodum parvæ staturæ sed valde magnæ litteraturæ. Vide Dorlandum lib. 7 c. 27 (17 ?). Bostium. Sutorem Bibliothecam Cartusianam.
Le Vasseur (L.), *Ephemerides*, t. I, p. 461a. XVII die Aprilis. Gerardus Haghen. Monachus Capellæ. Dictus de Breda; huius monasterii alumnus, vitæ sanctimonia clarus et doctrina, qui cum scriptis multos ad scientiam salutis crudiisset, mortuus anno 1465, die 17 Aprilis, fulget nunc in perpetuas æternitates. *Chronicon Capellæ. Bostius cap. 33. Dorlandus lib. 7 Chronici. Petræus in Biblioth. Raissius.*

AC 100:6, p. 6:
AC 100:27/2, p. 74, L3-4, c.1466 : domnus Gerardus Haghen, professus domus Cappellæ.
AC 100:12, p. 71, L12-13, c.1471 : domnus Gerardus Haghen, monachus professus [domus] Capelle Beate Marie prope Anghiam, sacerdos, pro quibus fiat unum tricennarium defunctorum per totum ordinem.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 17 aprilis : domnus Gerardus de Breda, monachus Capelle.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 12 maius : domnus Gerardus Hage, monachus Capellæ.

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Gerardus de Breda, monachus domus huius.
Lamalle, p. 65 : anno Domini 1465, obiit dominus Gerardus de Breda, monachus professus huius domus. Vir admodum parvas staturæ sed magnæ valde litteraturæ. Conscripsit libros Hubertini et alia et valde multa copulata reliquit. Fuerat circiter 36 annis in ordine, receptus a domino Ioanne de Attrebato eodem anno quo obiit. (note : domnus Gerardus Haghen de Breda , dictus parvus, receptus a domino Joanne de Attrebato… anno 1429… Scripsit præter alia multa Vitam D. N. Iesu Christi insigni rythmo, de sacro quoque Sacramento altaris suaviter modulatus est, necnon et super Psalmo 67° qui incipit Exsurgat Deus et dissipentur inimici eius, nobilem edidit tractatum. Porro et alium conscripsit librum quem vocant (inquit Dorlandus) Beati misericordes. Quin et Ioannes Bunderus affirmat illum de religiosorum professione nonnulla esse commentatum, necnon et de septem horis canonicis quæ manuscripta alibi adservati ait. Habemus in hac domo manuscriptum eius sive trctatum inscriptum Generali ordins D. Francisco quem vocant Stabilitionem puerilem, in quo defendit ordinem cartusiensem contra illum rodente. Obiit autem 17 aprilis 1465 ut vixerat.
Lamalle, p. 78 : Anno eodem 77 in festo S. Anthonii obiit donus Nicolaus tans de Lovanio, qui fuerat magister artium et rexerat scholas in diversis locis ante ingressum, receptus ad ordinem a domino Arnoldi priore circa annum 63, et circiter 16 annis fuit hic monachus. Contigit vero ut in die obitus avunculi sui domini Gerardi de Breda celebraret prima m missam suam (note : il la célébra le mercredi après Paâques 1464)

Pede fol. 24 : domnus Gerardus Haghen de Breda, dictus parvus, monachus professus hujus Domus. receptus in ordine a D°. Joanne de Atrebato circa finem vitae ejus A° 1429. Vir instar Zachei statura pusillus sed virtutibus et scientia admodum magnus. de cujus eximijs virtutum ornamentis ( verba sunt Bibliotecae Cartusianae Petrei ) consule Bostium et Dorlandum, nos enim unico Sutoris contenti testimonio caeteros hoc loco missos faciemus. haec autem verba ejus: Gerardus de Breda multa sacrarum literarum eruditione mirandus, vitae sanctimonia praeclarus, dulcis eloquio, sententys plenus, tum ore tum calamo cunctis opem ferre studuit. Singulos namque ut potuit, adhortatus est ad bene, graviter, castigateque vivendum, ad contemnenda fragilis fortunae bona, ad virtutes amulandas ad superna denique bona jugiter expetenda. Scripsit praeter alia multa Vitam Domini nostri Jesu Christi insigni Rithmo. de sacro quoque altaris sacramento suaviter complura est modulatus. necnon et super Psalmo 67° qui incipit Exurgat Deus et dissipentur inimici ejus, nobilem edidit Tractatum. Porro alium quoque conscripsit librum quem vocant ( inquit Dorlandus ) Beati misericordes. quin et Joannes Bunderius affirmat illum de Religiosorum professione nonnulla esse commentatum, necnon et de septem Horis canonicis quae manuscripta alibi adservari ait. hactenus Petraeus. Habemus in hac Domo M.S. ejus sive Tractatum inscriptum

Generali ordinis Divi Francisci quem vocat stabilitionem puerilem, in quo defendit ordinem Cartusiensem contra illum rodentes. obyt autem 17ª Aprilis 1465. ut vixerat.

Pede fol. 30 : domnus Nicolaus Tants Lovaniensis monachus professus hujus domus receptus in ordine a V.P. domno Arnoldo Kaerman priore circa annum 1463. ante fuerat Magister Artium Lovanij promotus ~~cum eodem P Arnoldo Kaerman,~~ cantavit primam suam missam feria 4 Paschae A° 1464 die obitus avuneuti sui D **Gerardi de Breda** de quo supra rexerat etiam scholas in diversis locis. postquam fuisset 14 annis in ordine obyt aetatis 63°, et 17 January 1477

Arsenal:

Schrije 43:

AAM, Bax, t. III, p. 140, n° 346: Gerardus de Breda, a Loco natalis dictus, Natus veros militer circa inctium sæculi XV, cartusianus in Domo Capellæ B. M. Virginus prope Angiam. Hannoniæ Oppidum, Qui olim locus viros Doctrinam ac pietaten præstantis produxit plurimos: De quibus Dorlandus Libro VII. Cap. XXV et seqq. Coronæ Cartusianæ, ubi de Gerardo nostro loaquitur ita: Gerardus de Breda multam sacrarum Litterarum eruditione mirandus, vitæ Sanctimoniam præclarus, Dulcis eloquio, Sententiis plenus, tum ore tum Calamo Cunctis opem ferre studuit, etc. Scriptit autem teste Theoderico Petreio etc. etc.
Religiosus lametsi(?) Statura parvus ingenio tamen et virtutibus magnus. Raissiu auctarium ad 17 aprilis. f° 62.

BIOGRAPHIE NATIONALE, Ms A 168 t. 7, col. 639
Gérard de Breda : écrivain ecclésiastique, né dans la ville dont il porte le nom, probablement au commencement de XVᵉ s., prit l'habit religieux a la chartreuse de La Chapelle pres d'Enghien, et mourut dans ce monastere le 17 avril 1474( ????), apres avoir édifié longtemps ses freres en religion par la sainteté de sa vie, de ses discours et de ses écrits. Il a laissé les ouvrages suivants, restés en manuscrit :
*Vita D.N. Jesu Christi*, en latin rimé ; 2° *De sacrosancto altaris Sacramento*, également en latin rimé ; 3° *Tractatus super psalmum LXVII : Exurgat Deus*, etc. 4° *De religiosorum professione* ; 5° *De septem horis canonicis* ; 6° Un traité intitulé : *Beati misericordes*. « C'est peut-être a Gérard de Breda, dit Paquot, qu'il faut rapporter ce qu'on lit dans l'Appartus de Possevin, éd. de 1603, I, p. 633 : *Gerardi, nescio cujus, cartusiani, tractaum de oratione crebro Martinus doctor Navarrus* in Enchiridio de horis canonicis *citat.* »
E.H.J. Reusens.
Source : Paquot, Mémoires, éd. In-fol., II, p.4.

ChM072

**Gerardus Naghel.**

b - Delft (Hollande-Méridionale, Pays-Bas).
c - prêtre séculier.
d - ca 1425/1430.
e - proc(?) ? - ?
vic(?) ? -1435
P c.1435-1437
moi 1437- †.
f - 1 janvier 1471.

---

Delvaux, MB, p. 1441:

Lamalle, 11 : Erat quædam hic etiam annua processio in qua imago Beatæ Virginis circumferebatur. Dicitur quod in quodam die processionis eiusdem fuerit circa ecclesiam nostram factum homicidium, circa annum Domini M.CCCC.XXXVI. Dominus Gerardus Naghel de Delft, tunc prior huius domus, impetravit a domino Ludovico comite Sancti Pauli et domino terræ angiensis ut ipsa processio cessaret, quod sic factum est, quamvis de hoc multi, præcipue iuvenes, multum dolerent. Solebant etiam prior et procuartor huius domus personaliter incedere in ipsa processione. Dies vero processionis erat prima dominica post festum Sanctorum Iacobi et Christophori.
Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Gerardus Naghel quondam monachus et prior huius domus
Lamalle, p. 196, note 1 : dom Musschezeele succédait à Gérard Naghel, déposé pour la rigueur avec laquelle il traitait les moines.
Pede fol. 11 : domnus Gerardus Naghel Delfensis prior hujus domus successit domno de Montignies, novellus adhuc in ordine, receptus enim a domno Joanne de Attrebato circa finem vitae ejus. hic fuerat in saeculo sacerdos saecularis et in ordine fuit Procurator etiam et vicarius hujus Domus. Vir sanctus, zelosus et valde scrupu-
losus -, rigorosus in abstinentijs ordinis et observantijs tam ad se quam ad alios, nam Jejunia diebus Lunae et mercurij fecit servari inistrans nec potagium et similiter abstinentiam semel in hebdomida in pane et aqua: ae propter nimisericordia.m rigorositatem videtur absolutus. circa finem vitae suae fuit fere totus caecus itaus pluribus annis ante mortem non celebraverit, sed baculo palpitando venit ad Ecclesiam vel ducebatur ab aliquo Fratrum, sed solus communiter erat in sua cella nisi aliquid ministerij fieret ab aliquo fratrum. Prior factus hic per cartam 1435 et absolutus per Chartam 1437. tandem obyt 1ª Januarij 1471

Pede fol. 11-12 : Tempore prioratus supradicti domni Gerardi Naghel, scilicet anno 1436 perpetratum fuit homicidium circa Ecclesiam Capellae nostrae, die qua processionaliter circumferebatur Imago B° Virginis Mariae. quare V.P. Prior impetravit a Domino Ludovico Comite S. Pauli et Domino Terrae Angianae ut ista processio cessaret et amplius annualiter non fieret, sicut factum est quamvis de hoc multi de populo
communi praecipue Juvenes dolerent. Solebat etiam prior et Procurator Domus personaliter incedere in hac Processione quae fiebat in Dominica post festum S.S. Jacobi et Christophori. Haec Wallius ex Chronico

Pede fol. 13: prior electus eodem anno cum esset ingens frumentorum inopia et diversa circumquaque loca gravi famis periculo laborarent; et domnus Gerardus Naghel Praedecessor V.P. Laurentij vir esset parcus et solaria plena reliquisset annona et bladis; ea ille omnia largiter pauperious erogavit pauperum et calamitosorum omnium prodigus Provisor et Pastor.

Pede fol. 27 : domnus Arnoldus Pouwels de Monte Sª Gertrudis, monach^s prof ^s hujus Domus, receptus a D Joanne Atrebatho priore qui supra circa finem vitae ejus. de hoc Insignissimo viro scribimus sequentia ex Raissio ad 2^m Juny. et ex Dorlando fol 455. Capellae dormitio venerandi Arnoldi a Gertrudis berga Cartusiani.
quondam vicarij et Procuratoris dictae Domus. Vir fuit ob praeclaras animi dotes et virtutes quae in eo relucebant multum venerandus. Primo Vicarius ( a V.P. **Gerardo Naghel** priore anno 1437 ) deinde a D° Laurentio Musschezelio priore Procurator constitutus quatuor et viginti annis ita munus illud laudabiliter exercuit ut in hodiernum usque diem, sua illic laudum praeconia perseverent. vivebat in hoc officio virtute non facile omnibus imitabili, nunc Marthae nunc Mariae vicissim otium negotiumque consectans et in extremis curis sabbatum mentis custodiens. tandem ab illo officio absolutus ( circa annum 1465 ) fuit in Cellas circiter ii annis et Magister Novitiorum.

Pede fol. 28 : domnus Jacobus de Heutere Delphensis monachus prof[s] hujus Domus receptus judicio Chronici nostri a V.P.D **Gerardo Naghel** priore qui supra, qui prior factus A° 1434 absolutus est A° 1437.ergo receptus intra illos annos;

Pede fol 29 : domnusJoannes Theodorici vel Diericx Delphensis monachus professus hujus Domus, receptus a D° Gerardo Naghel priore qui supra pariter Delphensi. Majora de hoc Venerabili Viro referre non valemus quam de eo in suis Libris scripto reliquerunt et Dorlandus et Raissius, et sunt sequentia : 27[a] Augusti 1475 Capellae
prope Angiam Dormitio Joannis Theodorici ibidem Cartusiani, qui ante ordinis ingressum fuit Magister Artium Coloniae, rexitque Scholas. receptus vero fuit ad ordinem a Gerardo Naghel quem imitatus est abstinentijs rigorosis. in religione vixit annis quadraginta in magna simplicitate parcitate et rigorositate sacri Instituti, tam sollicitus oris sui custos, ut otiosum verbum strictissime devitarit.

Pede fol. 33 : domnus Joannes de Wiese alias de Blisia Teneramundanus, monachus prof hujus Domus, Magister Artium et notabilis sacerdos saecularis, receptus an D° Joanne de Montignies qui supra circa an. 1431. Anno 1434 successit in Procuratura hujus Domus D° **Gerardo Naghel**.

Arsenal:

Schrije 44:

L. Le Vasseur, Ephemerides ordinis cartusiensis, t. I, p. 1, Mensis Januarius, I die januarii : Gerardus Naghel, prior Capellæ. Ante Ordinis ingressum sacerdotio initiatus, habitum religionis suscepit in Domo Capellæ juxta Angiam, ubi cum aliquandiu Procuratoris, deinde Vicarii munus laudabiliter obivisset, circa annum 1435 ad hujus monasterii moderamen assumitur. Severus disciplinæ regularis observator, feriis sextis pane et aqua, feriis secundis et quartis solo pulmento victitabat juxta priscum Ordinis morem, ad quod austerum vitæ genus commissum ibi gregem exemplo suo compellebat. Orationibus, vigiliis et jejuniis jugiter addictus, cum ad tranquillum solitudinis portum anhelaret in dies, post biennium regiminis petitam magna cum instantia prioratus abdicationem a comittis Ordinis obtinuit. Cellæ igitur quieti redditus, dum uni necessario vacaret (quia Deo acceptus erat), sub vitæ finem orbatus oculorum lumine, sustinuit patienter hanc infirmitatem. Palpando, sese reptans ad essclesiam, memorque Salvatorem nostrum non venisse ministrari sed ministrare, vix ullius servitium pius senex admittebat. Demum cum diu in Ordine religiose conversatus fuisset, tandem vitæ mortalis cursum feliciter absolvit, die Dominicæ Circumcisionis anno 1471, relicta sanctitatis opinione. *Ex Chronico ms. Domus Capellæ.*

AC 100 :9, p. 123, L5, c.1435 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100 :9, p. 142, L27-28, c.1436 : priori domus Capellæ Beatæ Mariæ non fit misericordia, et de licentiis quas petit respondebitur sibi ad partem.
AC 100:10, p. 192, L27-28, c.1436 : priori Capelle Beate Marie non fit misericordia, & de licencijs quas petit respondebitur sibi ad partem.
AC 100:24, p. 146, L22-23, c.1436 : priori Capelle Beate Marie non fit misericordia et de licentiis quas petit respondebitur sibi ad partem.
AC 100:24, p. 153, L15-18, c.1437 : priori domus Capelle Beate Marie iuxta Angiam ad suam magnam instantiam fit misericordia Et de futuro priore committimus conventui electionem et si […] fuerit visitatoribus confirmata.
AC 100:12, p. 137, L7-8, c.1471 : domnus Gyraldus Naghel, monachus professus domus Capelle Beate Marie prope Angiam, sacerdos, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:6, p. 134, L31-32, c.1471 : domnus Gerardus Naghel, monachus professus domus Capelle Beate Marie prope Angiam, sacerdos, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 1 januarius : Gerardus Naghel monachus domus Capellæ.

ChM073

**Gerardus van Santen**

alias **de Santis, de Zantis.**

a - p.: Jean de Lerno.

b - Saintes (Brabant).

c - prêtre séculier.

d - entré en 1338.
prof 1339
2° Li ca 1371 (LiM048).

e - proc 1343-1347
cité 1360, 1363.
Di hos ? - ? (peu probable)
Li ca 1371- †.

f - 15 mars 1377.

g - auteur et copiste.

---

Lamalle, p. 17 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Gerardus de Sanctis, monachus et procurator huius domus.
Lamalle, p. 26-27 : anno millesimo tercentesimo trigesimo octavo, fuit in hac domo receptus ad ordinem tempore prioratus Ioannis Bochoute quidam clericus dictus Gerardus de Sanctis. Hic tempore noviciatus sui legavit huic domui suas hereditates ut patet in quodam instrumento de hoc facto (a). Hic ergo dominus Gerardus fuit procutrator huius domus circa annum Domini 1343, nescio quot annis. Hic scripsit etiam originales libros de redditibus quos hæc domus possidebat tunc temporis. Correxit etiam biblia et fuit egregius scriptor. Multos pulchros libros scripsit et etiam cantuales infirmarius huius domus habet duos libros eius manu conscriptos. Fuit etiam notabilis clericus, sicut apparet ex diversis eius scriptis. Hic habitavit posrtea in domo prope Diest, demum in domo Leodii. Credo quod ibi obierit. An tamen in aliqua illarum domrum etiam fecerit professionem ignoro. Fuit in ordine plus quam 30 annis, quia anno 1371 vixit adhuc in domo Leodii, ut scripsit manu propria in libro infirmorum. Credo uod hoc fuerit circa finem vitæ suæ. Ipse erat expertus in tribus linguis. Obiit idibus martii.
(a) Lamalle, p. 26 note 4 : testament fait dans le cloître de la chartreuse, 28 août 1339 : « Gerardus dictus de sannten, filius legitimus Ioannis dictus Hanne de Lerno novicius et nondum professus… » lègue au couvent des pièces de terre sises a Santen (Saintes).
☛ Joannes van Bouchoute est décédé le 4 avril 1338 comme prieur de Bois Saint Martin (depuis 1332).

Lamalle, p. 53 : BRB, ms 3416-24, f° 1r : « Dit is die prologe her Gherardus, dier wilen prioer was in der oerden van tsartroysen ense die dese boeke vagaderde ». In catalogus van de tentoonstelling in K.B. 17 october – 28 november 1981, Jan van Ruusbroec, p. 85 : … Aan de vijf tractaten van Ruusbroec, die hij omstreeks 1363 liet samenbundelen, liet broeder Gheraert een *Prologhe* voorafgaan, …
… Daar in de priorlijsten van het kartuizerkloostter te Herne alleen een Gherardus Naghel van Delft wordt vermeld… Gerardus de Sanctis wordt nergens als prior beschreven. ( *nota F.T.* : Jacobus van Liedekerke is prior tot 1360 en de volgende gekende prior is Petrus Naghel vanaf 1365/6)

Pede fol. 3 : domnus Gerardus de Santen alias Sants professus hujus domus, receptus anno 1338, professus anno sequenti 1339. Ante ingressum ordinis clericus sæcularis notabilis. Procurator erat anno 1344 usque 1347 et forsan ulterius. Hic scripsit originales libros de redditibus et bonis quæ tunc possidebamus nitidissimo charactere qui adhuc sunt in procuratura. Correxit item bibliam quæ dicebatur antiqua, et scripsit egregius scriptor multos pulchros libros etiam cantuales. Habitavit in Zelhem et in domo Leody in qua obysse creditur, anno 1371, 15ª martij.

Arsenal:

Seynaeve, pp. 318-324:

J. D. Janssesn, Middeleeuwse « Literaire » activiteiten in de Augustinerpriorijen van het Zoniënwoud, overdruk Eigen Schoon en De Brabander, Jg. 1981, nrs 7-8-9, p. 83 : over « vanden gheesteliken tabernakel » … om de lof van broeder Gheraert voor de « auctoer » van dit werk waarin « is

menigherhande gheestelijke subtiele waerheit getrocken uten intricasteren (*ingewikkelde*) dinghen , die in alle de bibelen legghen »

Broeder Gheraert van Herne, die we als de meest objectieve getuige over Ruusbroecs leven en werk het volle krediet mogen schenken, … heeft uit de mond van de heer Jan vernomen dat hij « op een tijt satende redende van (*in gesprek was over*) gheesteliker materien met enen clusenaer, ende als sy sceyden souden, hadt hem die broeder herde seer (*nadrukkeleijk*) dat hi hem redenen die si dair ghehandelt hadden, woude verclaren met enighen ghescriften, op dat hi ende anders yemant (*iemand anders*)dies ghebetert mochten werden (*daaruit voordeel zou kunnen halen*). Ende uut dier beden (*op dit verzoek*) maecti hi dat boec … (ed. W. de Vreese, Bijdragen tot de kennis van het leven en de werken van Jan van Ruusbrouc, I, Die Prologe van her Gerardus, in Het Belfort, 10 51895), bld 16, r.9-15)

*NCM010*
***Gisbertus.***
*e -    hos c.1535.*

ChM074

**Gisbertus,** alias **Ghiselbertus, Guiselbertus, van Lederdam.**

d - ca 1390. ou >1390

e - cité 1390, 1412, 1429
vic(?) 1441.

f - 26 octobre 1441.

g - copiste.

---

Lamalle, p. 20 : (anno domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellæ XVII personæ aliis vestibus indutæ, scilicet istæ) dominus Ghisbertus monachus domus huius.
Lamalle, p. 21 : (hic sequuntur nomina religiosorum qui non fuerunt hic anno M°CCC°XC° sed postea venerunt et sunt defuncti usque ad annum M.CCCC.LVI) dominus Ghisbertus de Lederdam, monachus, iste est idem qui supra.
Lamalle, p. 56 : anno 1441 obiit 7 kalendas novembris dominus Gyselbertus de Lededam monachus professus huius domus. Hic fuit multis annis in ordine ; stetit tamen aliquando in aliis domibus sed hic vicarius finivit. Hic scripsit partem æstivan homiliarii, qua nunc utimur, et unum antiphonarium in duobus voluminibus et alia multa. Puto quod iste fuerat iste Gysbertus qui annumeratur inter monachos huius domus anno 1390 et secundum hoc fuit plus quam 50 annis in ordine.

Pede fol. 10 : domnus Gisbertus monachus hujus domus, qui obyt 26 octobris

Pede fol. 10 – 11 : Nota ille domnus Gisbertus vocatur alibi Gyselbertus de Lederdam qui in cartis capituli generalis annorum 1412 et 1429, fuit reprehensus, et obyt 26 octobris 1441 cum haberet plusquam 50 annos in domo.
Pede fol. 18 : domnus Gyselbertus de Lederdam monachus professus hujus domus de quo supra fol. 10 et debebat hic poni, obyt 26 octob: 1441. Hic scripsit partem æstivam homiliarum qua tempore chronici utebantur et unum antiphonarium in duobus voluminibus et alia multa.

AC 100:7, p. 27, L31-33, c.1412 : priori Capellæ non fit misericordia, et domnus Gisbertus monachus dictæ domus remaneat ibidem et aufertur sibi omnis spes emissionis, quod si aliquando super hoc molestaverit, carceri mancipetur.
AC 100:9, p. 30-31, c.1429 : domno Giselberto professo domus eiusdem (Capellæ) imponimus perpetuum silentium ne amplius infestet visitatores vel suum priorem de recessu ad aliam domum sub pœna carceris.
AC 100:10, p. 127, L27-30, c. 1429: domno Ghusberto professo domus Capelle imponimus perpetuum silentium ne amplius infestet visitatores vel suum priorem de recessus ad aliam domum sub pena carceris.
AC 100:24, p. 94, L5-8, c. 1429: domno gyselberto professo domus Capelle imponimus ei perpetuum silentium ne amplius infestet visitatores vel suum priorem de recessus ad aliam domum sub pena carceris.
AC 100:24, p. 185, L45-47, c.1442: domnus Ghiselbertus de Lederdam monachus professus domus Capelle Beate Marie sacerdos pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:11, p. 19, L34-35, c.1442: domnus Ghislebertus de Leberdam, monachus professus domus Capelle Beate Marie sacerdos pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:3, p. 97, L3-4, c.1442 : dominus Ghiselbertus de Lederdam, monachus professus domus Capelle Beate Marie, sacerdos, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].

Arsenal : 26 octobris, obiit Ghiselberti monachi domus hujus.

Schrije 46.

ChM075
**Gisbertus van Massemen**
alias **de Masmene.**
f - 29 mai ? (>1390).

---

Lamalle, p. 17 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Gisbertus de Massemene, monachus domus huius.
Pede fol.6 : domnus Ghysbertus alias Gillebertus de Masmene, monachus hujus domus qui obyt in kalendario 29 may.

Schrije 47.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 29 maius : domnus Gillebertus de Masmene, monachus Capellæ.
Arsenal : 29 [maius] domni Gilleberti de Masmene monachi huius domus.
Arsenal : 7 [februarius] parentum domni Ghiselberti de Masmene quo dedit bona hereditaria domui quj.. [videlicet annuati IIIJ$^{os}$ scuta.

ChM076
**Godefridus Fabri.**
e - cité 1390.
f - 12/13 avril 1423.

---

Lamalle, p. 20 : (anno domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellæ XVII personæ aliis vestibus indutæ, scilicet istæ) dominus Godefridus Fabri monachus domus huius.
Pede fol. 10 : domnus Godefridus Fabri monachus professus hujus domus qui prout alibi inveni obyt 13 aprilis 1423.
Sequentes monachi hujus domus scribuntur in cathalogo religiosorum domus in ea residentium anno 1390, kalendario tamen neglecti sunt inscribi et in eo non inveniuntur, judiæ ejus eos ante annum 1440 obijsse quare hoc loco illos ponimus.

Arsenal:

Schrije 48.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 12 aprilis : domnus Godefridus Fabri, monachus Capellæ.

ChM077
**Godefridus Janssens**
alias **de Tolene, de Tollene.**
c - études a Paris.
d - entré le 1 novembre 1471.
e - cité 1481
moi 1487-1490.
f - 24 janvier 1500.

---

de Wal, ms. 7043, f° 10v : ????
KBR, de Wal, ms 7043, f° 109v: Anno 1489 : Ideo quid de Godefridus qui sanctamm domum Capellæ hoc tempore turbabat fuit definitum in Capitulo non puto silentio pertranseundum. Calumniator Capitulo Generalis punitur.
Et domnus Godefridus monachus domus Capellæ qui Dei timore postposito suis ineptis scripsis tam temero quam mendaciter sine omni reverentia lacerare Capitulum Generale præsumit dicendo quod dictum Capitulum Generale decipit suos novitios legende eis statuta tanquam legem et post professionem cumtenentur ligati cogit eos ad ordinationes dictis statutis contrarias quod utique falsum est. Ut omnis deinceps iniquitas opilet os suum et discat aliquando reticere qui nunquam didiscit bene loqui sit ipse in disciplina generali ad ordinis voluntatem. Et si de cetero simile quid attentaverit ordo providebit quod ceteris cedet in exemplum.

Lamalle, p. 69 et 89:`

Pede fol. 40 – 41 : domnus Godefridus Joannis de Tolene, monachus professus huj Domus ante Magister Artium Parisijs, receptus a D° Arnoldo Kaerman priore circa festum Omnium Sanctorum 1471; novem circiter annis professus se reprehensibilem reddidit. nam Carta capituli nostri generalis anni 1481 habet articulo Domus Capellae: Et Litteris Praedicatoris domni Godefridi monachi ejusdem Domus, supervacaneum judicavimus respondere, et imponimus ei silentium et ut conformet se bene instiuto Conventui suo. Simile quid habet Carta capituli anni 1488 et dicit: Et monemus denuo domnum Godefridum monachum ibidem, ne contra dictum sapientis, suae innitatur prudentiae; sed superiorum monitionibus et ordinationibus humiliter acquiescat, et si suos proclamatione dignos novit, potius in privato quam in publico denunciet, ut Charitas et emendatio potius quam confusio quaeri videatur, et amodo non inquietet capitulum vel Patrem Reverendum super
hujuscemodi re; alioqui ipso facto sit disciplina ordinis. Hae admonitiones desideratum affectum non habuerunt: nam anno sequenti 1489 Carta capituli habet sequens: Et domnus Godefridus monachus dictae Domus, qui Dei timore postposito, suis ineptis scriptis tam temere quam mendaciter praesumpsit non solum
reprehendere sed etiam mordaciter sine omni reverentia lacerare capitulum generale; dicendo quod dictum Capitulum decipit suos novitios legendo eis statuta tamquam legem; et post professionem cum tenentur ligati, cogit eos ad ordinationes dictis statutis contrarias: quod uterque falsum est. Ut omnis deinceps iniquitas oppilet os suum et discat aliquando relicere qui nunquam didicit bene loqui, sit ipse in disciplina generali ad ordinis voluntatem, et si de caetero simili aliquid attentaverit, ordo providebit quod caeteris caedet in exemplum.  ijs non obstantibus scripsi ad generale Capitulum vel R[m] Patrem; nam anno sequenti in Carta iterum admonetur his verbis, licet parum mitius: Et D° Godefrido scribenti de proclamationibus fiendis; imponimus silentium, et hortamur: ut se alys conformet, monitisque visitatorum ac prioris sui plus solito obtemperet: ab eo anno 1490 nihil amplius de illo invenimus, credendum est quod plene ad se redierit. Obyt autem in hac Domo 24[a] Januarij anno 1500.

Arsenal :24 [januarius] domni Godefridi Iohannis monachi huius domus.

Schrije 51:

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 24 januarius: domnus Godfridus Johannis, monachus domus Capelle.
AC 100:27/2, p. 78, L15-16, c.1500 : domnus Godefridus Joannis, professus Capellæ.

ChM078
**Gommarus vanden Eynde**
alias **vanden Hende, vanden Ende.**
b - Lierre (Anvers).
1640
d - ca septembre 1661.
e - sds 3 mai 1665 (a Cambrai)
Valenciennes hos 1666-1670
Ch vic 1670-1672
Bx hos c.1674- 4 novembre 1677
Ch proc 4 novembre 1677- c.1683
SM P c.1683- †.
f - 18 aout 1692.

---

Gde Chartr., A-(V) 231 (6 Engh. 1), non folioté : 1661, manuale, ditto (18 7bre, reçu du pere de Van den Eynde 100 florins.
PB:

RAR, 46, 48 et 49:
RABg OKA 338

Pede fol. 122 – 124 : domnus Melchior Pletincx Herinensis, Monachus hujus Domus et in illa professus 28ª Januarij 1653. Procurator institutus in illa in Martio 1658 loco domnus Balthasar de Wolf praedecessoris Procuratoris in priorem hujus Domus electi; quem in diligentia et oeconomisericordia.e scientia insecutus est et maximam partem habuit in erectione aedificiorum omnium tunc constructorum: et in bellorum tempestatibus continuis infatigatus. Procuraturam sic gessit in hac Domo per 18 annos, donec anno 1676 initio anni per Litteras obedientiales factus fuit vicarius apud moniales nostras Brugis, quod non mansit nisi ad cartam usque capituli nostri generalis anno 1677 sequenti, per quam domnus Henricus Petit prior hujus Domus loco ejus missus fuit ad vicariatum illum monialium, et domnus Melchior institutus fuit hujus Domus prior. domnus Petit creaverat sibi Procuratorem Dm Hieronimum de Hoppenbrouwer professum D° Antverpiae ex vicario Domus hujus. hunc domnus Melchior prior prima Dominica adventus sermonem habens in Capitulo nostro iterum in vicariatu restituit his verbis: Huic Domui nostrae cum a quatuor mensibus vicario orbatae necesse est ut provideatur, et quidem tali omnes in observantia regulari aedificare possit etc post ex tollentiam oculorum in diversas personas, tandem illos conjeci in personam domni Hieronimi de Hoppenbrouwer
illi igitur gratias ago de labore, sudore et obsequio prestito in officio Marthae eumque absolvo ab officio Procuratoris et instituo vicarium hujus Domus,autem **Gummarum van den Eynde** denomino et instituo Procuratorem hujus Domus in nomine Patris etc Anno 1679 pro prima vice ascendit ad Capitulum generale unde descendit cum onere visitandi ut Collega Domos Mogunty et Molshemij visitatorum ascendit iterum ad Capitulum anno 1681, unde reversus est tunc Convisitator provinciae. Anno autem 1687 cum iterum ascendisset in periculosam infirmitatem incidit Rhemis quo missus fuit frater Anthelmus Donatus, sanus
autem factus iter iterum arripuit. Interea toto prioratus sui tempore semper hic bellum erat, annis singulis praedationes, depopulationes agrorum, spoliationes villarum, concursiones Rusticorum ad hanc Domum cum
suis equis et pecoribus et mobilibus ut ea conservarent sub militibus salvegardis quos continuo habebamus ad hoc: et quorum stipendia quae erant maxima, pro majori parte solvebant illi Rustici, sicut et nos. super omnia illa damna quae continuum nobis Bellum intulit, habuimus hic initio augusti 1690 tantam inundantiam aquarum ut quasi dilivium esset, vivarium nostrum in hac Domo et ante portam et omnia Receptacula
piscium nostrorum in unum diffluebant, it aut quasi mare viderentur, in Scibbeke vivarium vel vivaria terminos suos egrediebantur ad plateam usque, unde et pro majori parte pisces nostros amisimus . anno 1691 gravius exarsit bellum in his partibus, et 18 februarij cum Procurator noster, Nicolaus de Vroede villicus noster in Nevioele cum Hortulano Domestico nostro tenderent versus Tornacum, inter Tuilain et Mogrez prope Maude fuerunt arrestati et ducti athum ad Gubernatorem nomine Fareau; allegantes quod carerent salvo conducto et quod certe Equos ducebant ad Gallos: quidquid in contrarium dicerent nil juvabat et fuerunt coacti ut liberi evaderent dare 24 paltacones ne bona nostra situata in flandria in confiscationem caderent, cessimus illa hac aestate, facto Instrumento desuper Patribus nostris Gandensibus et Sylvae S. Martini, insuper per totam aestatem habuimus una die hic salvagardum Hispanum, altera die salvagardum Gallicum et sic semper unum

vel alterum, uni dandim erant 106 Imperiales alteri 60 Imperiales et sic continuo. 12 aprilis huc venerat cum maximis minis, flammis ora nostra devastandi Gallus Capitaneus
Le Fevre Regiminis de Roussillo n, quod fecerat alijs, nisi dedissemus illi in promptis pulcherrimum Equum, quem ad illum duci jussimus in Braniam Comitis. Procurator noster 7[a] Junij cum esset cum Gregorio de
Smet majero de kestergewaut Angiae in platea e regione de Witte Leirse et simul indecerent, fuit majerus occisus duobus ictibus pistoleta per unam partem Copiarum Lunenburgicarum; Procurator feliciter evasit a
fractione capitis quam illi minabantur. Huic tristissimae vitae succumbere debuit venerandus prior noster sic zelans domum suam; nam volens loqui priori nostro Bruxellensi, locum collocutionis mutuae elegerant villam Cartusiae istius in Liniaco S. Martini, ad quam cum advenissent 20 Xbris 1691, prior et Convisitator Melchior Pletincx subitanea quasi morte defunctus est scripsit egregium Registrum Bonorum nostrorum et alios utiles Libros in Procuratura Vir vita longiore dignissimus ad bonum Provinciae et hujus Domus.

Pede fol. 124 : domnus Gummarus van den Eynde Liranus. Monachus hujus Domus professus in 7bri 1662, et factus sacerdos Cameraci 3[a] Juny 1665. Anno sequenti 1666, 24[a] augusti per Litteram obedientiae P Visitatoris missus est ad Domum Valencenarum Hospes, pro cujus cambio huc venit ex illa Domo domnus Antelmus Laurent. Anno autem 1670 inde huc rediens factus est vicarius qua qualitate se signat adhuc 17 Xbris 1670, sed non diu post. Anno 1674 ex hac domo mittitur ad Domum Bruxellae, unde huc iterum redijt 4 9bris1677, et prima dominica adventus sequentis factus est ut vidimus supra in capitulo procurator hujus domus. hoc officio tam laudabiliter ijs turbulentis temporibus functus est, ut per cartam capituli generalis anno 1683 ex procuratore nostro factus sit prior domus Sylvae Sancti Martini. in illa recepit ad ordinem tempore prioratus sui quatuor monachos et tres donatos quos omnes novimus et qui omnes ultra 50 annos laudabiliter vixerunt in ordine. Bonus autem pater prior Gummarus obyt in illa domo 18 augusti 1692. Scripsit in hac domo Capellae cum procurator esset etiam partem registri et non inutiles annotationes ad procuraturam.

AC 100/35, p. 7, c.1689 : priori domus Sylvæ Sancti Martini non fit misericordia
AC 100/13, p. 52, c.1674 : Gummarus van den Eynden eat ad domum Bruxellensem
AC 100/35, p. 16, c.1690 : priori domus Sijlvæ Sancti Martini non fit misericordia
AC 100/35, p. 19, c.1693 : domnus Gommarus van den Ende professus domus Capellæ, alias prior domus Sylvæ Sancti Martini.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 18 augustus : domnus **Gummarus vanden Enden**, prior de Sijlve Sancti Martini, professus domus Capelle, et quondam procurator ejusdem. A° 1692.

L. Vercammen (OCCR) : Antwerpen, wijdingen.

*SMM052*

***Goswinus.***

*e -     bos ? -c.1386- ?*

*BxM056*

***Gregorius de Doncker.***

*e -    vic 1699, 1700- ?*

---

ChM079

**Gualterus.**

f - 30 septembre ? (>1390). ????

ou

e - cité 1390

f - 30 septembre ?

---

Lamalle, p. 20 : (anno domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellæ XVII personæ aliis vestibus indutæ, scilicet istæ) dominus Walterus, monachus huius domus.

Pede fol. 7 : domnus Waltherus prof hujus Domus qui hic vivebat anno 1390 et obyt 30 septembris.

Schrije 52.

*LoM050*
**Gualterus Langius.**
*e - hos ? – c.1599.*

---

*Gde Chartreuse, varia 6 Alem 4, p. 41: c.1599: (domus Capellæ) et domnus Walterus professus domus Lovanii qui es fuga reversis a pater visitatoris comissus fuerat vadat hospitatum ad domum Silvæ Sancti Martini, quam admonemus ut deinceps se emendare studeat.*

ChM080
**Gulielmus Apsel van Breda**
alias **Absel.**
a - m. : Margareta Ravens
b - Breda (Brabant-Septentrional, Pays-Bas).
c - ca 1429: études a Louvain.
d - ca 1431.
e - Bg P c.1462-1465
Ch moi 1465- †.
f - 4/5 aout 1471.
g - auteur, copiste.

---

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Guilielmus Absel de Breda, monachus domus huius.
Lamalle, p. 64 : eodem anno (1462) domins Arnoldus prior noster fecit collationem in capitulo generali et domins Guilielmus de Breda institutus est per capitulum generale prior domus Brugensis, ubi circiter tribus annis fuit prior et anno sexgesimo quinto tempore visitationis absolutus rediit ad hanc domum.
Lamalle, p. 68 : eodem anno (1471 : obiit in die S. Dominici dominus Guilelmus Absel, monachus professus et sacerdos huius domus receptus ad ordinem a domino Joanne de Attrebato, sed professionem fecit sub domno Ioanne de Montegys. Stetit circiter 40 annis in ordine, sed ante obitum suum fuit per tres annos prior Brugensis. Inde huc regressus post 5 vel 6 annos hic defunctus est. Hic fuit vir magnæ scientiæ et egregius librorum ligator atque operarius in aere et lignis. (note 3 : Dorlandus en fait à tort un prieur d'Hérinnes ; note 4 : F.V. Goethals, Lectures relatives à l'histoire des sciences, des arts… en Belgique, t. I, p. 23-24, s'inspire aussi de Bostius. Il veut de plus voir en G. Absel « le plus grand graveur de l'école flamande ; il gravait, selon les mémoires de son ordre non seulement sur cuivre, mais encore sur bois ». C'est forcer le texte de Beeltsens : on trouvera plus loin, surtout dans les notices rédigées par Ammonius, de nombreux exemples de religieux fabriquant de petits objets en bois ou en métal.)
Pede fol. 25-26 : Wilhelmus Apsel Bredanus monachus professus hujus domus. receptus a domno Joanne de Atrebato sed professus sub domno Joanne de Montignies prioribus qui supra, A° 1431. Illustrissimi hujus viri mentionem facit R.P. Arnoldus Bossius Carmelita Gandensis in suo opusculo de Viris Illustribus Cartusia nae familiae, unde Chronicon nostrum, Dorlandum, Raissium et alios qui de hoc scribunt praetereundo, hic ponam quae ille scribit. Guilielmus cognomento Apselius patria Bredanus, ex professo D. Capellae B. M. prope Angiam ( per cartam capituli A° 1462 factus prior Brugis, sed in visitatione A° 1465 ad suam instantiam absolutus ). Vir alto sanguine natus, devotione operosa se totum exhibuit cultorem virtutis et nimiopere hostem carnis. Scivit enim continentiam optimam esse balsami speciem, quae corpus a corruptionis injuria conservat. Calamum quoque strenue crebriusque movit, ut perquam multis proficere posset, sacrae scripturae verba passim et ubique et artificiose contexens. Inter alia vero complura tractatum elegantissimum ad semper candiddam caeli Reginam, nostras omnium delicias Mariam, more condidit oratorio, secundum omnes Rhetoricae Ciceronis tam verborum quam sententiarum colores. Hugoni quoque de Vercondis, Trajectensi monacho Vallis gratiae filio in Christo charo, dicavit opusculum luculentum De vera pace, Craesi divitijs longe praeferenda. Insuper ad Charissimum sibi priorem Carmelitarum tunc prope Angiam, doctum devotumque Patrem, Tractatum versu eleganti super oratione Dominica pro Placenta paschali misit. Sed et Epistolarum sententiosarum et elegantium libros admodum multos scripsit: quorum unus ad Christo dicatam virginem, genere moribus, litteratura perinsignem mariam de Oss, charissimam sibi ex sorore neptem, Throni S. Mariae in Teneramunda sacri ordinis S. Brigittae abatissam primam: cui etiam dicavit opera plura. Speculum quoque composuit super nomine suo, novem et decem capitulis divisum; nedum sibi sed et singulis qui in eo se speculari voluerint, maxime profuturum. Item de Officio Marthae Libellum. Dialogum quoque jucundum et utilem; ubi ipse veluti Pater tanquam filiae spiritali, de multis eruditissime loquitur. Divi proinde abbatis aegidij vitam Rithmo dulcisono perbelle concinuit. Reliqua
que complura nec sale vacua neque lepore, tam prosa quam diversa generis carmine divino et plusquam castalis fonte epoto, harmonica quidam dulcedine composuit, acenimi sui ingenij mirandum acumen lucide contestantia: sicut enim aurum ex media arabia et ex ultimis orientis partibus petitum, necnon et gemmas altaria Christi non respuunt; ita quicquid facundissima olim gentilitas ad orationis fulgorem congessit, in lucem et decoramentum nostrae pietatis accomodandum censuit. prophana itaque etiam aliquando legens, sacra cogitavit, et divina ex humanis undique comparavit: quem musae sacrae a puero in antris

educaverunt suis. Anno autem 1471, quinta Augusti luci huic vel potius caligini in domo suae professionis faeliciter et laete valedixit: mihi cum divo Paulo inquiens, vivere Christus est et mori lucrum.
Ejus autem est mortem timere qui ad Christum nolit ire. quis non ad laetitiam venire festinet ? quis non tristitia carere optet ? mori timeat qui ad secundam mortem de hac morte transibit. Mori timeat quem de
saeculo recedentem perennibus paenis aeterna flamma torquebit. Mori denique timeat cui hoc solum vita longiore confertur, ut cruciatus ejus et gemitus interim differatur. Porro,

Non timeant quibus est aliud post funera, longe
nobilius vitæ genus immortalis Olympi.

Nota domnus Simon Hantsaert, professus et alias sacrista domus Capellæ, obijt prior domus S[tae] Aldegundis prope S. Audomarum alias visitator provinciæ Picardiæ Propinquioris. hunc his verbis habet carta capituli nostri generalis quæ est Leody de anno 1471 nostra autem carta hujus anni ostendit illius cartæ Leodiensis defectum ; ponitque primo istum Symonem visitatorem, et tunc habet domo Capelle monachum professum ejusdem domnus S[t] Audomari professum et sacristam. hæc ergo hic super flua.

de Wal, 7043, f° 72v, 1462 : Per hoc Capitulum domnus Wilhelmus Apsel, professus Capellæ institutus est prior domus Brugensis de quo scribit Dorlandus.

de Wal, 7043, f° 83v, 1471 : Pleraque ordinis lumina hoc anno extincta, inter quæ etiam domnus Wilhelmus Apsel. Hoc eodem anno 1471 in die S. Dominici obijt domnus Wilhelmus Apsel Bredanus, monachus professus domus Capellæ receptus ad ordinem a domno Joanne de Attrebato, sed professionem fecit sub domnus Joannes de Montengnis. Stetit circiter 40 annis in ordine, sed ante obitum suum fuit per tres annos prior Brugis. Inde huc regressus post quinque vel sex annos hic (scilicet in domo professioni suæ) defunctus est. Fuit vir magnæ scientiæ et egregius librorum ligator, atque operarius in ære et lignis. De quo vide Dorlandum lib. 7 cap. 28.

AC 100:6, p. 160:
AC 100:12, p. 150, L25-p.0151, L1, c.1472: domnus Willelmus de Apsel, monachus professus domus Capelle Beate Marie prope Angiam, qui alias fuit prior domus Vallis Gracie prope Brugis, sacerdos, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem]. Et dictus domnus Willelmus habet anniversarium perpetuum [per totum ordinem] associandum cum primo anniversario currente post diem obitus eius, qui fuit V[a] Augusti.

Le Vasseur (L.), *Ephemerides*, t. III, p. 20a-21a. IV die Augusti. Guillelmus Apselius, prior Brugis. Cujus vita sanctitatis speculum fuit. Nam licet clarus generis splendore, tamen humilitate clarior extitit; et quamvis doctrina præstans, præstantior in sui nihilominus contemptu factus, non tam prælatus quam omnium sibi soli peripsema videbatur: cujus virtutes amplius etiam ex mirabili ejus industria circa mechanicas artes, in quibus omnes superavit, elucescunt. Nam exquisitissimus operarius in arte ligandi fabrilique, ad quæcumque mittebat manum, excellens et industrius habebatur. Porro quia erat ambidexter, in actione spiritali se se opificem egregium exhibuit, luculentis a se Tractatibus scriptis. — Anno 1462 prior Brugis ordinatus, in uno quidem strenuus et severus, in altero autem, exigente miseria, fuit mitissimus. Cumque per triennium hoc munus exemplariter obivisset, ita egit apud Visitatores, ut anno 1465 exauctoratus fuerit. Redienss ad Domum Capellæ, suæ professionis, cum in Ordine 40 annos exegisset, plenus dierum, placido mortis somno correptus, in Domino obdormivit anno 1471, die 4 Augusti, juxta Arnoldum Raissium in suo Auctuario ad Molanum et Chronicon Capellæ. In Charta autem capituli generalis signatur ejus obitus ad diem 5 Augusti. *De Guillelmo agunt Dorlandus, lib. 7, c. 28; Bostius, cap. 39 ; Petræus in sua Bibliotheca.*

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 6 augustus : domnus Whylelmus Absel, monachus Capelle.

Schrije 53:

De kartuiz. en hun klooster te Zelem, p. 105:

AAM, Bax, t. III, p. 140, n° 386: Guilielmus Abselius, vulgo Van Absel, Nobilis apud Bredanos familia Ortus, Cartusianum ordinem in Domo Capellæ juxta Angiam circa annum 1431. Ingressus vel professus, ac dein Cartusianorum Brugensium prior; vir vitæ Austeriæ et Sactæ Scripsit testante et recensente A. Bostio Libro de Illustribus Cartusianis Cap: XXX etc. etc. Decessit ex hac vita Brugis die 4 vel 5 Augusti 1471. Professionis 40 ann.

AC 100:11, p. 100, L20 : Gerardus Absel de Breda, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem]. (est-ce de la famille ?)

Biographie nationale, t.1, p.6 et suiv. donnent le nom des ouvrages.

AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 3 decembris : Margareta Ravens, mater domni Wilhelmi Apsel, quia legavit domus Capellæ trecentos petros.
Arsenal : 3 [decembris] obitus Margarete Ravens matris fratris nostri Wilhelmi Apsel monachi hujus domus de cuius testamento acceperimus trecentos petros.

*DiM066*
***Gulielmus van Geel.***
*e -    vic fin 1678-c.1680.*

ChM080a

**Gulielmus Goutu.**

d - ord min 21 décembre 1548
subd 22 décembre 1548.

---

AAM, Acta episcopalia Cameracensia, etc., f° 24v: Accoliti die XXI decembris anno 1548 Bruxellen: in ordinibus generalibus per Rev. Patres Dum Martinum episcopum Calcedonem celbrat. Ordinati, Frater Guillielmus Goutu ordinis carthusien: apud Angiam.
AAM, Acta episcopalia Cameracensia, etc., f° 25: Subdiaconi ordinati alter die vigesima secunda Decembris (1548) Frater Guillielmus Gouteau chartusien: prope Angiam.

ChM081
**Gulielmus de Groot**
alias **de Groodt.**
b - ? juin 1729.
e - sds 18 septembre 1756
vic cité en 1776, 1777, 1779
coa ? - †.
f - 15 juin 1783.

---

PB:

AGR CR 139:

AOPG 2797.
Gde Chartr., A-(V) 231 (6 Engh. 1), non folioté : status vel personnæ professæ domus Capellæ in januario 1756 : Guilielmus de Groote Diaconus.
Gde Chartr., A-(V) 231 (6 Engh. 1), non folioté : Religiosi professi huius domus Capellæ 1776 : domnus Guikiekmus De Groodt Vicarius hujus domus.
L. Vercammen (OCCR) : Antwerpen, wijdingen.

*ShM040*

***Gulielmus Hall.***

*e -    hos c.1699- ?*

ChM082
**Gulielmus vander Hooven**
alias **vander Hoven, vander Hoeven, vander Looven.**
d - 1683.
e - tons & ord min (Bruxelles) 17 mars 1684
subd (Bruxelles) 18 mars 1684
sac 1689-1693
vic 1695-1697
Sh vic 1697/1698-1699
Ch moi 1699-c.1701
Ga hos c.1701-c.1704
AL hos c.1704-1714
Ch moi 1714- ?
Ch coa et ant ? - †.
f - 15 janvier 1740.

---

PB:

AC 100/35, p. 70, c.1698 (RABg CE 2516): Guillemum Vander Looven prof Domus. Capellæ super annum a PP Visitatoribus institutum confirmamus
AC 100/28, pp. 216, c.1740 (RABg CE 275): † domnus Guillielmus Vanderlooven prof antiquior et coadjutor domus. Capellæ qui ultra 58 annos laudabiliter vixit in ordine

Delvaux:

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 15 januarius : domnus Guilielmus Van der Loven, professus, antiquior coadjutor domus Capelle Beate. Marie, alias vicarius domus Neapolis (Neoportis), qui ultra 58 annos laudabiliter vixit in ordine, 1740.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 15 januarius : Guilielmus van Looven, professus antiquus coadjutor domus Capell B. M. alias vicarius domus Neoporti qui ultra 58 annos laudabiliter vixit in ordine.

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 64: Bruxellis die 17 Martij 1684. feriam sextam ante Dominicam Passionis ab Illust[mo] et Rever[mo] Dno Alphonso de Berghes Archiepiscopo Mechliniensi in Sacello suo domestico. Tonsurati sunt … frater Guilielmus vander Looven Carthusiæ Capellæ B. Mariæ juxta Angiam religiosus, Diœc: Cameracen: vig: dim:
… Eodem die promoti sunt ad quatuor minores … frater Guilielmus vander Looven Carthusiæ Capellæ B. M. juxta Angiam religiosus, Diœc: Cameracen: vig: dimissor:
Bruxellis die 18 Marty 1684. Sabbatho ante Dominicam Passionis ab Illust[mo] et R[mo] Dno Alphonso de Berghes Archiepiscopo Mechlinien: in Sacello suo domestico ordinati sunt Subdiaconi … frater Guilielmus vander Looven Carthusiæ Capellæ B. M. juxta Angiam religiosus diœc: Cam: vig: dimiss:

Pede fol 125 – 128 : domnus Franciscus Bodart Wavriensis professus Domus Lirae a prioratu Domus Lovanij ad prioratum Domus hujus Capellae translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni Henrici Raeymakers absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem Carta translati . hoc tempore ubique Bellum, ubique ruinae in his partibus quae revera in hac Domo talem virum requirebant. Habebamus in Civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum Refugium in vico dicto Willoy Straete, unde
factae fuerant tres Domus majores cum una minore, quae locabantur Extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. Petit prior et Conventus anno 1677 consentientibus V.V.P.P. Visitatoribus a R[do] Patre Generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a V. Patre Bodart et suo Conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. Visitatoribus concessa petitis a R[do] Patre Generali 11[a] Xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare Domus illae fuerint venditae et quomodo venditio haec maxime nobis profuerit in amortisatione Bonorum nostrorum anno 17
Reverendissimo in Christo Patri priori Majori Cartusiae et totius ordinis Cartusiensis Generali debitam obedientiam et Reverentiam. Infrascripti prior et Conventuales Domus Capellae beatae Mariae prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, Domos, quae a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem Domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum: haec considerantes juxta consilium proborum virorum, Domus nostrae utilitati convenire

judicamus, ut praefatae Domus dentur in Emphyteusim vel vendantur, et earum praetium juxta Statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo Redditu sine onere reparationum et Reddituum solutione quibus dictae Domus gravantur, pro quo jam praemisso ~~debt~~ debito cum Conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam VV$^{dis}$ Patribus Visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a Reverendissima Paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus, quod sperant cum omni humilitate subscripti Reverendissime Pater. Humiles fily et servi vestri. frater Henricus Petit prior frater Theodorus Mallants vicarius. frater J. de Weese. frater Egidius Thienpont S$^{a}$ frater Andreas Langhenhove. frater Joãn Bapt$^{a}$ Verstrepen. frater Joannes Janssens. frater Hieronymus de Hoppenbrouwer Procurator. frater Petrus Oostelinck.
Cum aperte constet venditionem requisitam utilem Domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus . actum in Cart$^{a}$ Lyrana die 29$^{a}$ Marty 1677. frater Petrus Antonius Pecquius, prior Domus. Lyrae Visitat
frater Hugo de Molinghen prior D Lovanij Convisitator.
Conceditur prout petitur. Datum Cartusiae hac 26 Junij 1677. Reverendissimo in Christo Patri priori majoris Cartusiae totius ordinis Cart$^{ae}$ Generali meritissimo nec non VV$^{dis}$ P.P. Provinciae Teutoniae visitatoribus.
Exponunt debita cum reverentia Conventuales Cartusiae Herinensis alias Capellae beatae Mariae prope Angiam : ad suas devenisse manus Libellumquemdam supplicem a se respective et praedeceporibus suis, prius V.V.P. Visitatoribus, dein R$^{mo}$ Patri oblatum et ab utrisque respective 29$^{a}$ Martij 1677 signatum et 26 Junij, quo propter rationes inibi allatas ) licentia conceditur prout ex huic juncta copia videre est, vendendi et alienandi Tres majores cum una parva, quas in praefata Civitate Angiensi habent Domos: quod tamen hactenus factum non est : sed cum eadem adhuc militent rationes et Domus nostra insuper aere alieno misere
gravata sit, quod mercenarijs et operarijs aegestatem et inopiam patientibus (quorum mercedem nequidem usque mane apud nos morari debet Levil. 19) multa debeamus nec aliundo satisfacere possimus; ne ergo eos
victu privando interfecisse dicamur . nam juxta Eccles 34: qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem.
Humiliter et obnixe rogamus et petimus, quatenus R$^{m}$ Pater et V.V.P.P. Visitatores, votis nostris suffragantes, consentire dignentur ut pretij harum Domorum medictas (quod tatole ad 3600 floren praeter propter summam forsitan ascendet) applicari possit ad solutionem debitorum istorum maxime urgentium et in caelum clamantium: orabimus praeterea Dominum Deum ut Reverentiam vestram et venerandas Paternitates vestras diu servet incolumes. Datum in Domo Capellae hac 17$^{a}$ novembris 1694. frater Franciscus Bodart prior . frater Petrus Wouwermans vicarius . frater Joañ bapt$^{a}$ Verstrepen . frater Joannes Janssens. frater Anthelmus Schoonheyt
Procurator. **frater Guilielmus vanden Looven Sacrista**.
Nos infrascripti considerantes presentem Domus necessitatem ac rei vendendae utilitatem; harum Domorum approbamus venditionem, modo una praetij medictas applicetur ad solutionem debitorum, et altera ad emptionem aliorum bonorum immobilium. Actum in Cartusia Bruxell$^{a}$ 22 9bris 1694. frater Hugo Gaethovius prior domus Bruxellensis Visitator. frater Constantinus Magnus prior domus Gandavi Convisitator

ChM083
**Gulielmus Ram.**
f - 27 septembre ? (>1390).

---

Lamalle, p. 18 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Guilielmus Ram, monachus domus huius.
Pede fol.6 : domnus Wilhelmus Ram mon hujus domus ob. 25 7bris

Arsenal : 25 september, obitus domni Wilhelm Ram, monachi domus huius.

Schrije 56.

ChM084
**Gulielmus Terwenschoof.**
f - 22 juin ? (>1390).

---

Lamalle, p. 18 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Guilielmus Terwenschoof, monachus domus huius.
Pede fol. 6 : domnus Wilhelmus Tarwenschoof, monachus hujus domus qui in kalendario obitum habet 22 juny.

Arsenal :

Schrije 58.

ChM085

**Henricus.**

d - probablement Ch, mais il n'est pas exclu que ce soit dans un monastere de la provine picarde.

e - P ? - ?(>1329)
AL P cité 1 février 1329 et 13 novembre 1330
Gosnay vic 1333 - †.

f - 27 octobre 1334.

g - données incertaines.

---

Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 101a, *chartreuse de Gosnay moniales* : Liste des vicaires, 1333-1334, 27 octobre – Henri. Dom Henri nommé vicaire par les visiteurs de France en 1333 (ita) après un an et quelques mois il est enlevé par une mort prématurée le 27 octobre 1334 ayant bien mérité de la maison par sa pieuse et exemplaire conversation. Son obit est noté dans la carte du chapitre de 1335 au 6 des calendes de novembre. Ephemerides.

P. Bastin, Gde Chartreuse, A-V 9a, *chartreuse d'Anvers* : liste des prieurs, 1329, 1er février *domnus Henricus prior Antverpiæ* assiste a la donation faite pour la fondationde Diest.

Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Henricus quondam prior huius domus.

Lamalle, p. 40 : post hunc dominus Henricus de Nullen, ipse fuit hic prior alius dominus Henricus ut ex auditu comperi. Obiit 6 kalendas novembris. Iste præcessit per anum vel parum amplius in prioratu dominus Ioannem de Attrebato (1411) ; quia senex et imbecillis et non multum tiles legitur absolutus a capitulo generali. Ille erat monachus Montis Dei ut patet ex charta, vel saltem inde venit huc, si tamen nomen huius prioris qui immediate præcessit dominum Ioannem de Attrebato non fuit dominus Albertus de Lose in latere præcedenti scriptus. De quo Alberto nihil certi potui invenire vel scripto vel auditu quo tempore hic prior fuerit (Lamalle : cette dernière hypothèse est la plus vraisemblable).

Lamalle, p. 183 : catalogue des prieurs : 18e, dominus Henricus alter, qui obiit 17 octobris.

Pede fol. 7 : domnus Henricus alter, prior hujus Domus : qui in Calendario obyt 27a octobris

AC 279/2 : 27 octobris, domnus Henricus prior domus hujus.

Arsenal : 27 octobris obiit domni Henrici prioris hujus domus.

*LoM061*
***Henricus Bijl.***
*e - proc 1625-c.1627*
*hos c.1627-c.1629*
*hos c.1641- †.*
*f - 7 septembre 1653.*

---

*Pede fol. 109 : Fundatio anniversarij domini Danielis Cappon, patris hujus, etc. in hac domo : « Nous soussignez Conventuels de la Chapelle de Nôtre Dame de Herines, aiant entendu que Mademoiselle Anne Lionielles veuve de feu Daniel Cappon de Lille en flandres, nous offre an aumosne la somme de cinq cens florins de vingt patars la piece; a la charge qu' on donnera tous les ans a l' entour de la fete de Sancte Lucie Vierge qui est le jour de la profession de son fils nôtre Confrere Dom Joseph Cappon, au Couvent une bonne pitance de poissons et a chaque Pere une pinte de vin d' Espagne, et qu' on chantera semblablement tous les ans au meme jour une messe Conventuelle de Requiem, et chaque Prêtre dira une messe, non celebrants les sept psaumes de penitence cum Litanijs pour l' ame dudit defunt Daniel Cappon ses parents et amis tant vivans que trepassez. Nous accordons et acceptons tant qu' en nous est pour nous et successeurs et promettons a la susdite Demoiselle qu' on le fera ainsi apres qu' aurons reccu l' argent. fait a Herines le 11 de mars 1627. Signe frater Pierre Daems Prieur, frater Robert de Belle vicaire frater Judocus Fortius Antiq frater* ***Henricus Byl*** *Procurator. frater Franciscus Boissart. frater Ludovicus Bourlart. f Balthasar de Wolff. f Joannes de La Motte, frater Josephus Cappon. in ferius habetur: nous accordons la dite Requete. fait durant Le Chapitre general 1627 f Bruno Prieur de Chartreuse »*

*Pede fol. 114-115 : domnus Adrianus Buycx, Welpius, professus monachus hujus domus ad quam venit circa annum 1615. Initio anni 1621 absoluto domno Lambrechts hujus domo procuratore, factus est in hac domo procurator, sed post tres annos per cartam 1624 ex procuratura hac missus est ad domum Sanctæ Sophiæ procurator. domnus autem Schotte, prior hujus domus cum vidisset in carta : Et prior provideat sibi de alio procuratore, elegit sibi domnum* ***Henricum Byl*** *conprofessum suum domus Lovaniensis, qui tamen procuraturam non tenuit nisi ad annum ~~sequentem~~ 1627 cum vidit in carta, articulo domnus Sophiæ : Et domnus Adrianus Buycx ibidem procurator, revertatur ad domum Capellæ suæ professionis et ibi exerceat idem officium procuratoris. mansit autem hic procurator usque ad cartam capituli anni 1632 qua factus est prior domus Diestensis inde anno 1635 translatus per cartam ad prioratum domus Sylvæ Sancti Martini unde post quinque annos per cartam prior factus est domus Gandavi 1640, ultimo deinde loco, per cartam 1642 missus est prior ad hanc ejus professionis domum Capellæ. Hic anno sequenti a fundamentis ædificavit ædificium in area anteriori quam domum lactis appellamus ubi carnes a domesticis preparantur et manducantur et cum hoc eodem anno villa nostra de Cromrycke casu fortitito ad solum usque a voracibus flammis fuisset consumpta 13° augusti, materiam et hanc reædifandi habuit, cum solertissimo suo procuratore domno Baltasaro de Wolf cujus egregia ædificia infra suo loco videbimus. Anno 1650 sub illo chori nostri testudo facta est quod opus constitit absque virtualibus et pegmatibus 400 florenis semel anno 1653 facta est Antverpiæ tabula summi altaris in nostro choro a magistro* ***Joanne van Houbraken pictore*** *majus altare verosimiliter immediate antea constructum fuerat. Domum hanc plurimum auxit bonis imo optimis religiosis ~~inter quos egregius domnus Pecquius fuit quem et habetit successorem~~ obyt autem domnus Adrianus optime meritus in hac domo 30 octobris 1654, inveni alicubi quod fuerit provinciæ hujus aliquo tempore convisitator quod melius postea examinandum.*

*PB:*

*AAM, Acta Episcopalia Mechliniensia, register nr 61, niet gefolieerd: Die 17a februarij 1617. Ad tonsuram / Mechliniæ./ frater Henricus Bijl ordinis carthusianorum Lovanij*
*Die 17a februarij 1617. Ad Minores Ordines frater Henricus Bijl ordinis carthusianorum*
*Die 18a februarij 1617. Mechliniæ Ad subdiaconatum … frater Henricus Bijl sponte ut ait professus ordinis carthusianorum.*
*Ad diaconatum die 11a Martij 1617 Bruxellis … frater Henricus Bijl ordinis Carthusianorum N. D.*
*Ad presbiteratum die 20a Maij Mechliniæ 1617 … frater Henricus Bijl ordinis carthusianorum*

*Arsenal, 7 septembre : domni Henrici Hyel[2] professi domus Lovanij hospes in domo Capellæ.*

*AC 100/28, p. 63-64, c.1625 : domnus Henricus professus domus Lovanij a P.P. visitatoribus in procuratorem (Capellæ) institutum confirmamus.*
*AC 100/28, p. 98, c.1629 : domnus Henricus Bijl professus domus Lovaniensis (hospes domus Capellæ) vadat ad domum monialium Brugis.*

---

[2] AC 100/34, p. 136, c.1654 : domnus Henricus Byll professus Lovanii hospes in domo Capellæ ; AC 100:27/5, p. 80, L11-12, c.1654: domnus Henricus Billus, professus domus Lovanij, hospes in domo Capellæ.

*AC 100/34, p. 29, c.1633 : domnus Henricus Byl (hospes domus monialium Brugis) revertatur ad domum Lovany suæ professionis*
*AC 100/34, p. 87, c.1641 (RABg CE 2494): domnus Henricus Bijl vadat ad domum Capellæ*
*AC 100/34, p. 136, c.1654 (RABg CE 2481): domnus Henricus Byll prof. Lovanii hospes in domo Capellæ*
*AC 100:27/5, p. 80, L11-12, c.1654: domnus Henricus Billus, professus domus Lovanij, hospes in domo Capellæ.*

*Delvaux, MB, p.1484:*

*NLM042*
*Henricus Bor*
a - m.: Elizabeth Taets
b - Utrecht.
c -
d - Utrecht ca 1430.
e - Herne hos midden 15de e.
Utrecht vicaris ? - †
f - Utrecht 2 april 1473 [c.1473] / 2 april 1476 [c.1476]
g -

---

KBR, de Wal, ms. 7043, f° 86v (103): domnus Henricus Bor moritur non sine opinione sanctitatis. Domnus Henricus Bor Ultraiectensis senior professus istius domus obijt secunda aprilis qui fuit multis annis vicarius et vixit in ordine 44 annos cum autem aliquando circa huius sepulchrum foderetur mira flagrantia ab istius devote patris tumulo egressa dicitur. (⇦ miraculosa conversio et nota vim professionis) Hic etiam ante ingressum ordinis cum a quadam velata sanctimonali ad luxuriam tentaretur, respondit nullam se velle habere rem cum huiusmodi velatis, quo audito illa confestim velum de capite traxit atque in ignem proiecet : sic, inquiens, pereat professio quemadmodum hoc velum ad igne consumitur. Mirum dictu in medio ignis non est consumptum velum quo viso illa confusa est, iste salubriter conversus soculum reliquit, et in ista domo habitum suscepit.
Fuit domnus Henricus Borre quandoque hospes in domo Capellæ et ibi habuit monachatum.
AC 100:12, p. 164, L20-28, c.1473: † domnus Henricus Beor, monacus professus domus Nove Lucis Sancti Salvatoris prope Traiectum, sacerdos, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem]. Et dictus domnus Henricus habet anniversarium perpetuum per totum ordinem associandum cum proximo anniversario occurente post diem obitus eius, que fuit secunda Aprilis. Ideo scribatur in kalendarijs conventualibus domorum Ordinis. Habet etiam [………] domnus Henricus in domo Capelle plenum cum psalterijs monachatum.
AC 100:12/2, p.16, L29-p.17, L6, c.1476: † domnus Henricus Bor, Vicarius domusNove Lucis Sancti Salvatoris prope Traiectum, sacerdos, pro quibus fiat [unum tricenarium defunctorum per totum ordinem. Et similiter dictus domnus Henricus Bor habet anniversarium perpetuum per totum ordinem associandum cum proximo anniversario currente post diem obitus eius, qui fuit IJ[a] Aprilis; scribantur hec in kalendarijs conventualibus domorum Ordinis.
LE VASSEUR (L.), *Ephemerides,* T. I, p. 426ab, II die Aprilis, Henricus Bor. Vicarius Ultrajecti : De quo Chronicon Cartusiæ Ultrajectinæ et Arnoldus Raissius in suo Gazophylacio Belgico agunt his verbis : « Anno 1473, 4° Nonas Aprilis, obiit V. P. domnus Henricus Bor, Ultrajectensis, qui multis annis officium Vicarii exercuit in hac Domo. Cum aliquando circa eius sepulchrum foderetur, mira fragrantia ad ejus tumulum egressa dicitur. Hic ante Ordinis ingressum, cum a quadam velata sanctimoniali ad luxuriam tentaretur, respondit nullam se rem velle habere cum hujusmodi velatis ; quo audito illa confestim velum de capite traxit, atque in ignem projecit, sic inquiens « pereat professio quemadmodum hoc velum ab igne consumitur. » Mirum dictu ! in medio ignis non est consumptum velum, quo viso, illa confusa et iste salubriter conversus sæculum reliquit, et in præfato Novæ Lucis sancti Salvatoris Ultrajectensi cœnobio habitum suscepit. Vixit in ordine 43 annos. *Chronicon huius Cartusiæ.*
L. Van Hasselt, *Het necrologium van het karthuizer-klooster Nieuwlicht of Bloemendaal buiten Utrecht*, Utrecht, 1886,p. ???? *O. dla. Elizabeth, filia Jacobi Taets; O. Everardus Taets, civis Trajectensis, fidelis amicus do.; Elyzabeth, matris confrater nostri, d. Henrici Bor[re] ..*

ChM086
**Henricus de Bruxella.**
d - 1390/1410.
e - Beaune P c.1425-c.1426.
f - 19 octobre 1435. Rien dans c.1436 !

---

Lamalle, p. 21 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui non fuerunt hic anno M°CCC°XC° sed postea venerunt et sunt defuncti usque ad anum M.CCCC.LVI.), dominus Henricus de Bruxella, monachus hic et alibi prior.
Lamalle, p. 48 : anno 1435 dominus Henricus de Bruxella, monachus huius domus fuit institutus per capitulum generale prior Belnæ. Obiit 14 kalendas novembris

Pede fol. 11 : domnus Henricus de Bruxella, monachus professus hujus domus qui anno 1425 hinc missus est prior ad domum Belnae, et obyt 19 octobris.

AC 100:8, p. 90, L17-19, c.1425 : priori domus Fontaneti prope Belnam fit misericordia, et præficimus in eadem domnum Henricum de Brucella monachum professum domus Capelleæ Beatæ Mariæ.
AC 100:10, p. 92, L22-23, c.1425 : Domnum Henricum de Bruxella monachum dicte domus (Capelle] preficimus in priorem domus Belne.
AC 100:24, p. 72, L3-5, c.1425 : domnum Henricum de Bruxella monachum dicte domus (Capelle] preficimus in priorem domus Belne.
AC 100 : 8, p. 111, L21-22, c.1426 : priori domus Fontaneti fit misericordia, et præficimus ibidem in priorem domnum Henricum Antipedis monachum professum domus Divionis.

Arsenal:

Schrije 61.

*LiM072*
***Henricus Christiani.***
*a -  p.: Mathieu Christiani, procureur de la cour  de Liege.*
*d -  ca 1610.*
*e -  proc ? - ?*
*cité c.1637*
*Lo hos c.1637-c.1638*
*Ch c.1638*
*SM vic ? novembre 1638- ? décembre 1640.*
*f -  17 janvier 1654.*

---

*Stiennon, MB, p. 514 et 517:*

*AC 100/34, p. 67, c.1637 : domnus Henricus Christiani vadat ad domum Lovany*
*AC 100/28, p. 127, c.1638 (RABg CE 966): domnus Henricus Christiani (hospes domus. Lovanij) vadat ad domum Cappellæ*
*AC 100/34, p. 136, c.1654 (RABg CE 2481): domnus Henricus Christiani prof. domus Leodii*
*AC 100:27/5, p. 80, L14-15, c.1654: domnus Henricus Christiani, professus domus Leodij.*

*RAR 41 et 42.*
*AEL, Chartreux, obituaire, 17 janvier : Obijt A° 1654, 17$^{a}$ Jan : domnus Henricus Christiani prof : et alias procurator domnus huius.*

*NLM045*
***Henricus Geelen.***
*e -    P c.1734-c.1735.*

ChM087
**Henricus van Loen**
alias **de Loe.**
b - Louvain
ca 1406.
c - études a Louvain: magister artium ca 1428,
théologie; fonda la pédagogie du Porc; régent, professeur et recteur.
d - entré le 11 juillet 1441.
e - vic 1441/1442-1445
P 1445-1456
Bx rec 1456-1458
Bx P 1458-c.1475
Ch cité c.1475-1477
Ch vic ca 3 décembre 1477- †.
cvs 1449-1457.
f - 3 février 1481.
g - auteur.

---

Delvaux, MB, p. 1433 et 1442:
Le Vasseur (L.), *Ephemerides*, t. I, 152a-153a, Henricus Loe , 3 februari. Protoprior Bruxellæ. Theologus percelebris magna pietate ac virtute præditus, cuius tam insignis erat eloquentia et prudentia, ut sequaces plurimos, paucos vero habuerit coæquales; dum Lovanii Porcense collegium regeret non minus sanctitatis opinione, quam raræ eruditionis fama, erat apud omnes nominatissimus. Divino autem afflatus Spiritu in Cartusiæ Capellæ inter monachos annumeratus, tanta humilitate, sui contemptu, abstinentia, disciplinæ regularis observantia, cæterisque virtutibus effulsit, ut post exactam tyrocinii probationem statim ad Vicarii munus, deinde in locum Laurentii Cartusiæ Capellæ prioris meritissimi monachorum unanimi consensu suffectus fuerit. Per octo annos suæ Provinciæ Visitatoris officium summa cum laude, prudentia et zelo exercuit. Deinde ob novam plantationem Domus Gratiæ juxta Bruxellas, prior illic accitus, locum hunc incolens per viginti annorum spatia, monachis ampliavit et possessionibus ac ædificiis. Verum senio gravis ad magnam ejus instantiam absolutus a Superioris officio rediit ad Capellæ Domum. Hic ob eximisericordia.m vitæ probitatem, morum innocentiam et humanitatem Pater Patrum vulgo nuncupabatur. — Vir sibi durus singulari quadam in omnes afficiebatur benignitate. In tanto autem litterarum famæque fastigio, nihil sibi penitus arrogans se demittebat infra omnes, semper sui ipsius contemptus captans occasionem. Aliquando insidens asello per civitatem Bruxellensem excepit hilari vultu puerorum ludibria, multos interim rapiens in admirationem humilitatis tantæ, qui religiodi Patris virtutum venerabantur. Mira erga monachos afflictos atque angustia pressos in Henrico pietas elucebat, tantaque in eos commiseratione ferebatur, ut eorum casus et mœreros veluti proprios defleret, nihilque relinqueret intentatum, quo modis omnibus sublevaret eorum miserias, et revocaret ad mentem meliorem. Spirituales viros et monachos libris conscribendis deditos summo amore prosequebatur. — Devotionis et orationis illius vim et efficaciam haud facile est enarrare, tam enim ardenter et tanto spiritis impetu in Deum orando ferebatur, ut quasi velociorem animi volatum corpore quoque ipso sequi contenderet, aliquoties contigeret ipsum in æra sublevari. Jam septuagesimum quintum annum attigerat vigiliis, jejuniis aliisque mortificationibus attritus, cum summa illa Dei sapientia et voluntas, quæ rebus omnibus metam et terminum præstitit, finem quoque servi sui laboribus voluit imponere. Itaque jam dudum cœlo maturum Patrem Loenium evocavit anno 1481, die 3 Februarii, æternitatis præmisericordia. percepturum, postquam in Religionis agro propriis virtutibus excolendo per quadraginta annos desudasset. Adfuit morienti venerandus Pater Arnoldus Kaermans Capellæ moderator, qui cum præreptum sibi Henricum doleret, ingemiscens ait : « Quorsum, mi Pater, tu pergis et cur me his in cladibus derelinquis ? Utinam tecum nunc moriar qui vivere sine te non valeo ! » Quod ubi dixit, mœrore pariter et languore correptus comedere ultra non potuit, sed non diu parenti superstes ipsum paulo post subsecutus est. ***Dorlandus liber 7, Chronici Cartus. cap. 31. Arnoldus Bostius. Possevinus in Apparatu. Sixtus Senensis in Bibliotheca. Arnoldus Raissius in Auctuario ad Molanum. Clemens Bohic in Historia ms. Cartusiensi. Georgius Garnefelt in Catalogo seu Indiculo SS. Ordinis Cartus.***

AC 100:3: p. 173, L34, c.1445: priori domus Capelle Beate Marie prope Angiam non fit misericordia.

AC 100:3: p. 198, L6, c.1446: priori domus Capelle Beate Marie prope Angiam non fit misericordia.
AC 100:11: p. 58, L26, c.1446: priori domus Capelle Beate Marie prope Angiam non fit misericordia.

AC 100:11, p. 95, L40-41, c.1450 : Collacionem faciet anno futuro prior domus Capelle Beate Marie prope Angiam.
AC 100:11, p. 152, L35, c.1456 : priori domus Capelle Beate Marie in Angia non fit misericordia.
AC 100:11, p. 153, L6-9, c.1456 : priori domus Sancte Katerine prope Antwerpiam non fit misericordia. Et scriptis domni Ostonis monachi professi dicte domus prior Capelle respondebit, cuius informacioni idem monachus acquiescat, cavens ne ulteriori inquietudine in eadem materia se et alios involvat.
AC 100:11, p. 153, L30-31, c.1456 : Provinciam Picardie Remocioris visitabunt priores Vallisregalis prope Gandavum & Capelle.
AC 100:11, p. 173, L4-8, c.1458 : Novam plantacionem prope Bruxellam certis & honstis respectibus pro favore eiusdem Ordini nostro incorporamus ; et domus nostre Domine de Gracia appellari volumus ; In nomine Patris & Filius & Spiritus Sancti, Amen. Et preficimus in priorem dicte domus domnum Henricum, Rectorem eiusdem
AC 100:12/2, p. 77, L21-24, c.1481 : † domnus Henricus de Loe, Vicarius domus Capelle, qui fuit alias prior eiusdem domus & domus Bruxelle, qui habet per totum Odinem plenum cum psalterijs monachatum ; cuius obitus dies scribatur in kalendarijs domorum Ordinissub IIJ[a] Februarij.
AC 100:31, p. 5, L6-8, c.1475 : priori domus nostræ Dominæ de Gratia prope Bruxellam, senio iam et debilitate confracto et confecto, tanquam benemerito quia longo tempore Ordini servivit, ad suam magnam instantiam fit misericordia.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis* : 3 februarius, domnus Henricus Loe visitator provincie Theutonie.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis* : 29 december, Henricus de Loen.
Arsenal : 3 februarius domni Henrici de Loe, vicarij huius domus qui fuit prior huius domus et primus prior domus Gracie prope Bruxellensis et convisitator provincie huius.
Gde Chartreuse, AMC 6 Bois 3, Obituaire de Bois-le-Duc : 3 februarius, Anniversarium domini Heynrici Loe vicarii domus Capelle qui fuit visitator provincie Theutonie.
Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Henricus de Loe quondam monachus prior et vicarius huius domus.
Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore prioratus domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Henricus de Loe, quondam pior hic et vicarius et primus prior Bruxellæ, monachus professus huius domus.
Lamalle, p. 54 : dominus Henricus de Loe, monachus eius et vicarius eidem in officio prioratus successit circa annum Domini 1444 qui vix tribus annis fuerat in ordine. Vir pius, devotus et reliosus, ac magnæ litteraturæ, scilicet baccalaureatus formatus in theologia. Rexit domum hanc circiter 11 annis.
Lamalle, p. 54 : eodem anno (1456) circa Nativitatem Beatæ Mariæ Virginis initiata est domus Gratiæ et primo inhabitata a fratribus ordins nostri illus missis …. dominus Henricus Loe prior noster constitutus est ibi rector.
Lamalle, p. 61 : Eodem anno (1456) circa Nativitatem Beatæ Mariæ Virginis initiata est domus Gratiæ et primo inhabitata a fratribus ordinis nostri illuc missis : quorum tres fuerunt de hac domo, scilicet dominus Gaspar modo prior noster de quo supra, et dominus Arnoldus Kaerman qui missus est illuc vicarius et dominus Henricus Loe prior noster constitutus est ibi rector, et tunc prædictus dominus Arnoldus est hic electus in priorem, cuius loco est illc missus dominus Ioannes Balen et illic vicarius fuit aliquot annis.

Anno 1456 quoniam dominus Henricus Loe prior huius domus per licentiam prioris Maioris Cartusiæ huic domui ablatus est et constitutus rector domus Bruxellæ, tunc noviter inhabitatæ, ideo conventus hic per electionem canonicam elegit dominum Arnoldum Kaerman qui fuerat ad domum Bruxellæ missus tamquam vicarius, qui fuerat ab hoc conventu receptus in die dedicationis nostræ.
Lamalle, p. 81 : eodem anno (1481) circa festum Sanctæ Agathæ obiit venerabilis pater noster dominus Henricus Loe, vicarius huius domus. Hic ante ingressum ordinis fuit baccalaureus formatus in theologia Lovanii, vir magnæ scientiæ et famæ et bonæ vitæ, natione Lovaniensis. Qui in prima formali promotione dictæ unversitatis fuit primus. Et fundavit pedagogium porcense cum socio M. Nicolao Falconisse et diu rexit et fuit ethicus. Et si voluisset ibidem manere, fertur quod ipse fuisset curtus S. Petri, sed divina inspiratione præventus, intravit ordinem nostrum in hac domo receptus a domino Laurentio tunc hic priorre circa annum 41 vel 2, ut puto in die Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis. Fere per totum annum novitiatus sui fuit infirmus. Hic post professionem suam factus est vicarius huius domus. Demum absoluto domino Laurentio electus est in priorem huius domus quod officium laudabiliter gessit et fuit convisitator provinciæ circiter 8 annis. Sed anno 56 fundata domo Bruxellensi quam ipse inverat erigi, procuratum est a reverendo patri, ipso forte nesciente, quod hic absolutus ibidem in rectorem institutus fuit, et ibidem rector et prior fuit circiter 19 annis. Post hæc,

auxilio domini Arnoldi prioris huius domus, impetravit a capitulo generali misericordiam et sic ad domum hanc reversus est, matrem suæ primæ professionis, anno 75 et anno 77 mortuo domino Laurentio vicario domus huius, factus est hic iterum vicarius plus quam tribus annis, id est usque ad obitum suum. Erat tunc annorum circiter 75. Hic fuit multus pius, mansuetus, ducis et zelosus. In magno fervore et humilitate obiit.
Lamalle, 183 : dominus Henricus de Loe, Lovaniensis, professus Capellæ, successit anno 1445. Dictus paper patrum. Per Summum Pontificem anno 1447 legatus ad reformandas Willelmitas Alosti ; convisitator provinciæ et mense septembri 1456 factus primus rector deinde prior novæ plantationis in Scheut, unde senio ac debilitate confectus sed mentis plenissimus ad hanc suæ post biennium resumptis viribus vicari officio functusnest ad 9m usque februarii 1481, in quo maxima cum opiione sanctitatis defunctus est. Fuerat vir ille erectæ universitatis Lovaniensis prima artium promotione primus, deinde Sanctæ Theologiæ baccalaureus et fundator ac primus regens pedagogiæ porcensis, etc.
Lamalle, 183 : Eius loco electus fuit prior dominus Henricus de Loe de quo infra. Noster autem Laurentius fuit institutus domus vicarius quod oficium ad mortm usque egit, scilicet 32 annis et ultra…
Pede fol. 14 : Ejus loco electus fuit prior domnus Henricus de Loe de quo infra.
Pede fol. 18-22/Lamalle, 200-202 : domnus Henricus de Loe, Lovaniensis, monachus professus hujus domus, receptus a domno Laurentio priore, anno 1441, quo sancto viro absoluto ut supra vidimus anno 1445, hic ex vicario electus est prior. De hoc viro pariter sancto describam quæ habent Dorlandus, Bostius et alij cum illis, præcipue Wallius Bruxellensis. Hic fundata Lovaniensi academia circa annum 1425 per Joannem 4° Brabantiæ ducum, Hannoniæ et Zelandiæ comitem, cum undique ad illam convocati docti professores in jure, in artibus ac demum in sacra theologia advenissent, in primo concursu quem absoluto biennio studij philosophiæ instituerant facultatis artium professores, primus proclamatus fuit et gloriosam hanc lauream obtinuit. Studio deinde theologico se totum dedit in quo tales progressus fecit ut pro celeberrimo theologo haberetur et baccalaureus. Fundavit tunc cum domini de Valkenisse pædagogium Porcense, in quo primus (primo, Lamalle) fuit regens et docuit aliquot annis ; electus etiam fuit universitatis rector magnificus. Tanta vir ille pietate et virtute (manque chez Lamalle) erat præditus, tam insignis eloquentia prudentia que, ut paucos habuerit coæquales. Sed arridentes sibi unde quaque fortunas subito spernens, universitati mundoque valedixit die 19 julij 1441 et ad hanc cartusiam se conferens, locum in ea petiit quem obtinuit. In novitiatu quam humilis, ~~mitis~~ (mitis, Lamalle), sobrius, sedulus ac timoratus fuerit, nemo satis explicare potuit. Itaque ad professionem facile admissus est et professus non diu post vicarius institutus est, quod ostendit illum in ingressu ordinis fuisse sacerdotem. Deinde anno 1445, ut supra vidimus, in visitatione domus ad suam maximam instantiam a prioratu absoluto domno Laurentio de Muschezele, hic domnus Henricus de Loe prior a conventualibus electus est et confirmatus. Tam splendida semper virtute et tanta in omnes humanitate clarebat ut a tota provincia pater patrum sit merito semper appellatus. Qui cum sibi durus et rigidus esset, erat tamen erga singulos humanissimus ; et licet esset literis famaque celebris, erat tamen sibi pauper et modicus et in suis oculis humillimus ; ad subditos vero (manque chez Lamalle) pius admodum parens, mansuetus, lenis, suavis, zelum gerens sed secundum scientiam. Ad Dominum Deum suum (manque chez Lamalle) erat devotus, ardens, sollicitus, sanctificationem perficiens in timore Dei. Habebat quoque hic sanctus Pater hoc præcipue in se bonum ut si quando inter fratres orta esset contentio, nunquam (numquam, Lamalle) se sopori ad vesperam dedisset nisi inter dissidentes pax et tranquillitas resedisset. Si quem fratrum aut tentatum sciret aut misere afflictum, sedebat cum illo usque in seram noctem, et monita salutis inserebat donec ad meliorem mentem illum revocasset. Amabat plurimum eos fratres qui spiritualibus sese operibus mancipabant : deinde eos qui scribendis sacris voluminibus operam impendebant, asserens : non minorem fructum hos agere calamo et digitis, quam qui lingua et sermonibus populo Dei verba prædicant. Visus est aliquoties inter celebrandum sursum ab humo sustolli et aliquandiu in ære dependere : ut illuc levaret carnem quo jam ante mentem præmiserat suam. Nondum finito prioratus biennio, anno scilicet 1447, delata Romam usque viri hujus fama, per bullam pontificiam datam $5^{s}$ idus januarij, committitur illi visitatio et reformatio monasterij *Ter Sterren* Wilhelmitarum in oppido Alostensi cum plena potestate ; quod cum priore de Duren Coloniensis diocæsis (Wilhelmitarum forsan ordinis) egregie est executus. Anno 1449 factus est in generali ordinis capitulo convisitator hujus provinciæ, in quo etiam generali capitulo sequenti anno collationem habuit.

Ut describam qua ratione vir hic noster venerabilis translatus sit ex nostra domo ad rectoratum deindeque prioratum novæ domus in Scheut prope Bruxellas, utor verbis sequentibus domini Adriani Dullaert, secretarij urbis Bruxellensis in libro manuscripto (manque chez Lamalle) miraculorum Beatæ Virginis in hoc loco invocatæ et fundationis ejusdem cartusianæ domus.

Anno inquit 1453, ascenderunt in cor meum recommendatæ vitæ probitas, morum honestas, excellens scientia ac antiqua honesta (honestas, Lamalle) et scholastica Lovaniensis notitia venerabilis

et constantis ac probatæ religionis viri magistri Henrici de Loe, in sacra theologia per rigorem examinis licentiati, pro tunc domus cartusiensis Capellæ de Herne extra Angiam professi et prioris… Hujus proposito habito consultum est domno Henricus de Loe per litteras Bruxellas vocari quo personaliter comparens, inter eum et dominum ammanum et quosdam de lege conclusum est ut ipse prior Capellæ desuper loqueretur cum magistro Jacobo Rubs priore cartusiæ Gandensis ac provinciæ visitatore, locumque visitarent an esset congruus monasterio ædificando cunctaque in proximo capitulo, reverendo patri et diffinitoribus patefacerent. Approbata fundatione tandem a senatu Bruxellensi, anno 1455 feria 2ª post octavas Paschæ, scilicet 14 aprilis, inceptum est operari pro construendo monasterio fratribus ordinis nostri in Scheut, quo prior Capellæ miserat fratrem Godefridum conversum sut intenderet operi faciendo. Approbata deinde ab episcopo Cameracensi fundatione et consecrata ecclesia : anno 1456 in vigilia Nativitatis Beatæ Virginis Mariæ, cantata fuit missa de Spiritu Sancto a domino Arnoldo de Helmont priore domus Antverpiæ et congregatis patribus, altera die divinum officium et summam missam de solemnitate cantavit prior domus Capellæ provinciæ convisitator.

Venerunt igitur in principio inchoationis hujus domus Scheut pro divino officio celebrando sex monachi cum uno converso et duobus donatis. Patres commissarii in principio aliquem pro rectore non constituerunt, eo quod ad instantiam oppidi scripsisset (scripsissent, Lamalle) ad cartusiam pro domino Henrico de Loe habendo. De dictis sex monachis ordinaverunt dominus Arnoldum Kaermann professus Capellæ, in vicarium, domnum Gasparum van der Stockt, professus domus Capellæ, in sacristam, domnum Nicolaum de Haerlem, professus domus Antverpiæ in procuratorem, domnum Cornelium Block de Tolnis, professus domus Diestensis et domnum Petrum de Casleto, professus domus Sylvæ Sancti Martini in cantores et domnum Joannem de Blisia, professum domus Leodij in infirmarium.

Mense septembri hujus anni nuntius redijt ex cartusia qui obedientiam detulit domno Henrico de Loe priori Capellæ ut regimen susciperet novellæ plantationis Bruxellensis, qui hactenus ignoraverat sibi fabam cudi. Conventus Capellæ elegit sibi in priorem domno Arnoldum Kaerman qui fuerat missus ad domum in Scheut vicarius, in cujus Locum ibi Vicarius missus est domnus Joannes Balen prof<sup>s</sup> Capellæ (manque chez Lamalle) de quo infra. Anno 1458 domnus Henricus de Loe rector domnus in Scheut ivit ad capitulum generale in quo hæc nova domus incorporata fuit in ordine et ille prior ejus factus. Anno 1459, in generali capitulo domnus Henricus absolutus fuit ab officio convisitatoris (propter negotia Domus novæ ait Wallius) et convisitator factus domnus Joannes Versaren, professus domus Gandensis, prior Amsteledamensis.

De hoc venerabili patre scribunt Dorlandus, Raissius et alij, quod prior in Scheut cum esset, ut aspernator honoris proprij equum ob paupertatem habere non posset, exiens ad negotia domus, asinum pater humilis equitabat. Neque erubuit per medium Bruxellense oppidum, pueris plateatim ipsum insequentibus et subsannantibus sic incedere. Hinc plurimi civium hac humilitate ædificati, plurimi vero qui phaleratis (laretis, Lamalle) libenter vectabantur equis confusi sunt : omnes tamen rogabant eum ne amplius sic cum asino civitatem introiret, metuentes ne ob puerorum irridentium nequitiam, ignominia plagisque afficeretur. Cum autem in illa domo 19 circiter annis laudabiliter sic præfuisset ut rector et prior, auxilio domni Arnoldi Kaerman visitatoris impetravit a capitulo generali misericordiam et reversus est ad hanc suæ professionis domum.

In charta capituli generalis anni 1475 sic habetur : priori domus Nostræ Dominæ de Gratia prope Bruxellam senio jam et debilitate confracto et confecto tamquam bene merito quia longo tempore ordini servivit, ad suam magnam instantiam fit misericordia, et remittimus conventui electionem novi prioris. Addit Wallius : magnam instantiam fecerunt conventuales Bruxellenses ut saltem prior absolutus remaneret in illa domo, sed nihil profecerunt propter desiderium quod habuit ad solitudinem, cellam et domum propriam. Profectus est cum visitatoribus ad domum Capellæ ; ibi intrans et exiens cellam ut verus et bonus cellita et simplex monachus se gessit, primus et ultimus in divinis.

Defuncto domno Laurentio de Musschezele vicario hujus domus in profesto Sanctæ Barbaræ anno 1477, domnus Henricus de Loe iterum vicariatum suscepit et in officio illo perseveravit ad mortem usque, sive ad felicem transitum ad alteram vitam uti speramus. Erat tunc annorum circiter 75 ex quibus 40 in ordine laudabiliter explevit. Anno 1481 vide infra in morte ejus quid acciderit cum priore suo domno Arnoldo Kaerman.

Cum esset domnus Henricus de Loe (inquit domnus Raissius) divina fere rerum omnium cognitione supereminens, quinquagenas duas priores sed et tertiæ psalmos (psalmorum, Lamalle) aliquot dulcisonoris fidibus insigniter instauravit, latentia psalmorum mella tectumque melos vario interpretationis genere in lucem producens. In Aristotelis etiam philosophorum principis libros ad Nicomachum præstabiles maximeque oportunos imo et necessarios, institutiones bene beateque vivendi continentes operosissime commentatus est. Sermones insuper laudatissimos quos mysteria Scripturarum aperiens, cordis intima movens, magno animarum fructu impigre declamaverat, ab

oblivionis injuria liberavit, eos ad posterorum (posterum, Lamalle) usum docte copioseque scribens sed et alia non pauca.

Pede fol. 31-32 : domnus Arnoldus Kaerman monachus professus hujus domus, ante sacerdos sæcularis et magister artium promotus in Porco, receptus a V.P. domno **Henrico de Loe** 13 juny 1449. Anno vero 1449 ordinem cartusianorum intravit et a V. **Henrico Loënio** priore qui etiam fuerat ejus magister in Porco, receptus fuit postquam vero aliquot annis in ordine fuisset et laudabiliter se gessisset initiata est domus in Scheut prope Bruxellas, ad quam missus fuit primus vicarius circa nativitatem Beata Virginis anno 1456, sed cum ibidem auctoritate capituli generalis ad supplicationem magistratus Bruxellensis præfatus **Henricus de Loe** prior hujus domus Capellæ est institutus brevi post rector. Anno 1481 tertia februarij obiit in hac nostra domo supradictus piæ memoriæ vir domnus **Henricus de Loë** vicarius. Tandem nona die post mortem domni **Henrici de Loë** cum secutus est in æternitatem, sanctam uti confidimus, obijtque 12ª februarii 1481, ætatis 68° cum bona fide spe et charitate et vivacitate sensuum usque ad ultimum : sumptis ecclesiasticis sacramentis.

Schrije 62:

Tou, f°48v, 50, 55v, 56.

*HFM041*
***Henricus Nullen.***
*b -  Bois-le-Duc (Brabant-Septentrional, Pays-Bas).*
*d -  Paris.*
*e -  Ch P c.1402(?)- †.*
*cvs 1409- †.*
*f -  12/13/15 aout 1409.*

---

*Delvaux, MB, p. 1439:*

Lamale, p. 12 : (catalogus priorum) domnus *Henricus Nullen duondam prior huius domus.*
Lamalle, p. 39-40 :item dominus Henricus Nullen qui obiit anno 1409. ste per aliquot anns ante obitum suum fuit hic prior et etizm visitatopr provinciæ Picardiæ, quæ eo tempore non erat adhuc divisa. In qua autem domo fuerit professus non constat nobis. Defunctus est autem in hac domo prior et visitator existens, habens monachatum per totum ordinem. Iste ut fertur dicebatur de prudentioribus totius Hannoniæ, ips et adhuc uns leprosus.
Pede fol. 7 : domnus Henricus Nullen prior hujus Domus annis 1402 ad annum usque 1409 in quo obyt 13 augusti. Visitator Provinciæ quæ necdum erat divisa. Dicebatur de prudentioribus viris totius Hannoniæ

*PB:*

*Le Vasseur (L.),* Ephemerides*, t. III, p. 69b. XIII die Augusti. Henricus de Nullem. Prior Capellæ. — Patria Buscoducensis, ex illustri prosapia oriundus ; relictis parentibus et sæculi delitiis, in Cartusia Parisiensi se se Deo per vota professionis consecrans, cum in hac eremo religiose conversatus fuisset, præfectus Cartusiæ Capellæ et Provinciæ Teutoniæ, magna fuit apud omnes in existimatione ob prudentiam et regularis observantiæ zelum. Vitæ cursum sancte absolvit, anno 1409, die 13 Augusti.* Catalogus priorum huius Domus. Necrologium Cartusiæ Parisiensis.
*KBR, de Wal, ms. 7043r, f° 37 : Anno 1409 in die S. Hypoliti obijt V.P.domnus dicitarus Henricus ~~Gerardus~~ Nullen, prior domus Capellæ, et visitator Picardiæ, quæ provincia necdum erat divisa, habuit monachatum, dicebatur de prudentioribus totius Hannoniæ ipse et adhuc unus leprosus.*
*AC 100:44, p. 53, L30, c.1408 : visitatores provinciæ Picardiæ sunt priores Gosnay et Capellæ.*
*AC 100:44, p. 54, L21, c.1409 : provinciam Picardiæ visitabunt priores Gosnay et Capellæ.*
*AC 100:25, p.418, L15-16, c.1410 : domnus Henricus, Capellæ prior, 13 die augusti, habens plenum cum psalterijs monachatum ; cuius die conscribatur in calendarijs.*
*AC 100:27/1, p. 92, L11-12, c.1410 : domnus Henricus, prior domus Capellæ, habens monachatum &c., obijt 12 augusti.*
AC 279/2, Obituaria Cartusiæ Lirensis, *15 augustus : domnus Henricus Nollens prior Capelle*
AC 279, Calendarium Cartusiense Bruxellensis, *13 augustus : domnus Henricus Nullen, prior domus Capellæ.*
*Arsenal:*

*Schrije 63.*

ChM088

**Henricus Petit.**

a - p.: Jean
m.: Maria de Causenare.

b - Enghien (Hainaut)
11 mai 1627.

d - 1649.

e - ord min [Bruxelles) ? mars 1650
subd (Bruxelles) 1650
dia Bruxelles) 2 avril 1650
sds (Bruxelles) 3 juin 1651
An vic 1661-1669
Ch P mai 1669-c.1677
SA vic c.1677-1680
AL P 1680- †.

f - 30 septembre 1693.

---

PB :

RAA Kart. Antw. 23 :

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 63, f° 46v : Bruxellæ feriam sextam quatuor temporum mensis martij anno MDC quinquagesimi ad requisitionem illustrissimi domini archiepiscopi ab illustrissimo domino archiepiscopo Ephesino insigniti sunt promoti ad ordines minores … frater **Henricus Petit** ordinis cartusianorum conventus Bruxellensis diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium

f° 47 : Bruxellæ sabbato quatuor temporum quadragesimæ MDCL ad requisitionem illustrissimi domini archiepiscopi ab illustrissimo domino archiepiscopo Ephesino in sacello Berlemontano ordinati sunt subdiaconi … frater **Henricus Petit** ordinis cartusianorum, diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium conventus Bruxellensis sponte et libere professi.

f° 49v : Bruxellæ die secundo Aprilis MDC quinquagesimo sabbato post Dominicam Lætare ad requisitionem illustrissimi domini archiepiscopi ab illustrissimo domino archiepiscopo Ephesino in parochiali S. Catharinæ Ordinati sunt Diaconi … frater Henricus Petit ordinis cartusianorum diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium

f° 67v : Bruxellæ die tertio junij [1651] sabbato 4 temporum Pentecostes ad requisitionem illustrissimi et Rev^mi^ domini Archiepiscopi ab illustrissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo Ephesino in parochiali Sanctæ Catharinæ ordinati sunt presbyteri … frater Henricus Petit ordinis cartusianorum diœcesis Cameracensis. Vigore dimissorialium.

Bernaer:

SABg Cal:

AC 100/28, p. 163, c.1662 : domnum Henricum Petit prof domus. Capellæ a patre visitatore in vicarium (domus. Antverpiæ) institutum confirmamus

AC 100/28, p. 172, c.1669 : domno Henrico Petit professo domus. capellæ a conventualibus in priorm electo et a Reverendo Patre confirmato non fit misericordia.

AC 100/28, p. 181, c.1670 : priori domus. Capellæ non fit misericordia.

AC 100/13, p. 45, c.1673 : priori Capellæ non fit misericordia.

AC 100/13, p. 52, c.1674 : priori Capellæ non fit misericordia.

AC 100/13, p. 59, c.1675 : priori Capellæ non fit misericordia.

AC 100/13, p. 63, c.1677 : priori Capellæ, alibi instituto, fit misericordia.; … et præficimus in vicarium dictæ domus (Monialium Brugis) Henricum Petit, proptere a prioratu Capellæ absolutum

AC 100/13, p. 71, c.1679 : vicario monialium Brugis non fit misericordia.

AC 100/13, p. 78, c.1681 : priori Liræ non fit misericordia.

AC 100/13, p. 84, c.1682 : priori Liræ non fit misericordia.

AC 100/35, p. 7, c.1689 : prior domus Lyræ non fit misericordia

AC 100/35, p. 16, c.1690 :prior domus Lyræ non fit misericordia et ordinationem factam per visitatores provinciæ in actu visitationis anno 1688 circa exclusionem mulierum a refugio, et accessum procuratoris Lyrani ad urbem Antverpiensem approbamus, et volumus inviolabiliter observari, F. Ant. de Mongelfond vicarius Cartusiæ.

AC 100/35, p. 24, c.1693 : priori domus. Lire nonfit misericordia.
AC 100/35, p. 27, c.1694 : domnus Henricus Petit professus domus. Capellæ prior domus Lyræ alias prior domus Capellæ et vicarius monialium Brugis
RABg OKA 315:
Letres a Dom Pierre-Antoine Pecquius, dom Aug. Devaux, Sélignac, 1969, p. 26, lettre du 8 novembre 1658: … conventus noster (Hérinnes) est divisus ab octo diebus, une pars est in refugio nostro Angiensi, scilicet … d. Henricus Petit …
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 30 september : domnys **Henricus Petit**, Angiensis, professus domus Capellæ, prior domus hujus, et alias prior domus sue professionis nec non vicarius domus Antverpiensis, et monialium Brugis. 1693.

E. Lamalle, p. 16 : (cathalogus priorum) in huius adeo seduli defuncti regimine per viam electionis successit dominus Henricus Petit, Angiensis et huius domus professus, qui præfuit a mense mai 1669 usque ad annum et mensem maii 1677 ; tunc per cartam capituli missus Brugas, ut fungeretur officio vicarii in domo monialium nostrarum et per idem capitulum generale institutus fuit hic prior dominus Melchior Pletincx Herinensis, eo tempore exercens officium vicarii monialium Brugis, ex procuratore domus Capellæ suæ professionis, quo officio functus est magno labore sub VV. patribus Wolf et Petit ab anno 1658 ad annum 1676 in ianuario, quando fuit missus Brugas pro functione muneris supradicti vicarii scilicet monialium quo functus est uno anno cum dimidio. Hic prior dominus Melchior Pletincx vita mortali defunctus est in fine anni 1690, qui antea notabili tempore fuerat procurator in hac domo sub domino Balthazare de Wolf qui pariter operati sunt in exstructione maioris ædificii anterioris.

Pede fol. 122 – 124 : … Procuraturam sic gessit in hac domo per 18 annos, donec anno 1676 initio anni per litteras obedientiales factus fuit vicarius apud moniales nostras Brugis, quod non mansit nisi ad cartam usque capituli nostri generalis anno 1677 sequenti, per quam domnus **Henricus Petit prior** hujus domus loco ejus missus fuit ad vicariatum illum monialium, et domnus Melchior institutus fuit hujus domus prior. Domnus **Petit** creaverat sibi procuratorem domnum Hieronimum de Hoppenbrouwer professum domo Antverpiæex vicario domus hujus …
Pede Fol. 124 : domnus Henricus Petit, Angiensis, monachus hujus domus professus anno 1649, subdiaconus ordinatus vigore dimissorialium ab Epise Mechliniensi 12 marty 1650, eodem anno diaconus, et in mayo 1651 factus sacerdos. Deinde post aliquot annos missus est vicarius ad domum Liræ deinde ad domum Antverpiæ, ubi existens defuncto 12[a] aprilis hic domno priore de Wolf A° 1669 electus est in hac domo suæ professionis prior in qua non invenit nisi, ratione belli continui, calamitosa tempore post octo annos pr Petit presidentiæ translatus est hinc per cartam 1677 ad vicariatum Monialium nostrarum Brugis loco domni Melchioris Pletincx qui jussus est hanc præsidentiæ sedem occupare. apud moniales nostras non nisi per tres annos mansit nam per cartam capituli generalis 1680 venit ad prioratum domus Liræ ubi et mortuus est 30 7bris 1693. hic præsidens ædificavit villam nostram in Cromrycke grangiam stabula etc varios fratres donatos ad ordinem recepit et aliquos monachos.

Pede fol 125 – 128 : … habebamus in civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum refugium in vico dicto *Willoy Straete*, unde factæ fuerant tres domus majores cum una minore, quæ locabantur extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. **Petit** prior et conventus anno 1677 consentientibus V.V.P.P. visitatoribus a reverendo patre generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a V. patre Bodart et suo conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. Visitatoribus concessa petitis a reverendo patre generali 11[a] Xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare domus illæ fuerint venditæ et quomodo venditio hæc maxime nobis profuerit in amortisatione bonorum nostrorum anno 17
Reverendissimo in Christo Patri priori Majori Cartusiæ et totius ordinis cartusiensis generali debitam obedientiam et reverentiam. Infrascripti prior et conventuales domus Capellæ Beatæ Mariæ prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, domos, quæ a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum: hæc considerantes juxta consilium proborum virorum, domus nostræ utilitati convenire judicamus, ut præfatæ Domus dentur in Emphyteusim vel vendantur, et earum prætium juxta Statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo Redditu sine onere reparationum et Reddituum solutione quibus dictæ Domus gravantur, pro quo jam præmisso ~~debt~~ debito cum Conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam VV[dis] Patribus Visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a Reverendissima Paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus,

quod sperant cum omni humilitate subscripti reverendissime pater. Humiles fily et servi vestri frater **Henricus Petit prior,** frater Theodorus Mallants vicarius ; frater J. de Weese ; frater Egidius Thienpont Sacrista ; frater Andreas Langhenhove ; frater Joannes Baptista Verstrepen ; frater Joannes Janssens ; frater Hieronymus de Hoppenbrouwer procurator ; frater Petrus Oostelinck.
Cum aperte constet venditionem requisitam utilem Domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus . actum in cartusia Lyrana die 29[a] marty 1677. Frater Petrus Antonius Pecquius, prior domus. Lyræ visitator, frater Hugo de Molinghen prior domus Lovanij convisitator.

*BxM067*
***Henricus Raeymaeckers.***
*e - vic c.1691- 10 janvier 1692*
*P 10 janvier 1692-c.1694.*

---

*AELi, Chartreux 7, 2 aout : obijt domnus Henricus Raemakers, professus domus Bruxellensis, prior domus Distensis, alias prior domorum Capellæ et Bruxellarum, 1711.*

*E. Lamalle, p. 16 : (cathalogus priorum) post hunc electus fuit prior dominus Henricus Raeymackers in initio anni 1691, cum fuisset hic per medium annum vicarius scilicet tempore chartæ capituli generalis. Iste stetit per duos annos cum dimdio, cui successit per ordinationem chartæ venerabilis pater Franciscus Bodart.*

*Pede fol 125 – 128 : domnus Franciscus Bodart, Wavriensis, professus Domus Liræ a prioratu domus Lovanij ad prioratum domus hujus Capellæ translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni* ***Henrici Raeymakers*** *absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem carta translati .*

*Pede fol. 128 : domnus Henricus Raeymaeker,s professus domus Bruxellensis. In hac domo fuerat institutus vicarius per cartam capituli generalis anno 1691 quo anno 20 Xbris obijt hujus domus prior domnus Melchior Pletincx convisitator. Monachi Herinensses electione data 10 januarij 1692 suum vicarium domnum Henricum sibi priorem elegerunt hoc infelicissimo tempore, nam eodem electionis hujus anno Gallorum totus exercitus in hoc pago castrametatus est usque ad pagum de Steenkerke in quo famosa illa pugna accidit dicta de Steenkerke 3[a] augusti eodem anno 1692. anno sequenti 1693 Hollandi exercitus cohors ex Lennicke hoc monasterium invasit et deprædavit obvia quæque diripientes milites et confringentes, inter cætera plusquam 24 millia tegularum vel ardosiarum in Tectis fregerunt; furatæ sunt una nocte omnes vestes P vicarij ex cellas ejus. in via Montensi fuit procurator a militibus grassatoribus aggressus, et coactus se redimere datis 16 libris. cæterum annis 1693 et 1694 terræ omnes hic et in vicinia incultæ manebant, milites fructus omnes deprædantes continuo. Anno 1693 ab initio fere augusti ad finem usque (tekst hier afgebroken)*

ChM089
**Henricus Sleen**
alias **de Trajecto, Slew.**
e - vic ? - †. ou vic ? - ?
f - 20/22/23 juillet 1426.
g - copiste.

---

Delvaux, MB, p. 1433:

Le Vasseur, *Ephemerides*, II, 519, Henricus de Trajecto, Herne, 1426, 23 juli. Vicarius Capellæ. — Vitæ admodum religiosæ et exemplaris; ad patriam cœlestem felici morte migravit, a.1426, die 23 julii. Alii scribunt eius obitum ad diem 22 Julii. *Chronicon Capellæ.*

AC 100:8, p. 121, L9-12, c.1427 : domnus Henricus Sleen vicarius domus Capellæ pro quibus fiat idem et pro ipso domno Henrico fiat anniversario scripto post diem obitus sui qui scribatur in calendariis sub die 22 iulii.
AC 100:10, p. 103, L30-p.104, L2, c.1427 : domnus Henricus Slew monachus & sacerdos domus Capele pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem], et pro ipso domno Henrico fiat anniversarium perpetuum per totum ordinem adiungendum primo anniversario post diem obitus sui qui scribatur in kalendarijs sub die XXIJ julij.

AC 279/2 : 22 julius, domnus Henricus monachus Capelle.

Schrije 64 et 68:

Lamalle, p. 21 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui non fuerunt hic anno M°CCC°XC° sed postea venerunt et sunt defuncti usque ad anum M.CCCC.LVI.), dominus Henricus de Traiecto, monachus et vicarius huius domus.
Lamalle p. 52 : circa idem tempus (1433) obiit dominus Henrius de Traiecto, monachus huius domus ac quondam vicarius qui scripsit missale ante sanctum Ioannem et duo volumina vita Iesu Ludolphi, qui fuit vir venerabilis vitæ. Obiit in S.Apollinaris (*23 juillet*). [note : obiit 23 augusti 1433, huius parentes nobis benefecerunt pro structura novæ ecclesiæ (scripsit Pede)]

Pede fol. 10 : domnus Henricus de Trajecto monachus prof hujus Domus et alias vicarius in ea, obyt 23 July 1433, hujus parentes benefecerunt nobis pro structura novæ Ecclesiæ. Scripsit ille missale ante S[m] Joannem, et duo volumina Vitæ J. Christi auctore Ludolpho nostro. Fuit vir vitæ venerabilis.

Arsenal : 5 junius, parentum domni Henrici de Traiecto fratris nostriceterorumque omnium pro quibus orarte tenetur, a quo habuimus 34 libras Hanoniæ quæ pecunia exposita fuit in structura novæ ecclesiæ.

ChM090

**Henricus vande Voorde**

alias **de Vroede, de Werde, Voerde.**

d - 1° Ch
2° SA (SAM006).

f - SA 23 décembre 1434.

---

PB:

Lamalle, p. 21 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui non fuerunt hic anno M°CCC°XC° sed postea venerunt et sunt defuncti usque ad anum M.CCCC.LVI.), dominus Henricus de Voorde, monachus huius domus et Sanctæ Annæ.
Lamalle, p. 52 : anno 1434 obiit dominus Henricus Voorde, primo monachus professus huius domus, postea Sanctæ Annæ prope Brugas
Lamalle, p. 57 : dominus Henricus de Voorde, primo monachus huius domus, ultimo Sanctæ Annæ, obiit anno 34.
Lamalle, p. 212 : ???
Pede fol. 11 : domnus Henricus Van Voorden monachus 1° professus hujus Domus et secundo domus Sanctæ Annæ monialium prope Brugas qui obyt 23 Decembris 1434.
AC 100:9, p. 111:

Schrije 69.
AC 100:10, p. 180, L26-27, c.1435 : domnus Henricus de Poorde monachus domus monialium prope Brugis, pro quibus fiat [unum tricennarium per totum ordinem].
AC 100:24, p. 136, L10-12, c.1435 : domnus Henricus de Voerde monachus domus monialium prope Brugis pro quibus fiat [unum tricennarium per totum ordinem].
Arsenal : 23 [decembris] obitus domni Henrici vanden Voorde monachi hujus domus.

ChM091
**Henricus de Wessalia**
alias **de Westvalia.**
f - 15 septembre ? (>1390).

---

Lamalle, p. 18 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Henricus de Wessalia, monachus domus huius.
Pede fol.5 : domnus Henricus de Westphalia obyt 15 7bris.

Arsenal, 15 septembre : domini Henrici de Westvalia.

Schrije 70.

ChM092
**Herigerus.**
f - 3 mai ? (>1390).

---

Lamalle, p. 17 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Herigerus, monachus huius domus.
Pede fol.5 : domnus Hertgerus monachus hujus domus ob 3[a] May.

Arsenal:

Schrije 71.

AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 3 maius : domnus Hertgherus, monachus eiusdem.

*AnM021*
***Hieronymus Hoppenbrouwer.***
*e - vic 1672-1675*
*proc 1676-1677*
*vic 1677-1678.*

---

Pede fol. 122 – 124 : domnus Melchior Pletincx Herinensis, Monachus hujus Domus et in illa professus 28ª Januarij 1653. Procurator institutus in illa in Martio 1658 loco domnus Balthasar de Wolf prædecessoris Procuratoris in priorem hujus Domus electi; quem in diligentia et oeconomisericordia.e scientia insecutus est et maximam partem habuit in erectione ædificiorum omnium tunc constructorum: et in bellorum tempestatibus continuis infatigatus. Procuraturam sic gessit in hac Domo per 18 annos, donec anno 1676 initio anni per Litteras obedientiales factus fuit vicarius apud moniales nostras Brugis, quod non mansit nisi ad cartam usque capituli nostri generalis anno 1677 sequenti, per quam domnus Henricus Petit prior hujus Domus loco ejus missus fuit ad vicariatum illum monialium, et domnus Melchior institutus fuit hujus Domus prior. domnus Petit creaverat sibi Procuratorem Dᵐ **Hieronimum de Hoppenbrouwer** professum D° Antverpiæ ex vicario Domus hujus. hunc domnus Melchior prior prima Dominica adventus sermonem habens in Capitulo nostro iterum in vicariatu restituit his verbis: Huic Domui nostræ cum a quatuor mensibus vicario orbatæ necesse est ut provideatur, et quidem tali omnes in observantia regulari ædificare possit etc post ex tollentiam oculorum in diversas personas, tandem illos conjeci in personam domni **Hieronimi de Hoppenbrouwer**
illi igitur gratias ago de labore, sudore et obsequio prestito in officio Marthæ eumque absolvo ab officio Procuratoris et instituo vicarium hujus Domus,autem Gummarum van den Eynde denomino et instituo Procuratorem hujus Domus in nomine Patris etc Anno 1679 pro prima vice ascendit ad Capitulum generale unde descendit cum onere visitandi ut Collega Domos Moguntу et Molshemij visitatorum ascendit iterum ad Capitulum anno 1681, unde reversus est tunc Convisitator provinciæ. Anno autem 1687 cum iterum ascendisset in periculosam infirmitatem incidit Rhemis quo missus fuit frater Anthelmus Donatus, sanus
autem factus iter iterum arripuit. Interea toto prioratus sui tempore semper hic bellum erat, annis singulis prædationes, depopulationes agrorum, spoliationes villarum, concursiones Rusticorum ad hanc Domum cum
suis Equis et pecoribus et mobilibus ut ea conservarent sub militibus salvegardis quos continuo habebamus ad hoc: et quorum stipendia quæ erant maxima, pro majori parte solvebant illi Rustici, sicut et nos. super omnia illa damna quæ continuum nobis Bellum intulit, habuimus hic initio augusti 1690 tantam inundantiam aquarum ut quasi dilivium esset, vivarium nostrum in hac Domo et ante portam et omnia Receptacula
piscium nostrorum in unum diffluebant, it aut quasi mare viderentur, in Scibbeke vivarium vel vivaria terminos suos egrediebantur ad plateam usque, unde et pro majori parte pisces nostros amisimus . anno 1691 gravius exarsit bellum in his partibus, et 18 februarij cum Procurator noster, Nicolaus de Vroede villicus noster in Nevioele cum Hortulano Domestico nostro tenderent versus Tornacum, inter Tuilain et Mogrez prope Maude fuerunt arrestati et ducti athum ad Gubernatorem nomine Fareau; allegantes quod carerent salvo conducto et quod certe Equos ducebant ad Gallos: quidquid in contrarium dicerent nil juvabat et fuerunt coacti ut liberi evaderent dare 24 paltacones ne bona nostra situata in flandria in confiscationem caderent, cessimus illa hac æstate, facto Instrumento desuper Patribus nostris Gandensibus et Sylvæ S. Martini, insuper per totam æstatem habuimus una die hic salvagardum Hispanum, altera die salvagardum Gallicum et sic semper unum vel alterum, uni dandim erant 106 Imperiales alteri 60 Imperiales et sic continuo. 12 aprilis huc venerat cum maximis minis, flammis ora nostra devastandi Gallus Capitaneus
Le Fevre Regiminis de Roussillo n, quod fecerat alijs, nisi dedissemus illi in promptis pulcherrimum Equum, quem ad illum duci jussimus in Braniam Comitis. Procurator noster 7ª Junij cum esset cum Gregorio de
Smet majero de kestergewaut Angiæ in platea e regione de Witte Leirse et simul indecerent, fuit majerus occisus duobus ictibus pistoleta per unam partem Copiarum Lunenburgicarum; Procurator feliciter evasit a
fractione capitis quam illi minabantur. Huic tristissimæ vitæ succumbere debuit venerandus prior noster sic zelans domum suam; nam volens loqui priori nostro Bruxellensi, locum collocutionis mutuæ elegerant villam Cartusiæ istius in Liniaco S. Martini, ad quam cum advenissent 20 Xbris 1691, prior et Convisitator Melchior Pletincx subitanea quasi morte defunctus est scripsit egregium Registrum Bonorum nostrorum et alios utiles Libros in Procuratura Vir vita longiore dignissimus ad bonum Provinciæ et hujus Domus.

Pede fol 125 – 128 : domnus Franciscus Bodart Wavriensis professus Domus Liræ a prioratu Domus Lovanij ad prioratum Domus hujus Capellæ translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni Henrici Raeymakers absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem Carta translati . hoc tempore ubique Bellum, ubique ruinæ in his partibus quæ revera in hac Domo talem virum requirebant. Habebamus in Civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum Refugium in vico dicto Willoy Straete, unde
factæ fuerant tres Domus majores cum una minore, quæ locabantur Extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. Petit prior et Conventus anno 1677 consentientibus V.V.P.P. Visitatoribus a R[do] Patre Generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a V. Patre Bodart et suo Conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. Visitatoribus concessa petitis a R[do] Patre Generali 11[a] Xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare Domus illæ fuerint venditæ et quomodo venditio hæc maxime nobis profuerit in amortisatione Bonorum nostrorum anno 17
Reverendissimo in Christo Patri priori Majori Cartusiæ et totius ordinis Cartusiensis Generali debitam obedientiam et Reverentiam. Infrascripti prior et Conventuales Domus Capellæ beatæ Mariæ prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, Domos, quæ a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem Domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum: hæc considerantes juxta consilium proborum virorum, Domus nostræ utilitati convenire judicamus, ut præfatæ Domus dentur in Emphyteusim vel vendantur, et earum prætium juxta Statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo Redditu sine onere reparationum et Reddituum solutione quibus dictæ Domus gravantur, pro quo jam præmisso ~~debt~~ debito cum Conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam VV[dis] Patribus Visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a Reverendissima Paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus, quod sperant cum omni humilitate subscripti Reverendissime Pater. Humiles fily et servi vestri. frater Henricus Petit prior frater Theodorus Mallants vicarius. frater J. de Weese. frater Egidius Thienpont S[a] frater Andreas Langhenhove. frater Joãn Bapt[a] Verstrepen. frater Joannes Janssens. **frater Hieronymus de Hoppenbrouwer Procurator**. frater Petrus Oostelinck.
Cum aperte constet venditionem requisitam utilem Domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus . actum in Cart[a] Lyrana die 29[a] Marty 1677. frater Petrus Antonius Pecquius, prior Domus. Lyræ Visitat
frater Hugo de Molinghen prior D Lovanij Convisitator.
Conceditur prout petitur. Datum Cartusiae hac 26 Junij 1677. Reverendissimo in Christo Patri priori majoris Cartusiae totius ordinis Cart[ae] Generali meritissimo nec non VV[dis] P.P. Provinciae Teutoniae visitatoribus.
Exponunt debita cum reverentia Conventuales Cartusiae Herinensis alias Capellae beatae Mariae prope Angiam : ad suas devenisse manus Libellumquemdam supplicem a se respective et praedeceporibus suis, prius V.V.P. Visitatoribus, dein R[mo] Patri oblatum et ab utrisque respective 29[a] Martij 1677 signatum et 26 Junij, quo propter rationes inibi allatas ) licentia conceditur prout ex huic juncta copia videre est, vendendi et alienandi Tres majores cum una parva, quas in praefata Civitate Angiensi habent Domos: quod tamen hactenus factum non est : sed cum eadem adhuc militent rationes et Domus nostra insuper aere alieno misere
gravata sit, quod mercenarijs et operarijs aegestatem et inopiam patientibus (quorum mercedem nequidem usque mane apud nos morari debet Levil. 19) multa debeamus nec aliundo satisfacere possimus; ne ergo eos
victu privando interfecisse dicamur . nam juxta Eccles 34: qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem.
Humiliter et obnixe rogamus et petimus, quatenus R[m] Pater et V.V.P.P. Visitatores, votis nostris suffragantes, consentire dignentur ut pretij harum Domorum medictas (quod tatole ad 3600 floren praeter propter summam forsitan ascendet) applicari possit ad solutionem debitorum istorum maxime urgentium et in caelum clamantium: orabimus praeterea Dominum Deum ut Reverentiam vestram et venerandas Paternitates vestras diu servet incolumes. Datum in Domo Capellae hac 17[a] novembris 1694. frater Franciscus Bodart prior . frater Petrus Wouwermans vicarius . frater Joañ bapt[a] Verstrepen . frater Joannes Janssens. frater Anthelmus Schoonheyt
Procurator. frater Guilielmus vanden Looven Sacrista.
Nos infrascripti considerantes presentem Domus necessitatem ac rei vendendae utilitatem; harum Domorum approbamus venditionem, modo una praetij medictas applicetur ad solutionem debitorum, et altera ad emptionem aliorum bonorum immobilium. Actum in Cartusia Bruxell[a] 22 9bris 1694. frater Hugo Gaethovius prior domus Bruxellensis Visitator. frater Constantinus Magnus prior domus Gandavi Convisitator.

*BxM071*

***Hieronymus Nijverseel.***

*e - vic 1684-1691.*

*HFM044*
***Hieronymus de Wijdt.***
*e - P 1614- †.*
*f - 14 septembre/13 octobre 1616.*

---

Delvaux, MB, p. 1449:

AC 100/28, p. 3, c.1617 : domnus Hieronymus de Widez prof prior ds Capellæ alias prior domorum Sancti Audomari et Gosnai et vicarius domus Monialium ibidem.
AC 100:27/4, p. 144, L8-10, c.1617 : domnus Hieronimus de Viuder, professus et prior domus Capellæ, alas prior domorum Sancti Audomarj et Gosnay, ac vicarius monialium ibidem.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 13 octobris : domnus Hieronymus Wiets, prior domus Capellæ, professus Sancti Audomari, et quondam prior, etc.

PB:

Lamalle, p. 134 : Domino Roberto de Bel absoluto successit dominus Hieronymus Wyts, professus domus Audomarensis, qui cum præfuisset domui annos duos et menses tres migravit ex hac vita in festo Exaltationis sanctæ Crucis anno 1616.
Lamalle, p. 134:
Lamalle, p. 188:
Lamalle, p. 222:

RABg Aanw. 593.

Justin de Pas, *Cartulaire du Val S^te^-Aldegonde pres Saint-Omer*, Saint-Omer, 1905, p. XVII : 1600-1609 – Dom Jérôme de Wides ouWytz. Ch. 1647: " domnus Hieronimus de Wides professus et prior domus. Capellæ, alias prior domorum S^ti^ Audomari et Gosnay, et vicarius monialium Gosnay". Il fut prieur de la Chapelle de 1614 a 1616, de Gosnay de 1609 a 1612, et mourut le 14 septembre 1616. Cf. Cartulaire, letre P:
P. – 1602, 15 février. – Archives de Saint-Omer L Registre aux Délibérations du Magistrat N, f° 18r°.
Philippe Matton, aman du fief d'Escouflans pour les Chartreux, ayant pris au greffe des Vierscaires (vierschaar, *nvda*) le registre concernant cette seigneurie pour le remettre aux religieux, le Magistrat lui ordonne de le réintégrer sous peine de prison. Les religieux viennent en halle pour représenter qu'ils entendent avoir le droit d'y commettre des officiers comme avant la démolition du Colhof.
"Damp Jherome Wytz, prieur, avecq le religieux procureur du cloistre des Chartreux lez ceste ville, ayant requis audience…"

Pede fol. 96 – 97 : domnus Hieronimus Weits Monachus professus Domus S^te^ Audomari, qui ante ingressum ordinis fuit nobilis et junctus matrimonio, ex quo filiam habebat quae postea duxit virum quemdam nobilem qui Patrem suum domnum Hieronimum quandoque in itinere comitabatur. postquam autem exercuisset varijs temporibus in sua provincia officia varia et fuisset vicarius in sua Domo et in Domo Tornaci et vicarius monialium Gosnay, Procurator in sua Domo, prior Domus monachorum Gosnay et prior in propria sua Domo S^ts^ Audomari; vir jam provectae admodum aetatis, per cartam capituli generalis ad prioratum Domus hujus Capellae translatus est anno 1614, sed non diu hic praefuit nam obyt anno 1616 quarta decima septembris.

Pede fol. 106 – 107 : domnu Michael Jensema monachus professus Domus Lovany qui mortuo hujus Domus priore domno **Hieronimo de Wydts** mense septembri 1616 electione Conventualium electus est hujus domus prior. de hac electione scribit Wallius: Conventuales Herinenses in locum defuncti domni Hieronimi elegerunt domnum Melchiorem Charles Procuratorum monialium Brugis professum domus Lovanij. Sed P^r^ Visitator noluit cum confirmare quia erat uilis et necessarius aeconomus dictae Domus, et non videbatur habere sufficientem Litteraturam pro officio prioris; quamvis moniales praetendant se privilegium habere quo sibi invitis non possint subtrahi officiales . quidquid sit, ipse libens cessit electione de se factae, et R^dus^ Pater dedit rursus Conventui electionem qua agre satis electus est domnus Michael etc jam aetate grandaevus et qui prioratum in varijs Domibus gesserat, ut Lovany, Leodij et Buscoducis; quare D, van Emechoven ^Con^visitator subridendo, multos annos ei precabatur. Haec Wallius. qui anno 1620 scribit: Hoc anno ait circa festum S. Joannis Baptistae venit Bruxellas domnus Joannes Meldeman Namuramus professus Majoris Cartusiae et ibidem Coadjutor

quem Reverendus Pater cum domno Emmechovio Convisitatore post Capitulum gle dimiserat ut propius cognosceret de statu Provinciae. dissimulabat rem propter quam venerat et agebat cum quodam Comite de negotijs majoris Cartusiae et visitabat suos Parentes etc officiales Domorum ad quas divertebat, omnibus obsequijs illum excolebant itaut Reverendus Pater gratias per Literas egerit, quod Religiosum a se missum tam amice tractassent. querelae autem publicae erant de domno Michaele Jensema priore et domno Petro Lambrecht Procuratore quod sine requisita auctoritate Domum nostram Angiae reaedificassent, unde in Charta $^{hujus}$ anni ~~presedentes 1619~~ $^{1620}$ jam de illis querelis jam mentio facta fuerat per haec verba: priori D Capellae õ fit misericordia. et P.P. Visitatores sive alter eorum cum socio provideant super edificijs contentiosis nostra plena auctoritate. Pater ille Namuranus sine dubio haec retulit Reverendo Patri, nam scribit Wallius ad annum sequentem 1621, visitata Domo Bruxellensi 18$^{a}$ februarij ab ordinarijs visitatoribus prior domus Capellae Bruxellas adveniens vocatus a P$^{r}$ Visitatore invenit se absolutum cum suo Procuratore ex mandato Reverendi Patris, eo quod contra Bullam summi Pontificis et Statuta nostra aedificassent Domum in oppido Anghiae, non habito consensu totius Conventus, cujus potior pars scripsit desuper ad Illustrissimum Nuntium, qui Conventualibus rescripsit: ut primo scriberent ad superiorem ordinis et si ille non faceret justitiam, tunc suis partibus non defuturum.
Domnus Michael (pergit Wallius) fuit Pater Venerabilis et Vir antiquis moribus nec panum spiritualis qui alijs quoque Domibus praefuit, in Domo Capellae familiam aliquot personis auxit; et quia senio premebatur, curam externorum in Procuratorem suum domnum Petrum Lamberti rejecerat et permisit eum conceptam fabricam, utilem quidem sed non plane necessariam perficere etc. ambo hinc discesserunt reddito statu Domus paulo ante quadragesimam. domnus Michael obyt 9 Martij 1622, vixerat in ordine ultra 52 annos, habuit in Carta Capli generalis missam de B$^{a}$ per totam ordinem. domnus Petrus Lamberti factus Procurator est in Domo Lyrae.

Pede fol. 110 – 111 : domnus Robertus van Belle Binchiensis Monachus professus hujus Domus anno 1577 qui sequenti anno 1578 propter haereticos cum alys Conventualibus hanc Domum deserere coactus fuit missus ad aliam et securiorem Domum. erat industrius Tornator et huc reversus Procurator diversis vicibus pecunias recepit ab illis quibus ex ejus operibus quaedam presentaverat, et anno 1598 summam quandam ab abbate S. Autberti pro cavea ad includendam in ea avem ab illo recepit, quas sic receptas pecunias portat in annuo Computu Domus. Anno 1606 erat in hac Domo vicarius, et mense novembri 1609 in visitatione absoluto domus Adriano Dorpio hujus D priore et Convisitatore Provinciae per Plenipotentianrios Patres Reverendi Patris Generalis cum data fuisset electio Conventualibus in qua non concordarant, hic domnus Robertus vicarius, ab illis nominatus est hujus Domus Rector et sequenti anno 1610 per cartam institutus est prior. hanc tamen Praesidentiam diu non tenuit, nam Carta capituli generalis anni 1614 a prioratu fuit absolutus. Anno 1615 sequenti supplicae subsignavit presentatae a Conventualibus hujus Domus Reverendo Patri et Capitulo Generali : quoad misam De Behault. Reverendo Patri priori majoris Cartusiae, totiusque Ordinis Cartusiensis
Ministro generali Exponunt cum omni reverentia et humilitate prior et Conventus Cartusiae Capellae B$^{a}$ Mariae prope Angiam: quod ex virtute et tenore cujusdam Contractus olim ante annos circiter 87 initi, inter priorem et Conventuales ejus temporis; et honorandum virum Joannem de Behault Montium Hannoniae incolam: obligati sint ad celebrationem quotidianae unius Missae in perpetuum, ob certam septingentorum viginti florenorum summam, tunc eisdem numeratam; quam ex eodem contractu cujus est hic annexa Copia constat fuisse consumptam in quibusdam debitis quibus tunc domus gravabatur persolvendis, necessarijs que provisionibus ordinarijs coemendis cum intentione tamen impendendi in futurum, quando uberiores suppeterent facultates similem summam in comparandis Redditibus annuis pro securitate ejusdem fundationis: quod nihilominus nunquam factum est, quare missarum numerum venerandus P$^{r}$ Hercules hujus Provinciae Teutoniae non ita pridem Visitator, ad quatuor singulis septimanis redegit. quod onus tamen adhuc satis molestum et grave sentientes ob Religiosorum paucitatem et quo immerito se gravari quandoquidem nullum ex inde pereipiunt emolumentum censent se posse conqueri, supplicant humillime ut cum auctoritate et permissione R$^{dae}$ vestrae Paternitatis et benigna dispensatione super obligatione praefati contractus eidem liceat eis supplicantibus satisfacere per missam privatam de B$^{a}$ Maria quae ex ordinis more legitur; quandoquidem nulli hujus Domus Benefactori adhuc dicata est; addita oratione proprîa Inclina in plurali pro Fundatoris intentione orabuntque pro felici prosperitate R$^{dae}$ P$^{a}$ Vestrae frater **Hieronymus de Wydts** prior frater Adrianus Dorpius vicar$^{s}$ frater Joannes Roost senior f Jacobus Goossens pro et sacrista frater Robertus de Belle ejusdem Domus professus frater Augustinus van Doren prof ejusdem D° frater Petrus Lamberti Proc, frater Judocus Fortius professus.
infra : committimus Patribus Visitatoribus ut nostra authoritate provideant supplicantibus. Cartusiae sedente Capitulo1615 frater Bruno prior Cartus
Et inferius: Juxta authoritatem nobis concessam, considerata Domus necessitate, supplicantium petitioni libenter annuimus. Datum in Cartusia Domus Capellae in actu visitationis ejusdem 8$^{a}$ 7bris

1615 f Jacobus Dionysius prior Cartusiae Gandensis. frater Van Emechove prior Cart° S. Sophiae, Visitatores provinciae Teutoniae. Nota: descripsi suprascripta sicuti orginaliter jacent. Anno 1619 defuncto hujus domus vicario domno Dorpio, hic domnus Robertus iterum fuit institutus vicarius in quo officio perseveravit ad mortem usque quae illi
venit 9[a] Marty 1634 postquam 58 annis laudabiliter vixisset in ord[ne].

ChM093
**Hubertus van Edingen**
alias **de Angia.**
a - p.: Philippe, seigneur de Zandbergen.
b - Zandbergen (Flandre Orientale).
c - prêtre séculier.
d - entré 22 mars 1530.
pfs 22 mars 1531
e - cité 1533, 1534, 1546, 1562.
f - 10 février 1563.

---

PB:

AC 100:40, p. 72, L30-31, c.1562 : domnus Humbertus, incarceratus ibidem, habeat patientiam in petitione sua.
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 80b, *chartreuse d'Enghien* : l'an 1530, fut reçu en cette maiso,, par dom Charles prieur, a l'état de moine Hubert Edingus, prêtre séculier, fils de Philippe seigneur de Santberghe, né non loin de Grammont. L'année suivante il fit profession danss l'ordre en présence de dom Charles, prieur, qui l'avait reçu le 11 des calendes d'avril. Il a fait des choses admirables pendant sa vie.
AC 100:27/3, p. 152, 5, c.1563: domnus Humbertus de Amgia, professus domus Capellæ.
AC 100:40, p. 84, L26, c.1563 : domnus Hbertus de Angia, monachus professus domus Capelle. Pro quibus fiat [unum tricenarium defunctorum per totum ordinem].

Delvaux, MB, p. 1445:

Lamalle, p. 161:

AC 100:36, p. 19, L19-21, c. 1540 : (*In domo Capellæ*) Et declaramus domnum N. esse vere professum domus in Snals, irritam habentes professionem 2am factam in domo Capellæ tanquam abusivam et statutis nostris contrarium (We verklaren dat D.N. een echte profes is van Snals ; zijn tweede professie in Herne aanzien wij als ongeldig…).

Pede fol. 75-76 : **Hubertus ab Angia**, filius illustris domini Philippi, domini de Santbergen, etc. monachus professus hujus domus, de quo in Chronico domni Joannis Ammonij fol. 111 ubi de eo agitur est additum altero charactere : qui fecit mirabilia in vita sua. Utinam nobiliora ! Presentavit se autem hic et locum postulavit sub habitu sacerdotis sæcularis et receptus fuit a domno Carolo Serraes priore ac vestitus habitu novitij 22° martij 1530 et facto novitiatu sub eodem priore professus anno sequenti 1531 eadem die, non diu post professionem incæpit ostendere suam instabilitatem et nequitiam : hinc aufugit sed comprehensus carceri inclusus est. In charta capituli nostri generalis anni 1533 habetur articulo domus Capellae, Et domnus **Hubertus** ibidem propter fugam incarceratus, sub spe emendationis liberetur e carcere. tunc vero similiter e carcere liberatus fuit, sed jam liber ut creditur iterum aufugere vel tentavit vel aufugit, et iterum apprehensus in carcere fuit repositus; aut cum ordinatum in carta praecedenti fuisset ut liberaretur, liberatus non fuit propter incognitas nobis rationes, quidquid de eo sit: anno 1536 iterum sollicitavit ex eo liberari; et respondit capitulum generale hujus anni articulo Capellae hæc verba : Et super liberatione e carcere domni **Huberti** monachi professi ibidem committitur priori domus ut cum consilio sui conventus agat quod secundum Deum utile videbitur. Quid in hoc prior et conventus fecerit, ignoramus. Sed circa annum 1540 innotuit patribus capituli nostri generalis domnum **Hubertum** hunc ad huc semel fuisse vestitum et professum cartusianum in domo nostra de Snals quæ Mons Angelorum vocatur in comitatu Tirolensi : quae ut Miraeus scribit in originibus cartusiarum, cartusia est in altissimis Montibus Rupibus que posita et aliquot horarum spatio vix pervia, adeo ut sit locus honoris ac vastae solitudinis. Carta capituli nostri generalis hujus anni 1540 habet sequens articulo Capellae : et declaramus domnum Hubertum Edinghen vere esse professum domus Montis Angelorum in Snals, irritam habentes professionem secundo factam in domo Capellae tam quam abusivam et statutis nostris contrariam, cum in illo capitulo de transmigratione ejus ad illam domum nihil fuisset ordinatum, capitulum generale anni sequentis 1541 habet : et domnud **Hubertus Edinghen** remittatur ad domum primæ professionis suæ in Snals sibi destinatam per novissimum capitulum generale. Carta autem hæc non est sortita suum effectum, qua de causa, nos latet. maluit forsan hic in carcere detineri quam ad illam domu de Snals reduci. Carta capituli generalis anni sequentis 1542 articulo Capellae habet : et domnus **Hubertus** maneat ibidem in carcere donec de eo ordo aliter ordinaverit. Sic cecinerunt patres capituli nostri generalis varijs annis et semper hic mansit inclusus,

non invenimus quod domus ejus in Snals nobis de eo aliquas expensas solverit, sicut nec ejus parentes aut amici tam divites.
Carta anni 1546 articulo semper Capellae: et super domno **Huberto** ibidem incarcerato committitur visitatoribus ut provideant sicut eis scribitur ad partem.
Carta anni 1548 : et domnus **Hubertus** ibidem incarceratus perseveret incarceratus donec saluti suae provideri poterit.
Carta Anni 1549 : Et domnus **Hubertus** ibidem incarceratus perseveret in carcere, quo usque visitatoribus constiterit de ejus emendatione et bona voluntate.
Et demum carta capituli generalis anni 1555 habet articulo Capellae " Et domnus **Hubertus** incarcerato visitatores provideant prout viderint expedire ad Dei et ordinis honorem, et ipsius incarcerati salutem.
Invenimus autem illum obijsse 10° februarij hac autem die obitus ejus ponitur in calendario hujus domus, et inde constat quod pœnitens et ad se reversus obierit. Annum obitus ejus adhuc ignoramus et ignorabimus donec istorum temporum cartas habebimus, quae raræ sunt admodum ; unde nec annos obitus variorum hic sequentium monachorum scire potuimus. Cogitet lector quam perplexus fuerit animus et conscientia prioris hujus domus dum domnum **Hubertum** sive ex confessione sive ex alia scientia scivit apostatam se recepisse.

AC 100:23/3, p. 20, L29-30, c.1533 : domnus **Hubertus** ibidem (domus Capelle) propter fugam incarceratus, sub spe emendacionis sue liberetur a carcere.

Arsenal : 10 [febrarius] domni **Hubertui van Edinghen** monachi huius domus.
SAL :10 [februarius] obijt domnus **Hubertus de Angia** monachus professus domus Capelle.
Stöhlker, Die Kartause Buxheim, folge 4, p. 788-789: **Hubertus de Edingen**. Apostat. Flieht 1545 aus dem Buxheimer Klosterkerker, Ottobeuren, Stiftsarchiv, Buxheimer Akten 136, f. 61r
Hubertus (van) Edingen (de Angia)
Taufname: Philippus ; Geraardsbergen
Weltpriester
1° Pfs Schnals, 2° pfs Herne ca. 1530
† 10/2/1563
Stöhlker, Die Kartause Buxheim, folge 3, p. 563-564: Notizen des priors Theodoricus Loher zur Personalsituation der Kartause Buxheim in den Jahren 1543-1549: 1545: Hubertus de Edingen, monachus ex domo Capelle, fugit ex carcere

ChM094
**Hugo Bloet**
alias **Bolet, Bloot, Wiven.**
b - Delft (Hollande-Méridionale, Pays-Bas).
c - OSB Egmond (Hollande-Septentrionale, Pays-Bas).
e - Montdieu P c.1455-c.1458
Ch moi c.1458- †.
f - 11/12 septembre 1474.

---

PB, Mont-Dieu, c.1455 : priori domus Montis Dei fit misericordia et præficimus in priorum dictædomus domnus Hugonem professum domus Capellæ, qui habeat facultate

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore prioratus domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Arnoldus Bloot de Delft, monachus domus huius.
Lamalle, p. 60 : eodem anno 1455 fuit dominus Hugo Bloot de delft missus ad domum Montis Dei, ubi prior fuit circiter 2 annis
Lamalle, p. 74-5 : anno eodem (1474) obiit dominus Hugo Bloot de Delft, monachus professus huius domus, grandævus qui fuerat circiter 30 annis in ordine, receptus a domino Laurentio. Iste ante ingressum ordinis nostri fuerat benedictinus in Egmunda et ibidem prior. Postquam fuerat aliquot annis in ordine, factus est prior domus Montis Dei duobus annis unde rediit huc.Et circa finem vitæ suæ fere inutilis fuit.
Lamalle, p. 207 : domius Hugo Wiven delphensis, monachus professus huius domus, quem licet

Pede fol. 28 : domnus Hugo Bloot Delphensis, monachus professus hujus domus ad ordinem receptus a domno Laurentio de Musschezele priore qui supra cum esset religiosus benedictinus professus celleberrimae abbatiæ in Egmonda in Hollandia prope Alemarum, et in ea prior. Postquam hic aliquot annis fuisset in ordine, per cartam capituli nostri generalis anno 1455 institutus est prior domus Montis Dei, quod fuit duobus tantum annis nam anno 1457 huc redijt. Subjungam ea quæ scribunt de illo et Dorlandus et Raissius : Vir inquiunt fuit valde timoratus et bonus : cujus vita omnis, erat forma virtutis. de hoc præter alia mihi scriptum est, quod præ cæteris virtus in eo floruerit paupertatis, pro qua sola ( ut apprehenderet ) a sedibus regalibus Dei filius noscitur descendisse. Hic Hugo tam ardens erat paupertatis amator, ut vix sellam, vix operculum, vix vel brevem supellectilem visus sit possidere, ita voluit omnia in usus pauperum erogare. Ante mortem per 10 annos vixit cæcus, quam calamitatem tam mansueto animo pertulit ut alterum Tobiam existimares : noverat enim damnum externi luminis, interioris hominis visu splendidiore vir sapiens compensare, hic sancto fine potitus quievit in pace postquam in hoc nostro ordine fuisset 30 annis vir grandævus 11 septembris 1474. Ejus proximi fuerunt hujus domus nostræ benefactores.

Pede fol. 40 : D . Hugo Wiven Delphensis, monachus professus hujus domus, quem licet non inveniamus in chronicis, invenimus in manualibus priorum vel procuratorum sororem et neptem ejus huic domui benefecisse ejus intuitu annis 1459, 1460, 1467 et 1468. Fieri potest quod missus ad aliam domum vel provinciam fuerit in qua forsan et obyt et in hac domo vel provincia quasi ea de causa oblitus fuerit.

KBR, de Wal, ms 7043, f° 87v (105) : domnus Hugo Bloot moritur de quo Dorlandus lib. 7, c. 29. In die Prothi et Hyacinthi 11 septembris vitam cum morte commutat domnus Hugo Bloot, Delphensis, professus domus Capellæ qui annos circiter triginta exegit in ordine receptus a domnus Laurentio. Ante ingressum ordinis fuerat Benedictinus in Egmunda ac ibidem prior, postquam aliquot annos vixisset in ordine nostro institutus fuit prior domus Montis Dei duobus annis, unde redijt ad domum professionis suæ et circa finem vitæ fuit cæcus.
Le Vasseur (L.), *Ephemerides,* t. III, 272b-273a. die XI Septembris. Hugo Bloot (Boletus) 1474. Prior Montis Dei — Professus Capellæ ; Delfis apud Batavos oriundus a nobili prosapia, a teneris annis inter Benedictinos adscriptus est apud Egmondam, nobilissimum totius Hollandiæ cœnobium. Ibi postea propter præstantes mores factus prior, cum disciplinæ regularis vigorem languescere cerneret, et cœnobium et quod gerebat in eo munus dimittens, ad Cartusianos Capellæ transmigravit ; ubi, cum omni genere virtutum floreret, assumptus est ad regimen Montis Dei. De quo Dorlandus noster lib. 7, cap. 29, Chronici Cartusiensis sic loquitur : « Hic tandem Capellæ ad cellam rediit, vir valde timoratus et bonus, cujus vita omnis erat forma virtutis. De hoc præter alia mihi scriptum est, quod præ cæteris in eo floruerit virtus paupertatis, pro qua sola (ut apprehenderet) a sedibus regalibus Dei

Pede fol. 59-60 : domnus **Joannes de Lelloe**, monachus professus hujus domus ante sacerdos sæcularis, oriundus de prope Nivellam. receptus et vestitus a domno Arnoldo Kaerman priore, anno 1478 in Purificatione Beatissimæ Virginis Mariæ et anno sequenti eadem die professus. Pergit 2[m] Chronicon fol. 89: Hic posteaquam fecit professionem, scripsit duas quinsuagenas, secundam et tertiam commentariorum domini Aurely Augustini in psalterium Davidicum: qui solent in bibliothaeca jacere Libri, et atia quaedam praeterea scripsit. hic etiam fuit per aliquot tempus aedituus sive sacrista hujus Domus ut A° 1487, a quo ministerio absolutus factus est Procurator (sed per breve certé tempus) a quo etiam ministerio absolutus, factus est Cantor Chori quod ministerium multis annis administravit: quia sicut robustus erat corpore, sic etiam fortem habebat vocem satisque bonam si bene regere eam scivisset et gubernare. Sed in arte Musica non fuit peritissimus. deinde postquam obyt domnus Petrus Beerincx Vicarius Domus hujus 28 July 1501 successit illi in hoc ministerium, ac deinceps multorum fuit magister et Insitutor novitiorum, quibus prima ordinis Cartusiani tradebat elementa, observationes et ceremonias, quomodo deberent eas observare nocte ac die ubique temporum ubique locorum. Fuit etiam corrector aliquando et ordinator eorum quae legenda sunt in Choro et in caenaculo. Atque tentationibus multis interim et infirmitatibus et afflictionibus et aegrotationibus frequenter afficiebatur
quibus tandem incommodis, ejus alioqui ferocitas cicurabatur, domitabatur mitigabatur sic: ut in annis senilibus, animositate ejus jam reflaccescente; placidus ac lenis esset. Infirmitates enim et afflictiones
si moderate tolerantur, introducunt in animam hominis favente Deo multam virtutem, patientiam probationem spem bonam erga Deum. inter alias infirmitates quious afficiebatur domnus Joannes, podagra saepi fuit illi permolesta: qua circiter vitae suae finem sic erat attenuatus, ut nonnisi aegre admodum quiverit inambulare, idque non absque scipione. denique postremo die quo vixit inter nos, erat secundus dies minutionum mense Julio, et post prandium quidem fratres ibant ad campos, ipse vero manebat domi. Illo tempore ego etiam ita sciatim patiebar ut extra monastery septa non irem. Ipse pergebat in hortum pomorum et precoqua pyra unum aut alterum collegit ibi. non erat quidem aegrotus corpore sed pedibus dumtaxat firmus non fuit. inambulabat autem scipione fultus. deinde venit ad portam ostenditque nobis fructum novum. deinde post sesqui horam cum esset nobiscum in Choro, circa finem divini officij velociter quantum valuit exivit e templo, sic ut aliqui mirarentur. Et caena facta unusquisque fuit in sua quiete. At matutino tempore, infirmarius ut vidit non adesse vicarium in Choro, properavit ad Cellam ejus. Et ecce ibi neque cuculla neque tunica superiore vestitus, jacuit homo ante lectum suum defunctus. quem Infirmarius prius offendit pedibus quam usurpavit oculis. nam etsi cum Laterna venit, oculos tamen ad lectum conjecit, non ad solum ubi jacuit, pedibus versus lectum, capite versus lectulum quem vocant misericordiam. ad cujus stipitem ut opinamur laesus, habebat vulnus in capite. non magnum quidem quia testa capitis non erat fracta; sed pellis dumtaxat soluta, cum modica sanguinis effluctione fuit. Ibi uti autumamus, vesperi cecidit quando exuebat vestimenta sua exteriora, parans se sumpturus coenam. quandoquidem et mensa

parata erat, cibusque mensae suppositus et illibatus, qui pro coena vesperi cum potu fuit ministratus. Jacuit autem supinus sicuti finitis matutinis vidimus, interioribus indumentis et capitio vestitus ac toto corpore extensus. Et iste quibem hoc modo discessit quarto nonas hoc est 4° July 1525 post viginti quatuor annos vicariatus hujus Domus.

de Wal, 7044, f° 17v:

AC 100:23/1, p. 12, L7-8, c.1526: domnus Joannes Amandi, professus domus Capelle.
AC 100:27/2, p. 245, L6-7, c.1526: domnus Joannes Amandi, professus domus Capellæ.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 4 julius : domnus Johannes Amandi, vicarius domus Capelle.

Arsenal : 12[februarius] parentum fratris nostri Johannis Amandi monachi huius domus ac omnium pro quibus idem obligatur.
Schrije 92 et 134qui dit: 2° pfs a AL.

ChM115
**Joannes Ammonius**
alias **de Harena, vander Maude.**
a - p.: Jacques. († Courtrai, 1531, chanoine)
b - Gand (Flandre Orientale).
d - entré 11 novembre 1500
pfs 11 novembre 1501
e - Lo hos ? -1526
Ch 1526- †.
f - 27 octobre 1543.
g - auteur.
frere de SMM099.

---

Delvaux, MB, p. 1444:

Lamalle, passim:

Pede fol. 15 : Scribit domnus **Joannes Ammonij de Arena** auctor secundi Chronici, se audivisse narrari a D Judoco Van der Clyen hujus Domus professo qui juvenis vixerat cum D° Laurentio nostro sequentia: quoties inquiebat, absente priore Pater Laurentius visitandi gratia venit ad me in Cellam, sermonibus suis et exhortationibus, sic me erexit stabilivit et confortavit; ut postea per duas hebdomadas mihi gratiam Dei sentirem adesse .

Pede fol. 45 – 47 : domnus Joannes de Flandria ex Quesnoy alias de Querceto Monachus professus hujus Domus, receptus a V. domno Gasparo vander Stockt Proire et vestitus 16 July 1494. **Joannes Amonius** auctor secundi Chronici fol. 53 antequam de ejus in ordinem ingressu, scribat; quaedam reflectenda premittit, quae hic sequuntur.

Pede fol. 47 - 49 : domnus Andreas de Tornaco Monachus professus hujus Domus. receptus a Dno Henrico de Loe priore circa an 1452 et Discipulus domni Laurentij de Musschezeke tunc Vicarij. de eo D: **Joannes**
**Ammonius** auctor 2[di] Chronici nostri, scribit quae vidit et audivit, quibus nos nostra hic adjiciemus quae habent Carta capituli nostri gener[s] et alia.

Pede fol. 66 – 67 : Judocus Herbos Ascanus Monachus prof[s] hujus domus receptus et vestitus a D° Carolo Serraes priore, anno 1520, et anno sequenti professus. Audiamus de eo domnum **Joannem Amonium** in 2° Chronico fol 111. In Pago cui nomen est Ascha, inter Alostum et Bruxellam ortus fuit Judocus Herbos. qui antequam venit ad ordinem Parisijs operam dedit literis latinis. qui religiose vixit inter nos in primis annis, et post professionem suam habuit ministerium compaginandi Libros. deinde post obitum domni Michaelis supradicti Domus hujus sacristae domnus Judocus illi successit in hoc ministerium, quod tamen per annum integrum non administravit. quandoquidem anno 1532 per capituli generalis ordinationem, cum domnus Carolus Serraes senex et Jubilarius et inutilis ab officio prioratus fuisset absolutus: electus a fratribus domnus Judocus, factus est prior hujus Domus, tametsi penultimus adhuc esset monachorum. atqui non multos post dies coepit male habere, ita ut neque privatim dormire neque publice cantare quiret. Unde ingravescente infirmitate, cum accessisset Bruxellam ut a medicis ibi curaretur. quarto Idus Aprilis hoc est 10[a] Mensis hujus, juvenis adhuc, circa meridiem obijt, et erat dies ille coena Domini A° 1533. et decem Mensibus dumtaxat
fuit prior. Jam Convisitator hujus Provinciae nostrae prior Bruxellae profectus erat uno die Cartusiam versus, antequam domnus Judocus prior noster Bruxellae moreretur. cum igitur Visitatiori nuntiatum esset defunctum esse priorem domus Capellae, protinus cum priore domus Antverpae venit et fuit apud nos sabbato in hebdomada Paschae, atque illo die fuisset electio celebrata nisi Domo Procurator noster abfuisset. propter cum ergo dilata fuit Electio usque ad diem Lunae sequentem, quo die postulatus fuit in priorem domnus Sebastianus Petrus Hollandus monachus domus Capellae professus qui tum morabatur Antverpiae in D° Ordinis nostri, et hebdomada sequenti die Lunae prioratus domus hujus investituram accepit: de quo infra.

Pede fol. 71 : domnus **Joannes Ammonius** de Harena, Gandensis, monachus professus hujus domus, receptus et vestitus a domus Carolo Serraes priore anno 1500 in die Sancti Martini, et professus eadem die, anno sequenti sub eodem priore. Hic est author et scriptor secundi Chronici Domus Capellae continentis vitam et mortem illorum hujus Domus cum quibus hic vixit. certum est quod fuerit vir egregie Literatus sed met ipse hoc nimis sciebat, nam de alys Literatis confratribus

non ita scribit sicut de se, et parum videtur sensisse de suis superioribus, meo judicio: sed humiliatus fuit, et permisit Deus ist in haeresim Luteranam caderet sed Livinum, nostro seniorem. filij erant domni Jacobi de Harena Civis Gandensis, qui defuncta uxore sua factus sacerdos professus est apud moniales in Syon prope Cortracum ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, de quo in Chronico fol. 112 filius scriptor habet sequens. Anno 1531 obyt Cortraci sexto Idus Julij probus vir et venerabilis senex et sacerdos domnus Jacobus de Arena, qui quondam matrimonio legitimo conjugatus ex uxore sua liberos suscepit complures. quorum duo postea in ordine Cartusiano fuerunt professi. Unus in Domo Sylvae S. Martini prope Gerardimontem, et alter in Domo Capellae prope Angiam. Atqui defuncta sua conjuge Dñs Jacobus factus est sacerdos saecularis. deinde post aliquot annos intravit religionem et habitum suscepit fratrum regularium S. Augustini, et professionem fecit in monasterio Sancti monialium quod Syon dicebatur. qui tametsi ortus fuit Gandavi et inibi ferme semper commoratus: ubi suas possessiones habuit et predia super quibus processit ad sacerdotium; tamen posteaquam factus est sacerdos, curtracum profectus in praedicto loco fuit coadjutor praepositi Domus illius. Ubi plus quam triginta annos religiose vixit. habuitque unam filiam ex uxore sua praedicta professam in eodem monasterio quam reliquit etiamnum superstitem sicut et duos praedictos filios. qui praeter caetera dona quae donavit Domui Capellae
ordinavit unam Libram grossorum flandriae nobis recipiendam a Domo professionis suae per ministros Domus Capellae post obitum suum, ut pro se fratres orarent Deum, et Exequias ejus celebrarent quod et factum est a nobis circiter praedictum tempus. habueruntque fratres illo die pro laboribus suis recentem salmonem elixum et assum et pintam vini et spaciamentum et similiter die sequenti; licet hoc fuerit respectu novi sacristae nostri tunc recenter ordinati, praedictis tamen expensis. Haec ille Joannes loco praeallegato.

Idem noster domnus Joannes Ammonius de Harena postquam in suo Chronico folio 67 scripsisset annum et diem receptionis et professionis suae ut supra retulimus; addit, Et idem frater multis annis fuit in hac Domo Cantor Chori, et contulit huic Domui plaerosque bonos Libros et inprimis Bibliam eleganter impressam et accurate correctam ( qualis antea non fuit in hac domo) divisam in sex partes cum glossa ordinaria et glossa interliniari et glossa Nicolai de lyra Literali et morali, cum additionibus Pauli Burgensis; et replicis Georgij Dorinck et concordantiarum additamentis in marginibus. Literas capitales lazurio et minio fecit domnus Judocus Hinckaert Confrater noster sed croco illuminavit hanc Bibliam idem frater Joannes Ammonius,
adjuvantibus cum quibusdam fratribus. et Gandavi fuerunt hi libri compaginati. Praeterea contulit idem et Postillam Guilielmi Parisiensis in Epistolas et Evangelia totius anni tam de tempore quam de sanctis. Et his adjuncti sunt tres Libri salutares de Patientia eleganter compositi ab cruditissimo Theologo et facundissimo Poeta F Baptista Mantuano Carmelita oratione prosaica; et hi quoque Libri bene et correcte impressi et perpulchré sunt illuminati et signati et in Bibliotheca positi. Item contulit idem Epistolas illustrium virorum, quibus adjuncti sunt Libri sex Elegantiarum sive de Lingua latina Laurentij Vallensis cum Epitomatis Ascensianis et Lima ant. Mancivelli. His adjuncti sunt etiam M. Tullij Ciceronis Rhetoricorum Libri quatuor ad Herennium et hos Libros simul compaginavit in hac Domo frater Joannes Bruno de quo paulo mox plura. Caeterum de reliquis Libris quos tunc apportavit et postmodum quos acquisivit, alias fortasse commodius disseretur. Haec iterum ille de se.

Scripsit de Baptismae Caroli quinti et de ceremonijs et pompa Gandavi hac occasione facta, quibus interfuit et habet illa initio 2[i] Chronici fol. 61 ante annum 1526 missus fuerat hospes ad Domum Lovanij, quamdiu
ibi haeserit non scitur, sed hoc anno inde huc est reversus post festum Sacramenti.

Carta capituli generalis anni 1529 habet articulo Domus Capellae: Et de hijs quae scripsit domnus Joannes Ammonij habeat patientiam, stabiliens se in vocatione qua vocatus est, et acquieseat consilijs prioris sui.

hoc eodem anno visitanti nos Illustri Domino de Nassau juniori cum suis, obtulit illi domnus Joannes noster Carmen sapphicum quod paucis ante diebus de Turture et voluere concinnaverat; quodque idem gratanter accepit. vero similiter ab hoc tempore caepit quasi haesitare in fide, quod judicare possumus ex illa instabilitate de qua monetur in Carta capituli : et ex ijs quae sequentur, unde sane habemus rationes conjecturandi quod in hac sua haesitatione per Litteras consilium petierit ab Erasmo Rotterdamo, quodque illa Erasmi Littera quam citat noster Surius ad annum 1536 ad eum directa fuit. verum quidem est quod Livinus Ammonius frater ejus in Sylva S. Martini cum Erasmo societatem eoluerit a quo et dono recepit pulcherrimam Bibliam graecam; sed firmus semper in fide Catholica Livinus videtur semper stetisse. quidquid sit de hac nostra conjectura; describam hic fragmenta hujus Erasmi Epistolae responsoriae prout illam habet Surius. Vereor (inquit) ne imponant ibi quorumdam praestigiae qui jactant hodie splendidis verbis libertatem Evangelicam. crede mihi si rem proprius nosces, minus te taederet istius vitae. video genus hominum exoriri a quo meus animus vehementer abhorret. neminem video fieri meliorem, deteriores omnes quotquot ego sane noverim, ut vehementer doleam me quondam in Libris meis

praedicasse Libertatem spiritus ....... Civitates aliquot Germaniae implentur desertoribus monasteriorum, sacerdotibus conjugatis plaerisque famelicis ac nudis: nec aliud quam saltatur editur bibitur subatur: nec docent nec discunt. Nulla vitae sobrietas
nulla sinceritas. ubicumque sunt, ibi jacent omnes bonae disciplinae cum pietate. plura tibi super his scriberem, si tutum esset literis commendare ..... quaenam est haec libertas ubi non licet dicere preces, non
licet sacrificare, non licet jejunare, non licet abstinere a carnibus ?

cogita quid talibus possit esse miserius etiam in hoc seculo ... Emoriar si vel tantillum roboris haberet hoc corpusculum ut saltem vivere posset, ni malim isthic tecum agere quam in palatio Caesaris esse primus
Episcopus. proinde mi Charissime in Dño et per veterem imo perpetuam amicitiam nostram et per Chrisum oro, obsecro, obtestor, ut istud taedium penitus excutias ex animo; nec aurem praebeas exitialibus hominum
fabulis qui nihil opitulaturi sunt tibi, sed irrisuri potius ubi te infoveam pellexerint. Haec Erasmi Epistola si ad nostrum domnum Joannem scripta fuerit, retinuit eum quidem ab apostasia sed non mutavit animum aut inclinationem ad Lutheranismum. hoc probat Carta Visitationis Domus hujus Capellae anni 1539 in qua videtur sequens : monachos et Laicos fratres ( quod gaudentis referimus ) pro majori parte commendatione dignos ad veritatem Evangelij et ordinis nostri observantias recté ambulantes invenimus, licet non de esset inter eos domnus Joannes de Harena haeresi Lutherana infectus, et sua obstinata perversitate confratres suos conturbans et plurimum scandalisans; ac propterea a Vli P. Priore suo cum victualium restrictione Cellae inclusus. quem cum nullis opportunis medijs ab erroribus et falsis opinionibus suis revocare potuissemus,
ex Confratrum suorum informatione, cum arctiori restrictione victualium in praescripta reclusione continuandum judicavimus. Caeteros vero etc[a] Resipuit tamen ab illo errore et stultitia et in gremio S.
Matris Romanae Ecclessiae obyt, nam obitus ejus nunciatur in Charta capituli nri generalis et habetur in Calendario Domus hujus: sub 27 octobris 1543. quot autem annis manserit inclusus ignoratur.

Pede fol. 74 : domnus Adrianus Noteboom monachus professus hujus Domus. quem non nominat in suo Chronico domnus **Joannes Amonius** licet cum eo vixerit et Procurator in hac Domo fuerit anno 1534° et alys forsitan annis. receptus hic videtur et professus circa annum 1524 dum ab avunculo ejus dicit manuale Domus in Elecmosinam aliquas pecunias accepimus. equidem scripsit sermones Dionisij nostri ad Religiosos et alia hujus opuscula quae M.S. habemus in uno volumine ligata, in cujus fine scripsit. Hunc Librum scripsit in Domo Capellae ord Cart[s] frater Adrianus Noteboom monachus professus ejusdem Domus. Carta capituli nostri generalis anni 1540 habet obitum domni Adraini monachi professi et vicarij Domus Capellae, et certe ille idem est quia tunc temporis inter professos non dabatur alter Adrianus obyt autem 15 februarij hujus anni.

Pede fol. 75 : Hubertus ab Angia Filius Illustris Domini Philippi Domini de Santbergen etc Monachus professus hujus Domus. de quo in Chronico domni **Joannis Ammonij** fol. 111 ubi de eo agitur est additum altero charactere : qui fecit mirabilia in vita sua. Utinam nobiliora ! Presentavit se autem hic et locum postulavit sub habitu sacerdotis saecularis et receptus fuit a D° Carolo Serraes priore ac vestitus habitu novitij 22° Martij 1530 et facto novitiatu sub eodem priore professus anno sequenti 1531 eadem die. non diu post professionem incaepit ostendere suam instabilitatem et nequitiam: hinc aufugit sed comprehensus carceri inclusus est.

Pede fol. 79 – 81 : domnus Nicolaus de Behault Montensis, Monachus hujus Domus receptus a domno Carolo Serraes priore et vestitus in festo S. Agnetis Virg. et Martyris 21 Januarij 1509 professus sub eodem priore eadem die anno sequenti 1510. et eadem die anno 1512 cantavit hic primam suam missam. de illo scribit noster **Joannes Ammonius de Harena** in 2° Chronico fol. 86, et de Beneficijs a Parentibus ejus huic Domui collatis, quae sequuntur : Hujus f [r] Nicolai Parentes ordinaverunt ut quotannis ad vitam, eorum filij Nicolai, in festo S. Agnetis V. et M. ad portam Monasterij nostri daretur pauperibus de uno frumenti modio panis, et fratribus pitantra et vini pinta et spaciamentum. Et idem f [r] Nicolaus quando primam cantavit missam suam, habuit
a parentibus suis ornamenta sacerdotalia valde pulchra et pretiosa quae deinceps habebantur pro optimis in hac domo: et eodem die obtulerunt etiam Calicem et duas ampullas argenteas. Et fecerunt in Montibus Hannoniae per Joannem LeCat pictorem ibidem deaurari magnam Tabulam summi altaris ( quae nunc pendet ad murum in anteriori Ecclesia) quam paucis annis anté fecerat fieri Bruxellae domnus Joannes Thielmanus vir admodum venerabilis sacerdos curatus de Tollenbeke suis expensis et valvas ejus ibidem depingi fecit : qui in

senectute sua fuit in hac domo Praebendarius. Vide de hac Tabula fol 82 ydem Parentes fratris Nicolai dederunt quatuor peripetasmata de rubro serico pellucenti cum vittis et fimbrijs etiam sericis et annulis aeneis ad ornatum summi altaris et petierunt ut in festo S. Agnetis ornamenta praedicta semper in usu solemniter haberentur. Item anno 1529 ordinaverunt, ut una quotidie missa votiva privatim in hac Domo celebraretur, vel a monachis si vellent; aut si nollent ab alio quovis sacerdote et pecuniam dedêre sufficientem pro hujusmodi ministerio rité peragendo. Item ordinarunt 50 Rhenenses aureos ad vitam domni Nicolai, levaridos annue semper a ministris Domus illius in qua domnus Nicolaus moraretur qui 50 Rhenses ad Ministros seu priorem mittebantur ab illis.

de Wal, 7043, f° 121r : Hactenus domnus Joannes Ammonius de Baptismo Caroli V. Sed lubet meis conterraneis illud occinere
Præterit ista dies, nascitur origo secundi
An labor an requies, sic transit gloria mundi.
Ut paulatim ad nostra descendamus subnectamus quæ ipse domnus Ammonius pergit scribere. Eodem anno post Pentecosten in æstate quidam meus aliquando in litterarum ludo condiscipulus professionem fecit in ordine cartusiano in domo Vallis Regalis prope Gandavum, nominatur autem frater ille Jacobus de officina oriundus ab Antverpia emporio percelebri, quam profesionem et auditura et visura venit illustrissima domina, domina Joanna regina Castellæ, quæ Gandavi etiamnum morabatur. Nam domus principis non admodum longe abest a domo ordinis nostri. Et ego cum ceteris etiam id temporis aderam. Illa cum suis heroinis erat in sacrario et permanserunt ibidem usque dum divinum officium peractum fuit. Quo finito statim egrediebatur et venit in aream quæ est ante introitum templi ubi currus erant eius et equi. Ibi tum proprius accessi non tantum ut eam viderem, sed etiam ut audirem eam loquentem. Loquebatur autem dulciter. Aspectus eius gratiosus admodum et valde modestus et affectu miti prædita mihi videbatur. Prorsus rege digna uxor mihi visa est et regio honore digna. Prædictus autem frater Jacobus fuit vicarius in domo professionis suæ. Aberat tunc archidux nam ut scribit Huterus mense mayo Bethuniæ ac ad fanum Audomari inauguratur inde Dunkerkam pervenit tunc Grevelingam ubique liberaliter donatus. Quinto idus junij colloquium habuit cum Henrico rege Angliæ et regina uno milliari a Caleto. E Flandria Lutzenburgum proficiscitur ubi dicto acceptoque sacramento in ducem inauguratur relicta ditionis gubernatiore marchioni Badensi.

AC 100:23/1, p. 113, L31-33, c.1529: Et de hiis que scribit domnus Ioannis Ammnonij habeat patientiam, stabiliens se in vocatione qua vocatus est. Et acquiescat consilijs prioris suj.
AC 100:27/3, p. 46, L18, c.1544 : domnus Joannes de Arena, professus Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 27 october : domnus Joannes de Harena (alias Ammonij), monachus domus Capellæ.
Schrije 92.
BIOGRAPHIE NATIONALE, Ms A 168 t. 14, col. 83 et suiv.
Maude (Jean Vander), ou Ammonius, ou de Harena, chartreux, né a Gand a la fin du XV$^{e}$ siecle. On ne connaît sur ce personnage, qui n'est pas cité par Th. Petreius dans sa *Bibliotheca carthusiana*, que les renseignements fournis par F.V. Goethals. Aucun document certain ne m'ayant permis de les contrôler, je me borne a les résumer, sans en garantir l'authenticité. Apres la mort de sa femme, Jacques Ammonius de Harena ou Vander Maude, se fit prêtre, prit l'habit des chanoines réguliers de Saint-Augustin, et mourut a Courtrai en 1531 ; il avait eu deux fils : Jean et Liévin (voir plus loin) qui embrasserent tous deux la carriere ecclésiastique. Le premier, qui nous occupe ici, entra vers 1500 dans la chartreuse de la Chapelle, pres d'Enghien, dont un des principaux bienfaiteurs fut son pere, qui fit don a ce couvent de sa bibliotheque, formée avec soin et assez considérable. Eleve de Josse Argillanus ou Vander Cleyen, Jean se livra a l'étude des lettres et écrivit, notamment, une relation du baptême de Charles-Quint, auquel il avait assisté, et l'éloge des religieux de sa maison professe. Ayant lu les œuvres de Luther, Jean Ammonius fut séduit par les nouvelles doctrines ; il les discuta ouvertement, malgré les réprimandes de son prieur, et son obstination le fit jeter dans la prison du monastere, où il finit ses jours. Pierre Wallius a copié, dans son histoire des chartreux, les deux ouvrages de Jean Ammonius ; la courte relation du baptême de Charles-Quint a été traduite en flamand par Cannaert, qui l'a publiée dans son *Gentsche Almanak voor den jare 1823* (p. 8-10).

Paul Bergmans
F.-V. Goethals, Lectures relatives a l'histoire des sciences, etc, en Belgique, t. II (Bruxelles, 1837), p. 110-111)

ChM116
**Joannes Arnheim**
alias **Arnhem, Aerhem, Arney.**
f - 20 juillet 1424.

---

PB:

Lamalle, p. 18 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Ioannes de Aerhem, monachus domus huius.
Note : Obiit 20 iulii anno 1424, licet chronicon Capellae dicat illum obijsse ante annum 1390, quia carta capituli generalis anni 1425 hanc expresse habet inter defunctos.
Pede fol. 8 : domnus Joannes de Aernhem, monachus professus hujus domus obyt 20 july anno 1424, licet chronicon Capellae dicat illum obijsse ante annum 1390, quia carta capituli generalis anni 1425 hunc expresse habet inter defunctos.

AC 100:8, p. 82, L31-32, c.1425: domnus Ioannes Arnheim monachus sacerdos domus Capellæ pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:10, p. 86, L25-26, c.1425: domnus Johannes Arnhem sacerdos monachus domus Capelle pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:24, p. 69, L10-11, c.1425: domnus Johannes arney sacerdos monachus domus Capelle pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].

Arsenal, 20juillet : Obijt domni Johannis Arnhem monachi domus huius.

Schrije 95.

*HFM054*
***Joannes d'Arras***
*alias* **de Atrebato, de Attrebato.**
*c -* *Carme.*
*d -* *Lugny.*
*e -* *Lugny proc ? -c.1408*
*Mortemer P c.1408-c.1411*
*Ch P c.1411- †.*
*cvs 1414-1418 & 1419-1430*
*vis 1430- †.*
*f -* *30 juillet 1430.*
*g -* *en 1418 c'est Goswinus de Beka qui est convisiteur.*

---

Lamalle, p. 13 *: (catalogus priorum) domnus Ioannes de Attrebato quondam prior huius domus.*
Lamalle, p. 40 *: post hunc dominus Henricus de Nullen, ipse fuit hic prior alius dominus Henricus ut ex auditu comperi. Obiit 6 kalendas novembris. Iste præcessit per anum vel parum amplius in prioratu dominus Ioannem de Attrebato (1411) ; quia senex et imbecillis et non multum tiles legitur absolutus a capitulo generali. Ille erat monachus Montis Dei ut patet ex charta, vel saltem inde venit huc, si tamen nomen huius prioris qui immediate præcessit dominum Ioannem de Attrebato non fuit dominus Albertus de Lose in latere præcedenti scriptus. De quo Alberto nihil certi potui invenire vel scripto vel auditu quo tempore hic prior fuerit (Lamalle : cette dernière hypothèse est la plus vraisemblable). Anno igitur Domini 1411 præfato priori huius domus domnus Henrico vel saltem alteri si alius fuerit, sic per cartam capituli venit misericordia vel absolutio : priori domus Capellæ ad suam magnam instantiam et propter senectutem et impendimenta laborandi fit misericordia ; cui iniungitur ut restituat domui Montis Dei omnes libros quos secum deportavit. Et præficimus in priorem dictæ domus Ioannem de Attrebato nuper absolutum a prioratu domus Mortui Maris.*
Lamalle, p. 43-44 *: anno igitur ut præscriptum est 1411, venit huc prior huius domus institutus et missus a capitulo generali dominus Ioannes de Attrebato, quo antea fuerat prior in domo Aquitaniæ quæ dicebatur Mortui Maris ; credo quod non sit iam in ordine illadomus, saltem quoad nomen illud, quia non exprimitur in tabula domorum quæ nobis venit a Cartusia ; et erat dictus dominus Ioannes professus domus Luvigniaci in Burgundia, prout auditu comperi, et antequam intraret ordinem nostrum erat de ordine carmelitarum, prout intellexi.*
Lamalle, p. 46 *: anno 1418, in profesto Sancti Ioannis Baptistæ patres nostri in novam ecclesiam intrantes quæ tunc noviter erat ædificata, celebraverunt divina. Et sic videtur quod post septimum annum posquam venerat huc domus Ioannes de Apprebato, ecclesia fuerit perfecta. In cellis vero et aliis ædificiis construendis usque ad mortem occupatus fuit.*
Pede fol. 8 *: domnus Joannes de Atrebato prior hujus domus constitutus anno 1411 per cartam capituli nri generalis professus domus Siligniaci in Burgundia, et ante prior domus in Aquitania quæ dicebatur Mortui Maris et non diu extitit. Ante ingressum ordinis Carmelita. Sub hujus magni viri regimine (adjuvantibus benefactoribus qui scripti sunt in antiquo calendario et in novo benefactorum cathalogo ) omnia noviter domus edificia constructa fuerunt ecclesia magnum et parvum claustrum cum tredecim cellis, refectorium, capitulum &c qui et insignissimos et optimæ expectationis juvenes et viros in ordine recepit quos ordine videbimus. Fuit hic prior vocatus bonus pater, et quindecim annis fuit convisitator provinciæ et duobus annis ante mortem visitator principalis. Obijt autem 30 julij 1430.*

Pede fol . 9-10/Lamalle 44 *: Antequam ulterius progrediamur satis curiosum judicavi quod scribit auctor chronici nostri antiquioris, de tenui statu et aretis edificijs hujus domus ante adventum domni Joannis de Atrebato : verba referam. Cum autem (inquit) domnus Joannes de Attrebato huc advenisset, erat domus* ista *(hæc, Lamalle) fuit valde pauper tam in redditibus quam in edificijs. Solebant autem monachi hujus domus (quod deberent, Lamalle) stare in ecclesia antiqua usque ad cancellos, ita ut manibus suis possent mulieribus lumen porrigere antequam domnus Joannes de Attrebato novam ecclesiam ædificasset quæ nunc est. + Cellæ vero tunc temporis et ante stabant in antiquo horreo et sic ex adverso per quadrum et ubi nunc stat parvus ambitus, cella vero prioris solebat stare circa novam domum prope gradus quibus nunc ascenditur ad novum hospitium. Unde in prædicto antiquo horreo adhuc apparent signa multorum caminorum* qui*(quæ, Lamalle) erant in antiquis cellulis fratrum. Coquina vero antiquitus fuit ubi nunc est* stabulum*(stabula, Lamalle) equorum, et refectorium circa ibidem in una lata camera quæ est tabulis strata, ubi* fœna solent*(farina solet, Lamalle) poni vel blada vel hujusmodi. Ipse vero domnus prior Joannes de Attrebato solebat habitare super cameram magistri Egidij Joannis (qui in calendario benefactorum) id est quæ ultima vergit ad plateam in dicta longa antiqua domo. Et sic de ædificijs antiqui claustri* hujus *(manque chez Lamalle) in quibus habitaverunt patres nostri usque ad annum 1411 et postea quousque nova ædificia sunt consummata, nihil remansit nisi illa magna domus quæ pæotenditur veniendo a porta usque ad coquinam et antiquum horreum quod inter ecclesiam et illam domum stat. Et circa illas duas domos stat* adhuc *(manque chez Lamalle) aliquid de antiquo ambitu ut apparet intuentibus, et etiam illa parva domus in qua prædicatur est de antiquo ambitu partim, partim de vero de horreo. Cætera omnia ædificia sive cellarum sive aliorum fecit construi domnus Joannes de Attrebato, antiqua deponi et nova ædificari. Nescio tamen an parvum* novum *(nostrum, Lamalle) claustrum quod dicitur parvus ambitus* fuit inchoatus

*(fuerit inchoatum, Lamalle) ante adventum ejus ; si non tunc ipse innovari fecit (fecerit, Lamalle), quamvis omnia ædificia quæ nunc sunt non fuerint tempore vitæ ejus consummata, sed priores qui post ipsum fuerunt fecerunt multa construi. Igitur domnus Joannes de Attrebato fecit ædificari (sive construi, Lamall,e manque chez Pede) novam ecclesiam, utramque gallileam, id est utrumque ambitum sive magnum et parvum claustrum, refectorium, capitulum, cellas novas, non tamen omnes cellas consummavit. ed aliquas perfecit domnus Ioannes Montegys successor eius, item donus Laurentius postea tres vel quatuor et domnus Arnoldus unam.*

KBR, ms. 7043, de Wal, f° 38r, 1411: *et constitutus est prior Capellæ, domnus Joannes de Attrebato nuper ab officio domus Mortui Maris absolutus. Domnus Joannes de Attrebato, ex Aquitania missus per capitulum prior domus Capellæ et eiusdem instaurator futurus.*

Le Vasseur, Ephemerides, II, 571-572 : *Johannes de Arras,prior, Herne, 1414, 30 juli. Ex ordine Carmelitarum migrans ad Cartusienses, vota monastica nuncupavit in domo Luviniaci. Vir fuit magnæ non solum apud Patres ordinis sed etiam apud sæculares existimationis, ob raram prudentiam, zelum ordinis, morum laudatissimam facilitatem. Unde vulgo nominabatur* Bonus prior. *Nec immerito sane ; quippe qui summa urbanitate et inmata bonitate omnium sibi conciliaret animos. – Anno 1411 ex regimine domus Mortui maris translatus ad moderamen Capellæ, præfuit non minus utiliter quam sapienter. Ædificavit ecclesiam huius monasterii, ac septennio perfecit. Magnum et parvum claustrum, refectorium, Capitulum et multa alia ædificia majori ex parte construxit, anxitque redditus annuos, adeo ut haberi possit alter huius Cartusiæ Fundator. Diu fuit Provinciæ Flandriæ Visitator ; visitavit etiam domos Angliæ. Cumque per multos annos omni virtutum genere commissis sibi ovibus præluxisset, ipsasque verbo simul et exemplo ad observantiam regularem animasset, tandem plenus dierum et bonorum operum, a Domino remunerandus evocatur ad beatam immortalitatem, die 30 Julii, a. 1430.*

*AC 100:9, p. 41 :*
*AC 100:27/1, p. 89, L7-9, c.1408 : priori Mortui Maris fit misericordia ; et præficimus ibi in priorem domnum Joannem de Attrebato professum et Procuratorem Luvigniaci ; qui obijt prior domus Capellæ 1430.*

*AC 100:7, p. 9, L24, c.1411 : diffinitores … 7° Capellæ*
*AC 100:7, p. 9, L24, c.1411 : priori Mortui Maris fit misericordia.*
*AC 100:7, p. 14, L26-29, c.1411 : priori Capellæ ad suam magnam instantiam et propter senectutem et impotentiam laborandi fit misericordia. Cui iniungitur ut restituat domui Montis Dei omnes libros quos secum deportavit, et præficimus ibidem in priorem domnum Ioannes de Atrelato nuper absolutum a domo Mortui Maris*
*AC 100:7, p. 9, L13-16, c.1411 : prior Portus (Beatæ Mariæ) non fit misericordia, et committitur prioribus domorum Bonnæ Fidei et Capellæ quod visitent dictam domum (Portus Beatæ Mariæ), et super his quæ scripsit præsenti capitulo conventus eius litteram priori Capellæ traditimus inquirent et culpabiles inde puniant.*

*AC 100:7, p. 27, L31, c.1412 : priori Capellæ non fit misericordia.*
*AC 100:7, p. 42, L31, c.1413 : priori domus Capellæ non fit misericordia.*
*AC 100:7, p. 55, L35, c.1414 : priori domus Capellæ Beatæ Mariæ non fit misericordia.*

*AC 100:7, p. 71, L11, c.1416 : priori domus Capellæ non fit misericordia ; AC 100:24, p. 7, L12, c.1416 : priori domus Capelle non fit misericordia.*
*AC 100:7, p. 75, L15, c.1416 : provincia Picardiæ Remotioris visitabunt priores Antverpiæ et Capellæ.*
*AC 100:7, p. 75, L16, c.1416 : provincia Rheni visitabunt priores Moguntiæ et Capellæ.*
*AC 100:24, p.7, L31-35, c.1416 : provinciam Picardie Remotioris visitabunt prior Andwerpie et Capelle. Et quilibet ipsorum in solidum cum socio priore vel monacho quem duxerint socium assumendum quibus committitum potestas capituli generalis excepto quod non possunt monachos dare licenciam visitandi parentes.*

*AC 100:7, p. 84, L36, c.1417 : priori domus Capellæ non fit misericordia ; AC 100:24, p. 13, L8, c.1417 : priori domus Capelle non fit misericordia.*
*AC 100:7, p. 90, L7, c.1417 : provincia Picardiæ Remotioris visitabunt priores Antverpiæ et Capellæ ; AC 100:24, p.13, L18-22, c.1417 : provinciam Picardie Remotioris visitabunt prior Andwerpie et Capelle et quilibet eorum cum socio priore vel monacho quem duxerint secum assumendum quibus commititur potestas capituli generalis excepto quod non possint dare monachis licentiam visitandi parentes.*

*AC 100:24, p. 19, L13, c.1418 : priori Capelle non fit misericordia.*
*AC 100:24, p. 19, L43-44, c.1418 : provinciam Picardie Remotioris visitabunt priores Antwerpie et Capelle.*

*AC 100:10, p. 36, L12, c.1419 : priori Capelle non fit misericordia ; AC 100:24, p. 25, L30, c.1419 : priori Capelle non fit misericordia.*
*AC 100:10, p. 34, L13-14, c.1419 : provinciam Picardie Remocioris visitabunt priores Antwerpie & Capelle ; AC 100:24, p. 25, L18-19, c.1419 : provinciam Picardie Remotioris visitabunt prior Antwerpie et Capelle.*

AC 100:10, p. 44, L18, c.1420 : *priori domus Capelle non fit misericordia ;* AC 100:24, p. 33, L32, c.1420 : *priori Capelle non fit misericordia.*
AC 100:8, p. 16, L24, c.1420 : *provinciam Picardiæ Remotioris visitabunt priores Antverpiæ et Capellæ ;* AC 100:10, p.46, L11-18, c.1420 : *prior Antwerpie & prior Capelle visitabunt Provinciam PicardieRremocioris. Et hortamur conventus eorum ne moleste ferant absenciam eorum in laboribus Ordinis & sint pacientes etiam. Et quilibet ipsorum in solidum cum priore socio vel monacho si commode non possit habere priorem quem duxerit eligendum qui sit electus recusare non poterit. quem &iam mutare possit quotienscumque fuerit oportunum vel necesse quibus committimur in actu visitacionis dumtaxat auctoritas capituli Generalis excepto quod non dent licenciam monachis visitandi parentes ;* AC 100:24, p.32, L32-40, c.1420 : *prior Antwerpie et prior Capelle visitabunt provinciam Picardie Remotioris et hortamur conventus eorum ne moleste ferant absentiam eorum in laboribus ordinis et sint patientes etiam. Et quilibet ipsorum in solidum cum priore socio vel monacho si commode non possit habere priorem quem duxerit eligendum qui sit electus recusare non poterit. quem eciam mutare possit quotiens fuerit oportunum vel necesse quibus committimur in actu visitationis dumtaxat auctoritas capituli generalis excepto quod non dent licenciam monachis visitandi parentes.*

AC 100:10, p. 52, L18-20, c.1421 : *priori Capelle non fit misericordia ;* AC 100:24, p. 41, L31, c.1421 : *priori domus Capelle non fit misericordia.*
AC 100:10, p.54, L25, c.1421 : *provinciam Picardie Remocioris[ visitabunt] priores domus Capelle & Antwerpie ;* AC 100:24, p. 40, L41-42, c.1421 : *provinciam Picardie Remotioris visitabunt priores domus Antwerpie et Capelle.*

AC 100:8, p. 29, L17, c.1422 : *priori domus Capellæ Beatæ Mariæ non fit misericordia ;* AC 100:10, p. 63, L32, c.1422 : *priori domus Capelle Beate Marie non fit misericordia ;* AC 100:24, p. 47, L31, c.1422 : *priori Capelle Beate Marie non fit misericordia.*
AC 100:8, p. 35, L20, c.1422 : *provinciam Picardiæ Remotioris visitabunt priores Antverpiæ et Capellæ ;* AC 100:10, p.66, L5-6, c.1422 : *Provinciam Picardie Remocioris visitabunt priores domus Antwerpie & Capelle ;* AC 100:24, p.48, L6-7, c.1422 : *Provinciam picardie remotioris visitabunt priores domus antwerpie et Capelle.*

AC 100:8, p. 48, L30, c.1423 : *priori Capellæ non fit misericordia ;* AC 100:24, p. 55, L50-p. 56, L1, c.1423 : *priori Capelle non fit misericordia. Dicte domus quod si de cetero dictum prandium in domo sua fieri permiserint et se non opposuerint quantum in eis erit illa die in pane et aqua abstineant nec cellas egrediantur nisi secundum formam nostrorum statutorum ;* AC 100:10, p. 73, L24, c.1423 : *priori domus Capelle non fit misericordia.*
AC 100:8, p. 56, L6, c.1423 : *provinciam Picardiæ Remotioris visitabunt priores Antverpiæ et Capellæ ;* AC 100:10, p.75, L6, c.1423 : *provinciam Picardie Remocioris visitabunt priores Antwerpie & Capelle, et committimus prioribus Antwerpie & Gandavi ut quamcicius vadant visitare domus Vallis Viridis prope Parisius cum plena auctoritate capituli generalis. Qua visitas eadem auctoritate visitent domum Montis Sancti Ludowici & domum Montis Dei.*

AC 100:8, p. 68, L16, c.1424 : *priori Capellæ Beatæ Mariæ non fit misericordia ;* AC 100:24, p. 61, L1, c.1424 : *priori domus Capelle Beate Marie non fit misericordia.*
AC 100:8, p. 79, L18, c.1424 : *provinciam Picardiæ Remotioris visitabunt priores Antverpiæ et Capellæ ;* AC 100:24, p. 66, L17-18, c.1424 : *provinciam Picardie Remotioris visitabunt priores Antwerpie et Capelle.*

AC 100:10, p. 91, L25-27, c.1425 : *[provincia Anglie] item omnes ordinationes inhibitiones & precepta per Visitatores, scilicet priores Andwerpie & Capelle factas in dicta provincia confirmamus ;* AC 100:8, p. 96, L10-11, c.1425 : *item omnes ordinationes, inhibitiones et præcepta per visitatores scilicet priores Antverpiæ et Capellæ factas in dicta provincia (Anglia) confirmamus ; AC 100:24, p. 74, L6-8, c.1425 : [provincia Anglie] item omnes ordinationes inhibitioneset precepta per visitatores scilicet priores antwerpie et Capelle factas in dicta provincia confirmamus.*
*AC 100:8, p. 90, L2-5, c.1425 : priori Capellæ non fit misericordia, et committimur priori Antverpiæ ut monachos eiusdem domus valeat emittere et dicidere per domos ordinis in provincia et extra si guerrarum incommoditas hoc postulat :* AC 100:10, p. 92, L19-24, c.1425 : *priori domus Capelle non fit misericordia. Et committitur priori domus Antwerpie ut monachos eiusdem domus valeat emittere & dividere per domos Ordinis per provinciam & extra si guerrarum incommoditas hoc exposcat ;* AC 100:24, p. 71, L54-p. 72, L3, c.1425 : *priori domus Capelle non fit misericordia. Et committimus priori domus Antwerpie ut monachos eiusdem domus valeat emitere et dividere per domos provincias et extra si guerrarum incommoditas hoc exposcat.*
AC 100:8, p. 99, L26, c.1425 : *provinciam Picardiæ Remotioris visitabunt priores Antverpiæ et Capellæ ;* AC 100:10, p. 91, L28-29, c.1425 : *provinciam Picardie Remotioris visitabunt priores Andwerpie & Capelle.;* AC 100:24, p. 71, L22-23, c.1425 : *provinciam picardie Remotioris visitabunt priores Antwerpie et Capelle.*
*AC 100:8, p. 81, L9, c.1425 : diffinitores capituli generalis …… Capellæ 6e.*

AC 100:8, p. 112, L5, c.1426 : priori Capellæ non fit misericordia, de dubiis vero suis respondebit ei prior Antverpiæ ad partem ; AC 100:24, p. 80, L15-16, c.1426 : priori Capelle non fit misericordia. de dubijs vero suis respondebit prior Antwerpie ad partem.
AC 100:8, p. 106, L29, c.1426 : provinciam Picardie Remotioris visitabunt priores Antverpie et Capellæ ; AC 100:24, p. 79, L3-4, c.1426 : provinciam Picardie Remotioris visitabunt priores Antwerpie et Capelle ; AC 100:10, p. 99, L29-30, c.1426 : Provinciam Picardie Remocioris visitabunt priores Antwerpie et Capelle.

AC 100:8, p. 131, L11, c.1427 : priori Capellæ non fit misericordia.

AC 100:8, p. 125, L5, c.1427 : provinciam Picardie Remotioris visitabunt priores Antverpiæ et Capellæ.
AC 100 :8, p. 120, L9, c.1427 : diffinitores capituli generalis …… Capellæ $6^{e}$.
AC 100:8, p. 134, L22-26, c.1427 : priori domus Sancti Michaelis prope Moguntiam non fit misericordia, et de illis quæ scribit domnus Nicolaus de Spira monachus professus antedictæ domus capitulo generali committitur prioribus Valencennarum et Capellæ quatenus causam in conventu diligenter examinent, et quem culpabilem invenerint authoritate capituli generalis districte puniant.
AC 100:8, p. 134, L31-34, c.1427 : priori domus Sancti Beati prope Confluentiam non fit misericordia, et de illis quæ scribit domnus Petrus monachus eiusdem domus committitur prioribus Valencennarum et Capellæ ut suam causam de qua scribit capitulo terminent ut eis prius commissum est de domno Nicolao monacho domus Moguntiæ

AC 100:9, p. 13, L7, c.1428 : priori domus Capellæ non fit misericordia ; AC 100:10, p.117, L11, c.1428 : priori domus Capelle non fit misericordia ; AC 100:24, p. 88, L27, c.1428 : priori domus Capelle non fit misericordia.
AC 100:9, p. 18, L31-32, c.1428 : provinciam Picardiæ Remotioris visitabunt priores Antverpiæ et Capellæ ; AC 100:12/2, p.141, L1-2, c.1428 : Provinciam Picardie Remocioris visitabunt priores domus Andwerpie & Capelle ; AC 100:10, p.119, L25-26, c.1428 : provinciam Picardie Remocioris visitabunt priores domus Andwerpie & Capelle ; AC 100:24, p.89, L8-9, c.1428 : provinciam Picardie Remotioris visitabunt priores domus Antwerpie et Capelle.

AC 100:9, p. 30, L37, c.1429 : priori domus Capellæ non fit misericordia ; AC 100:10, p. 127, L27, c.1429 : priori domus Capelle non fit misericordia ; AC 100:24, p. 94, L5, c.1429 : priori domus Capelle non fit misericordia
AC 100:9, p. 39, L2-3, c.1429 : provinciam Picardiæ RemoTioris visitabunt priores domorum Antverpiæ et Capellæ ; AC 100:10, p.129, L12-13, c.1429 : provinciam Picardie remocioris, visitabunt priores domus Andwerpie & Capelle ; AC 100:12/2, p.141, L1-2, c.1429 : provinciam Picardie Remocioris visitabunt priores domus Antwerpie & Capelle ; AC 100:24, p.94, L33-34, c.1429 : hanc provinciam Picardie Remotioris visitabunt priores domus Antwerpie et Capelle.
100:9, p. 20, L5, c.1429 : diffinitores capituli generalis …… Capellæ $3^{e}$.

AC 100:10, p. 137, L16, c.1430 : priori Capelle non fit misericordia ; AC 100:24, p. 100, L5, c.1430 : priori domus Capelle non fit misericordia.

AC 100:24, p.100, L42-43, c.1430 : provinciam picardie remotioris visitabunt priores Capelle et andwerpie.
AC 100:10, p. 139, L8-15, c.1430 : priori domus Monichusen non fit misericordia, et super debito quod a domo Traiecti exquirit pace Traiectensium reddita Visitatores Picardie remocioris sibi iusticiam facere non omittant, et de incarcerato ibidem committimus Visitatoribus ut sibi plenerie secundum terminando iusticiam faciant, eidemque iniungentes prout alias fuit iniunctum quatinus prefatum Capitulum super prefata causa aliunde sufficienter occupatum amodo non inquietet.
AC 100:9, p. 41, L19-21, c.1431 : domnus Ioannes dictus de Atrebato prior domus Capellæ Beatæ Mariæ qui habet per totum ordinem plenum cum psalteriis monachatum cuius obitus scribatur in calendariis sub die penultima iulii.
AC 100:10, p. 142, L20-22, c.1431 : domnus Johannes dictus de Attrebaco prior domus Capelle Beate Marie qui habet per totum ordinem plenum cum Psalteriis monachatum cuius obitus dies scribatur in kalendarijs die penultima julij.
AC 100:24, p. 102, L23-26, c.1431 : dompnus Johannes dictus de attrebato prior domus Capelle Beate Marie qui habet per totum ordinem plenum cum psalteriis monachatum Cuius obitus scribatur in kalendariis sub die penultima mensis Julij.
AC 279/2, Obituaria Cartusiæ Lirensis : 30 julius, domnus Johannes, prior Capelle.

Delvaux, MB, p. 1440:

Schrije 96.

ChM117
**Joannes van Assche**
alias **ab Asscha.**
e - proc 1526-1538
P c.1546-1549
SA vic 1549-1552
Ch 1552-c.1554
Ch vic c.1554- †.
f - 6 septembre 1554.
g - aurait été également proc a SA.

---

PB:

Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Ioannes Ascaneus, duobus præfuit annis.

Pede fol. 78 : domnus Joannes ab Asca monachus professus hujus Domus, quo autem precisé anno et die vestitus et professus sit non invenimus. erat hujus Domus Procurator anno 1526 et forsan anté quod adhuc erat anno 1538. Anno autem 1528 defuncto ejus Parte aliqua nobis bona in Assche devenerunt quæ postea sunt vendita. Procurator existens scripsit parvum Libellum qui Ascanus inscribitur et est in Procuratura; in quo multa Domui huic utilissima scripsit et annotavit sed difficili admodum Charactere inde tamen videmus illum Bonorum et Reddituum hujus Domus perfectissimam habuisse notitiam. de illo habet 2^m^ Chronicon fol. 95 quod defuncto domno Michaele de Casleto de quo supra in Cella notata Littera C, eam inhabitare cæpit domnus Joañ de Ascha Procurator nolens amplius habitare in parva Cella quæ est prope januam nolæ ubi antecessores ejus habitarant. Voluitque facere ostium in pergula illius Cellæ, per quod exitus esset sibi ad exteriorem cortem, et a corte introitus in Cellam, sed prior non permisit. Absoluto per cartam capituli generalis anni 1546 priore hujus Domus Sebastiano Petro Amstelodamense, Conventuales in suum priorem elegerunt hunc domnum Joannem Ascanum qui tamen non nisi duobus annis prior mansit. invenimus eum fuisse in hac Domo Vicarium sicut et vicarium monialium propé Brugas, quos vero similiter vicariatus post suam absolutionem a prioratu exercuit. obyt 6 7bris 1554 et in Carta capituli 1555 habet missam de B^a^ Maria per totum ordinem, tamquam de ordine optime meritus.

Delvaux, MB, p. 1445:

Arsenal:

Schrije 97.

AC 100:27/3, p. 104, L21-23, c.1555: domnus Joannes Asca, professus et olim prior domus Capellæ, Vicarius domus monialium Brugis, habens missam de Beata per totum ordinem.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 6 septembris : domnus Joannes de Ascha, prior et professus domus Capellæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 5 september : domnus Joannes sz Ascha, vicarius domus Capelle, quondam ibidem prior, procurator ac sacrista nec non vicarius monialium prope Brugas.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 5 november : domnus Joannes Asta professus domus Capelle, alias prior ibidem ac vicarius, ???? vicarius Sancte Anne Brugis.

*GaM094*
***Joannes Baert.***
*alias* ***Barba.***
*d -  18 aout 1552.*
*ord min 22 décembre 1553*
*subd 23 décembre 1553*
*e -  Bg vic ? -1564-1565*
*Ch rec 1566-c.1567*
*Ga P c.1567-1597*
*Ga P 1601- †.*
*cvs 1575-1589.*
*f -  14 mai 1604.*
*g -  auteur (?).*

---

de Wal, 7043, f° 5, convisitatores : domnus Joannes Barba, professus et prior domus Gandavi. Convisitator assumendus committitur ad arbitrium visitatoris.
de Wal, 7047, f° 111:
de Wal, 7047, f° 117:
de Wal, 7047, f° 126:
de Wal, 7047, f° 129:

Delvaux, MB, p. 1466:

RABg OKA 272:

PB:

Le Vasseur, *Ephemerides*, II, 120, Joannes Baert, Gent, 1604, 14 mei. Dictus Barba ; inter huius cœnobii monachos adscriptus, anno 1552, die 18 Augusti, laudabiliter adeo conversatus est, ut ne vel semel quidem silentium violasse dicitur. Quadpropter cum in magna esset apud Visitatores existimatione, anno 1556 ab eisdem Capellæ rector institutus, post menses novem, prior Gandavensis ordinatur. Vir doctrina simul et singulari pietate præditus, quasi alter Ahod ambidexter, utrumque suæ domus statum multum promovit ; dumque sic hoc monasterium, rebus fere omnibus ab hæreticis a. 1566 spoliatum, novis tum spiritualibus tum temporalibus ditaret divitiis, ecce priore atrocior ingruit tempestas, quæ totum eius labore imo fere dejicit momento.- Anno siquidem 1578, hæretici Saxones sævientes in omnes ferme Belgii provincias ivruunt in hanc Cartusiam, quam et funditus evertunt ; ipse prior Arnhemium captivus abducitur, uti dum patitur exilium Capitulum generale tum ob eius instantiam, tum ad subveniendum eversæ domni, cum absolvit, amuo videlicet præfato 1578, relicta Visitatoribus potestate alterum sufficiendi in eius locum. Verum Johannes liberatus perseveravit in officio, cæpitque colligere reditus ab hæreticis non occupates. Strenue igitur laborans res nostras ita promovit, ut intra Gandavensis civitatis mœnia Cartusiam reædificaverit, multas ob id perpessus a malevolis nonnullis molestias. A. 1597, fractus senio et laboribus, et propter articularem morbum exauctoratus, iterum a. 1601, cogitur humeros imposito sibi gravi oneri Præfecturæ huius monasterii subjicere ; quam cum per triennium fere non minus utiliter quam religiose sustinuisset, cursum vitæ feliciter absolvit a. 1604, die 14 Maii. Vixerat in ordine 52 annos. In *Libro Anniversariorum* dicitur ordinis observantisimus et amantissimus.

AC 100:36, p. 182, L25-26, c.1570 : priori domus Gandavi commendamus inopiam domus Sophiæ, suæ professionis
AC 100:37, p. 15, L5, c.1572: priorem domus Gandavi hortamur, ut sicut facit, vigilanter incumbat reformationi domus in utrosque statu
AC 100:37, p. 36, L33-35, c.1575 : Et prior domus Coloniæ accedat ad domum Ruremundanam die illi statuendo per priores Bruxellis et Gandavi, ubi tractabitur de negotiis dictæ domus Ruremundæ et patrum Anglorum.
AC 100:37, p. 58, L9, c.1578: domus Gandavi *vocatur* desolata
AC 100:37, p. 101, L38-44, c.1585: *In dommo Gandavi.* Et translationem destructæ domus factam per Sumum Pontificem modernum, accedente etiam consensu Catholicæ regiæ maiestatis, ex Valle Regali in locum dictum Eremum intra muros civitatis Gandensis, cum gratiarum actione acceptamus. Et dictam domum Sancti Brunonis in Eremo domum nominamus, et deinceps per totum ordinem nominari volumus.

AC 100:38, p. 7, L17-24, c.1589 : prioris domus Gandavi instantiæ transmigrandi ad provinciam Germaniæ Inferioris in domo Erfordiæ respondebunt et satisfacient prædicti patres Bruxellarum et Valencenarum ; ei in eo casu providebunt dictæ domui de idoneo pastore authoritate nostra, sicut reverendus pater Cartusiæ salutari consolationi et honori prædicti patris de consilio priori Buxiæ, ad quem interim accedat ; et conventuales dictæ domus Gandavi acquiescant salutaribus monitis novissimorum visitatorum, si Deum timent et ordinem reverentur.
AC 100:38, p. 22, L3-5, c.1590 : priorem domus Gandavi rogamus, ut patienter ferat, imo hilariter, onera quæ illarum domorum religiosi eo reducti videntur eius domui afferre, quæ melius præmisericordia. dicimus, ob sic impletamlegem Christi.
AC 100:38, p. 90, L9-23, c.1596 : hortamur priores provinciæ Teutoniæ, ut aliquid suis necessitatibus subtrahant, et istas bonas vigines (moniales domus Brugis) in extrema penuria constitutas sicut omnibus dat affluente perceturi, quia cum domus ista sit membrum provinciæ Teutoniæ, iustum iudicamus si uno membro dolente, reliqua compatiantur. Ordinamus igitur et præcipimus, ut domus subscriptæ persolvant taxam pro auxilio dictarum virginum prout sequitur, dimidietatem statim recepta charta, et alteram dimidietatem ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum ; prior Capenn solvet 24 florenos ; prior Brugis 18 florenos ; prior Lyræ et Hollandiæ 30 florenos ; **prior Gandavi** 36 florenos ; prior Leodii 50 florenos ; prior Diestensis 40 florenos ; prior Traiecti 24 florenos ; prior Bruxellæ 36 florenos ; prior Sophiæ 30 florenos. Receptorem huius taxæ constituimus priorem domus Leodii, convisitator provinciæ Teutoniæ.
AC 100:39, p. 9, L22-23, c.1602 : priorem domus Gandavi monemus, ut sedulo sicut incepit incumbat ædificationi domus suæ, maxime cellarum
AC 100:27/4, p. 87, L18-20, c.1605: domnus Joannes Baraba, professus et prior domus Gandavi, alias Convisitator Theutoniæ, habens missam de Beata per totum ordinem

AAM, Acta episcopalia Cameracensis, register nr 25, f° 79v: Accolati ordinati Bruxelle feria sexta quatuor temporum predicta (vigesima secunda decembris anno domnij XV LIIJ) in ordinibus generalibus Ibidem tunc celebratus per prelibatum domnum Martinum episcopum Calcedonem suffraganeum rch. Frater Joannes Baert ordinis carthusianorum, conventus Ganden : Tornacij dioc : f° 80: Subdiaconi ordinati vigesima tertia decembris sabbato scilicet quatuor temporum post festum sancte Furie anno XV$^{c}$ LIII, frater Joannes Baert ordinis carthus:, conventus Ganden:

Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Ioannes Baert, professus domus Gandavi, rector per novem menses.

Pede fol. 82 – 83 : Joannes Baert alias Barba, Gandensis et natione et professione, defuncti prioris supradicti loco fuit hujus Domus super annum institutus Rector sed a Capitulo gli sequentis anni 1567 confirmatus non fuit. Venerabilis vir ille postea factus prior est in Domo suæ professionis Gandavi et successu temporis Provinciæ hujus Convisitator. sed sub eo ( ut Wallius Bruxellensis habet ) anno 1578, 21$^{a}$ february Domus illa Gandensis Geusiorum factione, accedente auriaci jussu, solo æquata est. diviso sic Conventu V.P. Barba captus et in Arnhemisericordia.m ductus ibidem longum passus est exilium. Obyt autem 22 Januarij 1604.

Pede fol. 84 : domnus Andreas Loodts Hulstensis professus domus Lovanij et tunc Procurator in Domo Gandavi, per cartam capituli genl anno 1567 hujus Domus Capellæ factus est prior, et hinc discessit domnus **Baert** Rector Domus ad domum suam Gandensem. sub eo Tabula summi altaris quæ Iconoclastarum furorem evaserat
ut ante diximus, iterum suo loco fuit reposita et 7$^{a}$ Junij 1569 consecravit R. D: Martinus Cuperus S. Theolog Doctor et Episcopus Calcedonensis, suffraganeus Cameracensis 6 altaria in hac Domo. primum in summo Choro, in honorem ommium apostolorum. 2$^{m}$ in honorem B.V. Mariæ ante Chorum 3$^{m}$ ibidem in memoriam B. Joañ baptistæ. 4, in memoriam B. Ursulæ et sodalium. 5$^{m}$ in memoriam S. Nicolai et omnium sanctorum Episcoporum. 6$^{m}$ in memoriam S.Catharinæ V. et Mart. Postridie hoc est 8 junij consecrata sunt ab eodem 3 altaria : primum in sacello B.V. Mariæ anteriore in memoriam ejusdem B$^{mæ}$ Virginis, 2$^{m}$ in memoriam S. Annæ Matris B.V.M. et 3$^{m}$ in Capitulo in honorem Salvatoris nostri domini J. Christi. Indulgentias concessit ex parte qua et R$^{mi}$ ArchiEpiscopi Cameracensis in omnibus altaribus in die anniversaria Dedicationis eorum 80 dies, et in omnibus diebus festis in quibus agitur memoria dictorum Patronorum ut supra 40 dies Indulgentiarum.

ChM118
**Joannes (van) Balen**
alias **Baelen, de Lunne, Hale, Delidius.**
c - études a Louvain (mag. artium).
d - 1437/1445 (probablement 1438).
e - Amsterdam P 1448-1454
Ch 1454-1456
Bx vic 1456-ca 22 juillet 1459
Di P ca 22 juillet 1459-ca 1469
Ch cité 1469- †.
f - 21/22 octobre 1475.

---

PB:

Le Vasseur, *Ephemerides*, IV, 21-22, Joannes Balen, prior Diest, Herne – Diest, 1475, 21 oktober. Prior Diestensis.- De quo *Chronicon Capellæ* meminit in hunc modum : « Joannes Balen, professus huius domus, receptus ad ordinem a. domni Laurentis, antea magister artium Lovanii in Porco apprime versatus. In ordine ita se laudabiliter habuit, ut factus sit prior domus Amsterdamensis fere sex annis. Inde huc reversus, cum domus Bruxellensis initiaretur, illuc missus est Vicarius ; et post aliquot annos electus in priorem domus Diestensis, annos circiter decem præfuit. Absolutus quia podagricus erat, ad hanc domum rediit, ubi vitam suam finivit laudabiliter. Hic fuit vir valde dulcis et modestus, probis ornatus moribus et valde religiosus, ac propterea ab omnibus dilectus. Fuit etiam magister novitiorum. Obiit anno 1475, in die undecim millium virginum, ac propterea signatur ttm in Charta 22 Octobris ; et habuit Anniversarium per totum ordinem

PB, Gde Chartreuse, ms A-5, 6a, Chartreuse d'Amsterdam: Prieur 1448-1454 — domnus Joannes Balen. —
Ch. 1448 … et præficimus in priorem dictæ domus (Amsterdam) domnus Joannes de Lune, alias dictum Bale(n), monachum professum domus Capellæ Beatæ Mariæ. — Ch. 1449, 1450, 1451, 1452, 1453, 1454, priori domus de Amsterdam non fit misericordia. Dom Jean n'a été qu'environ 6 ans prieur d'Amsterdam, dit la chronique de la Chapelle. Ephemerides, IV, 21: "domnus Joannes Balen, de quo Chronicon Capellæ meminit in hoc modum: "J. Balen, professus hujus domus, receptus ad ordinem a domno Lurentio (1437-1444), antea magister artium Lovanii in Porco apprimus versatus. In ordine ita se laudabiliter habuit, ut factus sit prior domus Amsterdamensis fere sex annis. Inde huc reversus, eum domus Bruxellensis intiaretur, llc missus est vicarius (1456); et post alquot annos electus in priorem domus Diestensis, annos decem circiter præfuit. Absolutusquia podagricus erat, ad hanc domum rediit, ubi suam vitam finivit laudabiliter. Hic fuit vir valde dulcis et modestus, probis ornatus moribus et valde religiosus, ac propterea ab omnibus dilectus. Fuit etiam magister novitiorum, obiit anno 1475, in die undecim millium Virginum (21 oct. ac propterea signatur in charta 22 oct. et habuit annIversarium per totum ordinem." Ita Ephemerides. — Ch. 1476, obiit domnus Joannes Balen (l'alias prior est oublié). — Schwengel a aussi 21 octobre, mais il écrit mal le nom et le dit a tort professus 1° domus de Amsterdam, 2° domus Diestensis. —
PB, Gde Chartreuse, ms A-5, 6a, Chartreuse d'Amsterdam (nécrologe d'Utrecht): 21 octobre 1475, obiit domnus Johannes de Balen, monachus prope Angiam (alias prior Amsterdamensis)
PB, Gde Chartreuse, ms A-5, 6a, Chartreuse d'Amsterdam (nécrologium ex chartis capituli generalis): ch. 1476, obiit Joannes de Velten, monachus professus domus de Amsterdam, ultimo domus Diestenssis habens anniversarium sub 21 octobris. Ita Schwengel qui se trompe. C'est domnus Joannes Balen, professus Capellæ, habens anniversarium sub 21 octobri, mais l'obit a oublié de dire "*alias prior domorum Amsterdam circa 6 annis et Diestensis circa 10 annis*" voir chronique et Ephemerides, IV, 21-22.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 21 october : domnus Johannes Baptista monachus Capelle (est-ce lui ?).
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 21 octobris : domnus Joannes de Balen, professus domus Capellæ, primus vicarius huius domus, dein prior domus Diestensis.

de Wal, 7043, f° 8v, Sequuntur vicarii (Bx), 1456 : domnus Joannes Baelen, professsus Capellæ.
de Wal, 7043, f° 91r : domnus Joannes Balen, quondam vicarius cartusiæ Bruxellensis laudatur.
Ipso die Virginum obijt domnus Joannes Balen, monachus professus domus Capellæ, receptus ad ordinem a domnus Laurentio, priore. Ante ingressum ordinis fuit magister artium in Porco promotus cum domnus Arnoldo Kaerman, priore dictæ domus et visitatore. Ita laudabiliter se gessit in ordine quod factus sit prior Amsterdami fere sex annis inde domum reversus cum domus

Bruxellæ esset initiata illuc missus est vicarius. Et idem post aliquot annos electus est in priorem domus Zeelem prope Diest. Ubi fuit circiter decem annis priore quo tempore multas eleemosynas contulit domui nostræ Bruxellensis. Exinde absolutus quia podagricus esse cæpit ad domum professionis suæ reversus est. Ubi laudabiliter et gratiose vitam finivit. Hic fuit valde dulcis et modestus, morigeratus, mansuetus et religiosus et bene ab omnibus dilectus.

AC 100:12/2, p. 1 AC 100:12:2, p. 17, L13-19, c.1476 : domnus Johannes de Balen, monachus professus domus Capelle Beate Marie prope Angiam, qui alias fuit prior domorum prope Anstirdan & prope Diest. Et dictus Johannes de Balen habet anniversarium perpetuum per totum ordinem in kalendarijs conventualibus domorum ordinis conscribendum sub XXJ[a] octobris.
AEL, Chartreux, 6, *Nécrologe*, f° 30r : c.1476, obijt domnus Johannes Balen, professus domus Capelle et olim prior in Diest, habens anniversarium xxj octobris.
AC 100:27, p. 178:

<u>Lamalle, p. 22</u> : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore prioratus domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Ioannes Balen, monachus huius domus.
<u>Lamalle, p. 61</u> : Eodem anno (1456) circa Nativitatem Beatæ Mariæ Virginis initiata est domus Gratiæ et primo inhabitata a fratribus ordinis nostri illuc missis : quorum tres fuerunt de hac domo, scilicet dominus Gaspar modo prior noster de quo supra, et dominus Arnoldus Kaerman qui missus est illuc vicarius et dominus Henricus Loe prior noster constitutus est ibi rector, et tunc prædictus dominus Arnoldus est hic electus in priorem, cuius loco est illc missus dominus Ioannes Balen et illic vicarius fuit aliquot annis.
<u>Lamalle, p. 76</u> : eodem anno (1475) in die 11 mille Virginum obiit dominus Ioannes Balen, monachus professus huius domus, receptus ad ordinem a domino Laurentio priore. Ante ingressum ordinis fuit magister artium in Porco, bene versatus, promotus cum domino Arnoldo postea hic priore sub quo obiit. Post ingressum ordinis ita laudabiliter se habuit quod factus est prior Amsterdamis fere 6 annis. Inde huc reversus cum domus Bruxellensis esset initiata, illuc missus est vicarius et idem post aliquot annos electus est in priorem domus Selem prope diest ubi fuit circiter 10 annis prior. Exinde absolutus quia podagricus cœpit esse, ad hanc domum rediit, ubi laudabiliter vitam finivit. Hic fuit vir valde dulcis et modestus, morigeratus, mansuetus, religiosus et bene ab omnibus dilectus. Ipse fuit prims magister meus in ordine fere per 5 menses, antequam mitteretur Bruxellas.
<u>Pede fol. 21</u> : mense septembri hujus anni nuntius redijt ex cartusia qui obedientiam detulit domno Henrico de Loe priori Capellæ ut regimen susciperet novellæ plantationis Bruxellensis qui hactenus ignoraverat sibi fabam cudi. Conventus Capellæ elegit sibi in priorem domno Arnoldum Kaerman qui fuerat missus ad domum in Scheut vicarius, in cujus locum ibi vicarius missus est domnus **Joannes Balen** professus Capellæ de quo infra.
<u>Pede fol. 22</u> : addit chronicon nostrum scriptum a Vl. P.D° Arnoldo Beeltrisen de quo infra : Hic fuit magister meus in ordine postquam primus magister meus domnus **Joannes Balen** fuit missus ad domum Bruxellæ noviter inhabitatæ. etiam fuit magister fratrum Antonij Moens de Lovanio et Joannis Gillaert de Sancte Audomaro qui anno eodem quo ego fuerunt recepti scilicet 1456. Scripsit unum missal in cujus prima pagina V.
<u>Pede fol. 30</u> : domnus Joannes Delidius dictus Baelen, monachus professus hujus domus, ante magister artium promotus in porco, cum domno Arnoldo Kaerman postea hujus domno priore de quo infra. Receptus a V P. domni Laurentio Musscheselio hujus domus priore circa anno 1440 Hic ita se gessit in ordine, ut anno 1448 per cartam capituli generalis creatus sit prior domus Portus Salutis prope Amstelodamum. Anno autem 1454 domum reversus, factus est magister novitiorum. Deinde initiata domo in Scheut prope Bruxellas primus ad eam vicarius missus est domnus Arnoldus Kaerman professus hujus domus qui cum brevi spatio post electus esset prior hujus domus Capellæ, anno 1456 domnus Joannes Baelen missus est in Scheut secundus vicarius post festum S. Michaelis et ex vicario ibidem circa festum Beatæ Mariæ Magdalenæ a conventualibus domus in Zeelhem electus est illorum prior anno 1459. ubi prior fuit fere per 10 annos, quo tempore multas eleemosinas contulit domui Scheutensi. Exinde absolutus quia podagricus esse cæpit, ad hanc suæ professionis domum est reversus ubi laudabiliter et gratiose vitam finivit 21 octobris 1475. Addit Chronicon Capellæ : hic fuit valde dulcis et modestus, morigeratus, mansuetus et religiosus, et bene ab omnibus dilectus.

Schrije:

Tou f° 35.

Arsenal : 24 novembris, parentum domni Johannis Balen monachi domus hujus.

ChM119
**Joannes Blanck**
alias **Ernoul, Blot.**
b - Enghien (Hainaut).
c - *magister artium.*
d - nov 1433.
f - 7 janvier 1484.

---

PB:

AC 100:24 p. 120, L16-18, c.1433 : Bernardus de Spelincis, Petrus Pou, Bertelerius Sordet et uxor eius, et Petrus filius eorum et amici et benefactores domni Johannes Albi monachi domus Capelle Beate Marie pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
Pede fol. 32 : domnus Joannes de Blanc alias Ernouls, Angiensis, monachus professus hujus domus receptus a domno Joanne de Montignies priore qui supra anno 1433. Ante ordinis ingressum notabilis homo, magister artium et trium linguarum gnarus. hic plus quam 50 annis laudabiliter vixit in ordine et obyt 7 Januarij 1484.
Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore prioratus domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Ioannes Blanck de Angia, monachus huius domus.
Lamalle, p. 86 : anno 1484, altera Epiphaniæ, obiit dominus Ioannes Blac, monachus huius domus, de Angia oriundus ; ante ingressum ordinis fuit notabilis, homo magister artium, trium linguarum gnarus receptus ad ordinem a domino Ioanne Montegys circa annum 33 et fuit plus quam 50 annis in rdine.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis* : 9 januarius, dominus Joannes Blancha, monachus domus Capelle.

Schrije 102.

ChM120

**Joannes van Bouchaute.**

e - proc 1319-1321
AL P 1324
Ch P 1328, 1329, 1332(?)
SM P 1332- †.

f - 4 avril 1338.

g - données incompletes.

---

Pede fol.2-3 : domnus Joannes de Bouchoute professus ut credimus hujus domus in qua annis 1319 et 1321 procuraturam gerebat et ad prioratum pervenit paulo post. Erat autem in hac domo prior anno 1328 dum in adventu domini cum priore domus Antverpiæ a reverendo patre generali commissionem accepit examinandi possessiones et redditus quos viri nobilis dominus de Diest cum socio domino Joanne de Ranchoven offerebant pro fundatione domus novæ prope Diesthemium : et Domimus Joannes Gheylinck consiliarius comitis Flandriæ pro fundatione alterius domus prope Gerardimontem. qua ultima ex parte ordinis acceptata vero similiter eo missus fuit prior, nam in Sylvæ Sancti Martini prior erat anno 1332 usque ad 1335 inclusive, obijt autem 4ª aprilis.

Le Couteulx, Annales ordinis cartusiensis, t. V, p. 166 : domnus Joannes de Bochoute, professus et credimus huius domus in qua annis 1319 et 1321 procuraturam gerebat et ad prioratum pervenit paulo post. Erat autem in hac domo prior anno 1329 dum in adbentu Domini cum priore domus Antwerpiæ a R. P. generali commissionem accepit examinandi possessiones et redditus quod viri nobiles dominus de Diest cum socio dominus de Ranchoven offerebant pro fundatione domus nov prope Diesthemium et dominus Ioannes Gheylinc consiliarius comitis Flandriæ pro fundatione alterius domus prope Gerardimonte. Qua ultima ex parte ordinis accepta, verosimiliter eo missus fuit prior, nam in Silva Sancti Martini prior erat anno 1332 usque ad annum 1353 inclusive. Obiit 4 aprilis

Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 9a, *chartreuse d'Anvers* : Mutilus Commentarius, cap. 3, f° 6, Inhabitatio novæ Cartusiæ. In nostro libro Annniversariorum sub finem legimus : « Nono calendas aprilis, pridie Annunciationis Dominicæ anno 1323, adventus domni Joannis Boechaut primi prioris et fratrum ordinis cartusiensis in Kiele »

Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 9a, *chartreuse d'Anvers* : Mutilus Commentarius, cap. 3, f° 8, Cæterum primum nostræ domus priorem cartusiæ in Herine acceptum debemus qui locus Angiano Hannoniæ opido proximus est, quem etiam Joannem Bouchaut appellatum diximus, forte a pago cognomini Antwerpiensi in agro, ad cujus laudem non minime pertinet quod ex tali cartusiæ prodierit, sanctitatis opinione celeberrima, multum tamen commendationis accedit quod novæ nostræ cartusiæ fundamenta jecerit ; quantæ autem id virtutis fuerit præmissa narratio prudentiori satisfaciet : nihilominus opus inchoatum æmulatio sancta interturbavit. Siquidem anno 1328 ad moderandam suæ professionis domus revocatus est, cui etiam usque in 1340 annum præfuit. Hinc utcumque liquet cur tanti viri sola supersit apud nos nomenclatura, quia vix annos quinque domui est præfectus, neque opus imperfectum plenam retulit gloriam …

Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 9a, chartreuse d'Anvers : liste des prieurs, 1323-1328, domnus Joannes Bouchaut (d'autres écrivent Bochoute ou Bouchoute) était prieur de La Chapelle avant 1323. Le fut peut être encore après et plus tard à Bois St Martin. Obiit 5 aprilis.

Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 80a, *Chartreuse d'Enghien* : 1328-1338, Dom Joannes Bochoute (Bouchout). La chronique dit qu'il est prieur en 1328 et en 1338 et peut-être en 1340. « Joannes de Bouchoute ante annum 1318 usque post 1338. Obiit 5 aprilis » Annales V. 67. – La liste de la chronique dit « Jean Bochoute ancien moine et prieur de cette maison, † 5 avril. La liste de Bruno Pede le met en 1328. – La chronique d'Anvers l'appelle Jean Boechaut et le dit 1er prieur d'Anvers de 1323 à 1328, puis prieur de La Chapelle de 1328 à 1340, mort le 4 avril. C'est évidemment le même personnage. – Notre annaliste (V.166) le dit aussi 1er prieur d'Anvers et l'appelle Jean Bouchaut.

Lamale, p. 12 : (catalogus priorum) domnus Ioannes Bochoute oli monachus et prior huius domus.

Lamalle, p. 25 : anno M°CCC°XXVIII° fuit hic prior dominus Ioannes De Bochoute, qui rexit hanc domum multis annis. Unde anno 1340 erat adhuc idem hic prior vel circiter. Utrum ipse successit immediate domino Roberto primo priori huius domus certum non habemus. Item post hunc usque ad annum 1372, quis de supra memoratis prioribus eidem successerit, aut quo ordine ei successerint certum non habemus.

Lamalle, p. 26-27 : anno millesimo tercentesimo trigesimo octavo, fuit in hac domo receptus ad ordinem tempore prioratus Ioannis Bochoute quidam clericus dictus Gerardus de Sanctis.

Lamalle, p. 182 : catalogue des prieurs, 4e dominus Ioannes de Bochoute, ante annm 1328 usque post annum 1338. Obiit 5 aprilis.

AC 100:44, p.19, L4, c.1338 : priori Sylvæ ad suam magnam instantiam fit misericordia.

AC 279/2 : Joannes de Bouchout qui fuit primus prior domus hujus, s. d.
AC 279/2 : 4 aprilis, domnus Johannes de Boechout, qui fuit primus prior domus hujus.
AC 279 : 4 aprilis, domnus Joannes de Boechaut, primus rector Antverpiensis, professus et prior domus. Capellæ.

Delvaux, MB, p. 1436:

Schrije 102:

ChM121
**Joannes Braendefer**
alias **Brasdefer.**
e - proc ? - †.
f - c.1579.

---

Pede fol. 84 : domnus Joannes Bradefeirt Angiensis monachus prof hujus Domus circa Pascha A° 1571 et cantavit Primitias suas A° 1572. Procurator factus anno 1577 mansit et usque 1588, quo anno varij Religiosi ex hac Domo ad exteras provincias sunt missi et hic apparenter cum alijs, quare mirum non est quod in Calendario hujus Domus non inveniatur : Chartas
genel capituli consulere non possumus quas non habemus.

PB:

AC 100:27/3, p. 238, L31, c.1579: domnus Joannes Erasdefer, professus et procurator domus Capellæ.

*HFM058*
***Joannes de Bruxella.***
*e - hos 1429.*

---

*AC 100 :9, p. 34, L34-37, c.1429 : priori domus Sancti Ioannis Baptist prope Friburgum non fit misericordia, einiungimusque ei ut quantocius commode poterit revocet domnum Ioannem Bruxella monachum professum domus suæ nunc hospitem in domo Capellæ Beatæ Mariæ.*

ChM122
**Joannes de Bruyne**
alias **Brune.**
b - Gand (Flandre Orientale).
d - entré 13 décembre 1501
pfs 13 décembre 1502.
f - 11 septembre 1509.
g - neveu de BxM091.

---

Lamalle, p. 110, 111, 121 et 147: :

Pede fol 52-53 : domnus Joannes Bruno vel de Bruyn, Gandensis, monachus professus hujus domus, receptus a domno **Carolo Serraes,** priore et vestitus in festo Sancta Luciæ virginis et martyris 1501 et anno sequenti eadem die professus. Sequuntur verba 2° Chronici fol. 77. Hic (inquit) habuit patruum in ordine cartusiæ prope Bruxellam qui fuerat ibidem procurator eratque multiscius artifex eorum quæ fiunt operum a monacho laudabiliter in cella; cujus auxilio noster cum adhuc puer esset, uti literis imbueretur latinis positus est primum in Ludo Anderlacensi : ac deinde literis operam dedit Lovany in Ludo magistri Joannis Standonici. A quo venit ad ordinem et ad domum Capellæ. Hic naturaliter habuit vocem grandisonam et suavem. factus itaque sacerdos, habebat exercitia cellæ multa. Libros concinne compaginabat, operabatur in cupro non incite. Torcularia fabricabatur et Toreumata quædam Torno faciebat, Patruum suum, qui non parum favoris in ordine fuerat indeptus, in hujusmodi exercitijs imitabatur: multosque habebat assidue visitantes: raro per diem solus erat in Cella sua. ad studia Literarum non erat inclinatus, at in operibus diversis manualibus quotidie semet occupabat. laudabat exercitium Marthæ, Ociositatem vituperabat, proponebat sibi sententiam Divi Hieronimi dicentis: semper aliquid boni operis facito, ut te diabolus nunquam inveniat otiosum: nam multa mala docuit otiositas. quod utique verum est sicut et illud quod ait Publius Ovidius Naso poeta.

Fertilis assiduo si non renovetur aratra
nil nisi cum spinis gramen habebit ager. et iterum:
Cernis ut ignavum consumant ocia corpus
et capiunt vicium ni moveantur aquæ.

Probe faciunt igitur qui tempus omne bonis operibus impendunt. magis tamen proprie est sacerdotis facere quod scriptum est: cogitatum tuum habe in præceptis Dei .(Eccles: 6. ) et in mandatis illius maximé assiduns esto. quia sacerdotis est scire legem et secundum illam recte vivere et alys eam annunciare sicut scriptum est aggæi i: Interroga sacerdotes legem, Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirent ex ore ejus (Malach°.2) quia Angelus Dni exercituum est. Sed optima quæque non omnibus placent. Postquam vero Frater hic noster professus fuit, venit ad eum suus frater natu minor cui Religionis etiam dudum voluntas incesserat; quod cum fratri suo aperuisset, ejus ope receptus fuit ad statum Conversi apud Fratres Carmelitas propé Angiam,quia non erat literatus. porro frater noster non diu vixit in ordine; nam subinde cum
molestaretur ægrotationibus; naturæ tandem concessit, obyt que tertio Idus septembris hoc est ll° 1509 circa horam quintam mane, fuitque sepultus ante prandium. Sed quibusdam præfestinata sepelitio videbatur. aderat tamen prior, qui pro eo rem fecit divinam et exequias ejus celebravit eumque sepelivit.

Pede fol. 64 – 65 : domnus Michael Zarenbergh Bruxellensis, Monachus professus hujus Domus, receptus en vestitus a domno Carolo Serraes priore in festo S. Luciæ virg. et mart. 13 Xbris 1501 et sequenti anno 1502
eadem die professus. Sequamur nostum Chron. Fol. 99. Hic Michael et domnus **Joannes Bruno** cujus etiam supra mentionem fecimus, pariter operam latinis dederunt Literis in ludo primum Anderlacensi, deinde Lovany in ludo M Joannis Standonici. a quo simul venerunt ad ordinem nostrum et ad Domum istam. et frater quidem
Micheal posteaquam fecit in ordine professionem, tametsi nondum sacerdos erat, tamen anno primo 1503 post professionem suam, loco domni Frederici Brant, factus est sacrista hujus Domus, tempore quo visitatores ordinis nostri Domum hanc ordinarie visitarunt. quod ministerium pluribus annis ad: ministravit. a quo deinde per priorem absolutus ad Cellam suam redijt et iterum factus est sacrista domnus Fredericus Brant, qui
sesqui anno fuerat ante fratrem Michaelem executor hujus officij. domnus igitur Michael incola Cellæ vir fortis et robustus et eminenti statura præditus diversa interim habui exercitia, et per totam ferme vitam suam sanus et incolumis inter nos vixit. raro admodum fuit ægrotus quamvis esset

melancholicæ complexionis, habuitque naturaliter bonam et claram liquidamque vocem, artis musicæ non penitus imperitus et erat illi visus corporalis acutus admodum. Scripsitque nonnullos etiam in hac domo Libros, et multa opera manualia probe sciebat operari. et quoties aliquis indigebat adjutorio, convocatus non illibenter fratribus inserviebat. Libros quoque non inconcinne sciebat compaginare, quod et quandoque fecit apud nos officium. atque in postremis annis vitæ suæ fuit Cantor Chori. Pede fol. 71 – 74 : domnus Joannes Ammonius de Harena Gandensis monachus professus hujus domus, receptus et vestitus a domno Carolo Serraes priore anno 1500 in die S Martini, et professus eadem die, anno sequenti sub eodem priore. Hic est author et scriptor secundi Chronici Domus Capellæ continentis vitam et mortem illorum hujus Domus cum quibus hic vixit. certum est quod fuerit vir egregie Literatus sed met ipse hoc nimis sciebat, nam de alys Literatis confratribus non ita scribit sicut de se, et parum videtur sensisse de suis superioribus, meo judicio: sed humiliatus fuit, et permisit Deus ist in hæresim Luteranam caderet sed Livinum, nostro seniorem. filij erant domni Jacobi de Harena Civis Gandensis, qui defuncta uxore sua factus sacerdos professus est apud moniales in Syon prope Cortracum ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, de quo in Chronico fol. 112 filius scriptor habet sequens. Anno 1531 obyt Cortraci sexto Idus Julij probus vir et venerabilis senex et sacerdos domnus Jacobus de Arena, qui quondam matrimonio legitimo conjugatus ex uxore sua liberos suscepit complures. quorum duo postea in ordine Cartusiano fuerunt professi. Unus in Domo Sylvæ S. Martini prope Gerardimontem, et alter in Domo Capellæ prope Angiam. Atqui defuncta sua conjuge Dñs Jacobus factus est sacerdos sæcularis. deinde post aliquot annos intravit religionem et habitum suscepit fratrum regularium S. Augustini, et professionem fecit in monasterio Sancti monialium quod Syon dicebatur. qui tametsi ortus fuit Gandavi et inibi ferme semper commoratus: ubi suas possessiones habuit et predia super quibus processit ad sacerdotium; tamen posteaquam factus est sacerdos, curtracum profectus in prædicto loco fuit coadjutor præpositi Domus illius. Ubi plus quam triginta annos religiose vixit. habuitque unam filiam ex uxore sua prædicta professam in eodem monasterio quam reliquit etiamnum superstitem sicut et duos prædictos filios. qui præter cætera dona quæ donavit Domui Capellæ
ordinavit unam Libram grossorum flandriæ nobis recipiendam a Domo professionis suæ per ministros Domus Capellæ post obitum suum, ut pro se fratres orarent Deum, et Exequias ejus celebrarent quod et factum est a nobis circiter prædictum tempus. habueruntque fratres illo die pro laboribus suis recentem salmonem elixum et assum et pintam vini et spaciamentum et similiter die sequenti; licet hoc fuerit respectu novi sacristæ nostri tunc recenter ordinati, prædictis tamen expensis. Hæc ille Joannes loco præallegato.
Idem noster domnus Joannes Ammonius de Harena postquam in suo Chronico folio 67 scripsisset annum et diem receptionis et professionis suæ ut supra retulimus; addit, Et idem frater multis annis fuit in hac Domo Cantor Chori, et contulit huic Domui plærosque bonos Libros et inprimis Bibliam eleganter impressam et accurate correctam ( qualis antea non fuit in hac domo) divisam in sex partes cum glossa ordinaria et glossa interliniari et glossa Nicolai de lyra Literali et morali, cum additionibus Pauli Burgensis; et replicis Georgij Dorinck et concordantiarum additamentis in marginibus. Literas capitales lazurio et minio fecit domnus Judocus Hinckaert Confrater noster sed croco illuminavit hanc Bibliam idem frater Joannes Ammonius,
adjuvantibus cum quibusdam fratribus. et Gandavi fuerunt hi libri compaginati. Præterea contulit idem et Postillam Guilielmi Parisiensis in Epistolas et Evangelia totius anni tam de tempore quam de sanctis. Et his adjuncti sunt tres Libri salutares de Patientia eleganter compositi ab cruditissimo Theologo et facundissimo Poeta F Baptista Mantuano Carmelita oratione prosaica; et hi quoque Libri bene et correcte impressi et perpulchré sunt illuminati et signati et in Bibliotheca positi. Item contulit idem Epistolas illustrium virorum, quibus adjuncti sunt Libri sex Elegantiarum sive de Lingua latina Laurentij Vallensis cum Epitomatis Ascensianis et Lima ant. Mancivelli. His adjuncti sunt etiam M. Tullij Ciceronis Rhetoricorum Libri quatuor ad Herennium et hos Libros simul compaginavit in hac Domo frater **Joannes Bruno** de quo paulo mox plura. Cæterum de reliquis Libris quos tunc apportavit et postmodum quos acquisivit, alias fortasse commodius disseretur. Hæc iterum ille de se.

Schrije 105.

AC 100:27/2, p. 141, L40-41, c.1510: domnus Joannes Brune, professus domus Capellæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 12 september : domnus Iohannes Brune, monachus domus Capelle.

AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 11 septembris : domnus Joannes Bruyne, profesus domus Capellæ.

*BxM092*

***Joannes Carmuet.***

*e -  Ch hos ? - †.*

*f -  c.1567.*

*g -  = BxM089 ?*

---

*PB:*

*AC 100:27/3, p. 171, L11-12, c.1567: domnus Joannes Carminet, professus Bruxellæ, hospes in domo Capellæ*

ChM123
**Joannes Clutinc**
alias **Cluting.**

a - p.: Jacobus Clutinc
m.: Marguerite van Ophem, bijgenaamd Uyttenrogge.
b - Bruxelles.
c - OSB abbaye Affligem.
d - ca 1400.
f - 13 juin 1430.

---

W. Verleyen, Necrologium van Affligem, dans : Eigen Schoon, Brussel, 1986, p.480 :
† 13 juni 1430, in het kaertuizerklooster van Herne, Johannes Clutinck van Brussel, gewezen monnik van Affligem. Hij was de zoon van Jacobus zn Margriete van Ophem, bijgenaamd Uyttenrogge, die vier kinderen hadden. Zijn vader had nog een natuurlijke dochter, Kathleen. Hij was in 1375 al monnik in Affligem en verwierf op 4 juni 1390 als procurator van de abdij een huis in de Lange Ridderstraat te Brussel. Circa 1430 ging hij over naar de kartuizers .

Gde Chartreuse, P Bastin

Lamalle, p. 21 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui non fuerunt hic anno M°CCC°XC° sed postea venerunt et sunt defuncti usque ad anum M.CCCC.LVI.) dominus Ioannes Clutinc de Bruxella, monachus domus huius.

Lamalle, p. 50 : anno 1430 idibus junii, obiit dominus Ioannes Clutinc monachus huius domus fuerat antea monachus in afflighem.
Pede fol.8 : domnus Joannes Clutinck Bruxellensis monachus professus hujus domus ante ingressum ordinis monachus Benedictinus in Hafflighem. Obyt 13 juny 1430.
AC 100:9, p. 42, L15, c.1431: domnus Ioannes Clutingii, monachus domus Capellæ, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:10, p. 143, L18, c.1431: domnus Johannes Clutinc, monachus domus Capelle, [pro quibus fiat unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:24, p. 103, L18, c.1431: domnus Johannes Clutinc, domus Capelle monachus, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
Arsenal : domni Johannis Clutinc monachi domus huius.

Schrije 107.

ChM124
**Joannes van Dendermonde.**
d -  ca 1420.

---

de Wal, 7043, f° 42v, 1420 : domnus Joannes Teneramundanus fuit professus domus Capellæ, et plura habentur in chronico dictæ domus. Floruit circa hunc annum domnus Joannes Teneramundanus, insigni Frandriæ opido, Scaldi adiacente oriundus. Fuit vir divinarum literarum cognitione ac vitæ Sanctimoniæ, uti et Trithemius et Possevinus contestantur admodum præstans, quippe qui non solum magna cum laude præfuit cartusiæ isti Siligniacensi quæ in Sabaudiæ partibus celebris est atque ad Burgundiæ provinciam pertinet, verum etiam eximijs aliquot litterarum monumentis claruit. (vide Biblioth. Car.)
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 231a, *Chartreuse de Sélignac* : c.1468, rectori domus Siligniaci fit misericordia, et præficimus in priorem dictæ domus Johannem de Terremunda (de Termonde) hospitantem in domo Divionis. Et solvat domni Johanni de Montemerule sex plorenos quos tradidit priori defuncto, quando recessit a dictæ domo.
Dom Jean Wisch de Termonde, profès de la Chapelle, en Belgique, entre 1430 et 1434. La chronique de la Chapelle dit delui : « dom Jean de Blisia, dit de Termonde, moine profès de cette maison, admis dans l'ordre du temps du priorat de dom Jean de Montegiis (1430-1434), qui fut procureur ici du temps du priorat de dom Gérard Naghel (1435-1437) et de dom Laurent (1437-14..), et qui avant son entrée dans l'ordre était passé maître es-arts et membre notable du clergé, fut envoyé, vers l'année 1439, par le chapitre général comme prieur de la maison du Val-Saint-Pierre ». Dom Jean était en effet procureur de la Chapelle quand le chapitre de 1439 le nomma prieur du Val-Saint-Pierre. Donc prieur du Val-Saint-Pierre 1439-1445. Retourne à la Chapelle. 2e fois prieur du Val-Saint-Pierre 1447-1458 ; prieur de Gosnay 1458-1463 et une 3e fois du Val-Saint-Pierre 1463-1467. Fut déposé au chapitre de 1467, qui l'envoya simple religieux à Dijon. A été convisitateur de Picardie 1452-1453 et visiteur 1453-1463.
C'était donc un homme d'expérience et de doctrine que le chapitre de 1468 mit à la tête de la maison de Sélignac, qu'il gouverna encore 19 ans. Au chapitre de 1469 fut 2e coadjuteur du chancelier. Priori domus Siligniaci non fit misericordia ; c.1470, priori domus Siligniaci non fit misericordia ; c.1471 : priori domus Siligniaci non fit misericordia et de his quæ petit respondebitur sibi ad partem per priorem Sellionis (qui était visiteur et fut 2e deffiniteur à ce chapitre de 1471). c.1472, priori domus Siligniaci non fit misericordia, c.1473, est emendator in lectura refectorii ; c.1473, priori domus Siligniaci non fit misericordia ; c.1473, est 1er referendaire ; c.1474, priori domus Siligniaci non fit misericordia. Désormais il n'y a plus que des extraits des cartes du chapitre général ; c.1475, Et domnus N. qui injuste et contra veritatem scribendo, priorem suum (Siligniaci) diffamavit, carceri mancipetur ad ordinis volubtæm. c.1487, prior domus Silih-gniaci fit misericordia propter suum senium et debilitatemm, et electionem futuri prioris emittimus conventui … et cella inquastat pro sua consolatione sibi remaneat et donatus sibi semper serviat, et sibi in cunctus deferatur sicut priore, prout bone meruit. Est mort le 14 août 1488 (extraits de dom Chauvet).
c.1489 : obiit domnus Joannes de Teneremunda monachus domus Siligniaci, professus domus Capellæ, alias prior domorum Vallis Sancti Petri, Gosnay et Siligniaci et visitator provinciarum Picardiæ et Burgundi, habens per totum rdinem plenum monachatum. obiit 14 august.. Convisiteur de Bourgogne 1468-1472, visiteur 1472-1479 et 1482-1487
Le Vasseur (L.), *Ephemerides*, t. III, p. 71ab. XIV die Augusti. Joannes de Wisch. Prior Vallis S. Petri. — Dictus de Teneremonda, olim prior Vallis S. Petri, Gosnay et Siligniaci, et Visitator Picardiæ atque Burgundiæ ; qui in palæstra virtutum Cartusiæ Capellæ B. Mariæ apud Angianum cum cæteris sanctis eiusdem ætatis eruditus, pietate in Deum et charitate in pauperes sic efferbuit, ut etiam vivens Sanctus ab omnibus diceretur, quamvis in abscondito faciei Domini tectus, vix luceret in oculis hominum: qui tamen ex scriptis, quibus Ecclesiæ Catholicæ gazophylacium ditavit, vellet nollet magis insplenduit. — Cum priorem agebat in Domo Siligniaci, tanto in egenos ferebatur compassionis affectu, ut quotidie manu propria plusquam mille et ducentis pauperibus eleemosynam largiretur, quamvis concredita domus tantis non sufficeret expensis; tantoque in calamitosos beneficio illustris, eos dietim pavit, et ne morerentur, servavit duorum inauditæ famis annorum spatio. Nec propter hoc in domo Siligniaci, quamvis duplicatus fuisset conventus, grani cumulus decrevit ; sed eadem grani quantitas in horreo comperta semper exstitit, imo et major apparuit. — Porro cum, ætate ad occasum vergente viribusque deficientibus, se se regimini Joannes imparem videret, ad suas instantissimas preces, anno 1487, exauctoratus a Capitulo generali, exoneratusque a prioratu Domus Siligniaci, ibidem Angelicam vitam ducens, tandem ad eorum consortium evocatur, anno 1488, die 14 Augusti, relicta sanctitatis opinione. *Agunt de Joanne Trithemius, Possevinus, Sutor, Petræus, Chronicon Capellæ et Vallis S. Petri.*
Dom Jean Wisch a vécu quasi 60 ans dans l'ordre et avait environ 90 ans d'âge à sa mort.

Gde Chartreuse, P ; Bastin, A-V 261a, *chartreuse du Val-Saint-Pierre* :
c.1439 prior fit misericordi, prior fit domnus Joannes professus Capellæ. Absolvitur per c.1445.
1447-1458, domnus Joannes de Termonde : per c.1447 fit prior domnus Joannes Wiese, professus Capellæ. Le prieur du Val-Saint-Pierre est convisiteur en 1452, visiteur 1453-1458. En 1459 c'est le prieur de Gosnay qui est dom Jean de Termonde. Il a donc été envoyé àGosnay entre le chapitre de 1458 et 1459.
1463-1467 ; Encore dom Jean de Termonde. Le prieur de Gosnay est visiteur 1459-1462. En 1463 c'est le prieur d'Abbeville. Voir à Gosnay la carte de 1463 qui laisse soupçonner que dom Jean a quitté Gosnay en 1467 fit misericodia priori, qui est envoyé à Dijon et en 1468 on prend à Dijon dom Jean de Termonde pour le faire prieur de Sélignac. Toutes choses qui indiquent que dom Jean de Termonde a été une troisième fois prieur du Val-Saint-Pierre.

ChM125
**Joannes van Dendermonde**
alias **Teneremunda, de Wiese, de Blisia,Wisth.**
c - 1430 études a Louvain.
d - 1° Ch 1431
2° Sélignac(?) (HFM061).
e - proc 1434, 1435-c.1439
Val-St-Pierre P 1439-1445, 1447, 1457
Gosnay P 1458
Val-St-Pierre P 1463
Dijon hos 1467
Sélignac P 1468-1487.
cvs Picardie 1451-1453
vis Picardie 1453-1457
cvs Bourgogne 1468
vis Bourgogne 1472-1479, 1482-1487.
Sélignac moi 1487- †
f - Sélignac 14 aout 1488.
g - auteur ; son frere Jacobus fut prieur a Valenciennes et Montreuil.

---

PB:

Le Vasseur (L.), *Ephemerides*, t. III, p. 71ab. XIV die Augusti. Joannes de Wisch. Prior Vallis S. Petri. — Dictus de Teneremonda, olim prior Vallis S. Petri, Gosnay et Siligniaci, et Visitator Picardiæ atque Burgundiæ ; qui in palæstra virtutum Cartusiæ Capellæ B. Mariæ apud Angianum cum cæteris sanctis eiusdem ætatis eruditus, pietate in Deum et charitate in pauperes sic efferbuit, ut etiam vivens Sanctus ab omnibus diceretur, quamvis in abscondito faciei Domini tectus, vix luceret in oculis hominum: qui tamen ex scriptis, quibus Ecclesiæ Catholicæ gazophylacium ditavit, vellet nollet magis insplenduit. — Cum priorem agebat in Domo Siligniaci, tanto in egenos ferebatur compassionis affectu, ut quotidie manu propria plusquam mille et ducentis pauperibus eleemosynam largiretur, quamvis concredita domus tantis non sufficeret expensis; tantoque in calamitosos beneficio illustris, eos dietim pavit, et ne morerentur, servavit duorum inauditæ famis annorum spatio. Nec propter hoc in domo Siligniaci, quamvis duplicatus fuisset conventus, grani cumulus decrevit ; sed eadem grani quantitas in horreo comperta semper exstitit, imo et major apparuit. — Porro cum, ætate ad occasum vergente viribusque deficientibus, se se regimini Joannes imparem videret, ad suas instantissimas preces, anno 1487, exauctoratus a Capitulo generali, exoneratusque a prioratu Domus Siligniaci, ibidem Angelicam vitam ducens, tandem ad eorum consortium evocatur, anno 1488, die 14 Augusti, relicta sanctitatis opinione. *Agunt de Joanne Trithemius, Possevinus, Sutor, Petræus, Chronicon Capellæ et Vallis S. Petri.*

Pede fol. 33 : domnus Joannes de Wiese alias de Blisia Teneramundanus, monachus prof hujus Domus, Magister Artium et notabilis sacerdos sæcularis, receptus an D° Joanne de Montignies qui supra circa an. 1431. Anno 1434 successit in Procuratura hujus Domus D° Gerardo Naghel. per cartam capituli nostri generalis anno 1439 ex Procuratore Domus hujus fit prior domus Vallis S[ti]. Petri, qua Domo restaurata ad suam instantiam absolutus ad hanc suæ professionis Domum redijt anno unde necdum transacto biennio, ad instantiam Dominæ de Ghistella istius Terræ Dominæ, iterum eo prior missus est. mortuo deinde D° Landrij priore Domus nostræ prope Gosnay, Visitatore Provinciæ Picardiæ, factus est Provinciæ istius Visitator principalis et postea prior Domus Gosnay. deinde prior constitutus celebris Domus nostræ Siligniaci in partibus sabaudiæ quæ est Provinciæ Burgundiæ Domus, factus est istius Provinciæ Visitator, in qua qualitate bis præsedit in electionibus Generalium. obyt in Domo Siligniaci plenus dierum et omnibus oneribus solutus 14[a] augusti 1488, habuitque in Carta Capli generalis anni 1489 plenum cum psalterijs monachatum. de eo Bibliothæca Cartusiana habet; fuit vir divinarum literarum cognitione ac vitæ sanctimonia uti et Trithemius et Possevinus contestantur, admodum præstans; verum etiam eximijs aliquot literarum monumentis claruit, e quibus Trithemius hæc commemoras. De notitia Dei Lib. I. de Reparatione lapsi lib. I. de Gaudio hominis lib. I de Fide Christiana Lib. I. de Conceptione B[æ] Marieæ Lib. I. de Natura et lapsu hominis Lib. I. de Amore Dei Lib. I. de Sacramento altaris Lib. I. de honore Dei Lib. I. alia quoque dicitur eleganter composuisse quæ necdum ad publicam notitiam pervenerunt. Vir, ait, sutor, in divinis scripturis studiosus et valde eruditus, vita et conversatione devotus, ingenio clarus, sermone compositus. et Wallius Bruxellensis: vir inquit qui fax fuit sui sæculi, vir magni zeli magnique spiritus applicatus fræquenter rebus admodum serijs et magni ponderis.

de Wal, 7043, f° 106v:

Delvaux, MB, p. 1433-34:

AC 100:3, p. 46, L20-21, c.1439 : priori domus Vallis Sancti Petri fit misericordia. Et preficimus ibidem in priorem domnum Johannem procuratorem domus Capelle Beate Marie iuxta Angiam.
AC 100:10, p. 223, L23-25, c.1439 : priori domus Vallis Sancti Petri fit misericordia. Et preficimus ibidem in priorem domnum Johannem Procuratorem domus Capelle Beate Marie iuxta Angiam.
AC 100: 24, p. 170, L32-34, c.1439 : priori domus vallis sancti petri fit misericordia. Et preficimus ibidem in priorem domnum johannem procuratorem domus Capelle Beate Marie iuxta angiam.
et 302:
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 14 augustus : domnus Joannes de Teneramunde, professus domus Capellæ, visitator Picardiæ et Burgundiæ.
Schrije 160:

Arsenal :

cartæ 1445, 1447, 1487:

Bulliat, *Chartreuse et seigneurie du Val-St-Martin de Sélignac pres de Bourg-en-Bresse*, Paris 1884, p. 77-79 et 538:

Abbé F.A. Lefebvre, *La chartreuse de N.D.des Prés, a Neuville sous Montreuil sur Mer*, Paris, 1881, p. 406: 1453 a 1457, vis. Jean de Terremonde, prieur du Val-St-Pierre.- Dans la suite prieur de Gosnay, puis de Sélignac.- Mort dans ce dernier poste le 14 aout 1488.

Tromby, t. 9, p. 174.

BRB, Biblio. Nation., ms A168, t. 10, col. 420-421
Jean de Termonde (Joannis de Teneramundi)
Théologien né dans la ville dont il porte le nom, florissait en l'an 1420 (ChM124 ? ?) et vivait encore en 1439. Ayant pris l'habit de saint Bruno, il fut élevé a la dignité de prieur de la chartreuse de Siligny, en Savoie, et s'acquit une renommée de savoir et de vertu. Loué par Tritheme pour sa science des Ecritures, la sainteté de sa vie, l'éclat de son intelligence, l'art de sa parole, il composa plusieurs opuscules de morale, que Théod. Petreius qualifie de remarquables monuments littéraires (*eximiis aliquot litterarum monumentis claruit*), dont voici les titres :
*De notitia Dei, lib. I.* – *De reparationelapsi, lib. I.* – *De gaudio hominis, lib. I.* – *De fide christiana, lib. I.* – DE CONCEPTIONE SANCTÆ MARIÆ*, LIB. I.* – DE NATURA DE LAPSU HOMINIS*, LIB. I.* – DE AMORE DEI*, LIB. I.* – DE SACRAMENTO ALTARIS*, LIB. I.* – DE HONORE DEI*, LIB. I.*
Tritheme ajoute que Jean de Termonde écrivit beaucoup d'autres ouvrages, pleins de gout littéraire, mais qui n'arriverent pas a sa connaissance.
Emile Van Arennbergh
Tritheme, *De script. eccles.* (éd. 1531), p. 132 – Sweertius, *Ath. belg.* p. 477 – *Val. André*, Bibl. belg., p. 571 – Sanderus, *De script. Flandr.,* lib. II, p. 92 – Paquot, *Mém. litt.* T. VII, p. 191.

ChM126
**Joannes Dierickx**
alias **Theodorici.**
b - Delft (Hollande-Méridionale, Pays-Bas).
c - études a Cologne.
d - ca 1436.
f - 27 aout 1475.
g - copiste.

---

PB:
Le Vasseur (L.), Ephemerides, t. III, p. 151a-152a. XXVII die Augusti. Joannes Theodorici. Monachus Capellæ. De quo in Chronico hujus Domus agitur his verbis : — « domnus Joannes Theodorici patria Delfensis : qui ante Ordinis ngressum fuit Magister artium Coloniæ rexitque scholas, Professus hujus Domus receptus est a Gerardo Naghel, quem imitatus est in abstinentiis rigorosis. In Religione vixit anns 40, in magna simplcitate, parcitate et rigore sacri Instituti ; tam sollicitus oris sui custos, ut oruisum verbum strictissime devitarit. Erat sibi rigorosus, rigidus, durus, asper, in arctissimansobrietate transigens vitam. Insuper et multum humilis et submissus suis in oculis, sibique ipsi vilescens. Amabat Deum et proximum ardenti charitate. — « Erat devotus, sanctus, timoratus, non volatili quondam et instabili spiritu, sed omnibus diebus vitæ suæ tempus nunquam sine fructu elabi patiebatur : vel enim orabat, vel legabat, vel lecta docebat, vel certe in opere aliquo manuali se se exercebat. Rat potens in abstinentiis et vigiliis, et in disciplina regulari exercitatissimus. Erat vir fama celebris, sed coram Deo meritis celebrior multo. Ejus conversatio ita erat omnibus garta, ut eum miro modo cuncti diligerent, colerent, admirarentur. De quo Patris hujus Provinciæ hoc palam pronunciabant : « Si est hoc nostro temporeverus quispiam cartusiensis, haud dubium quin iste talis sit. » Semper de illo, dum sui hoc loquerentur, compuncti et reverenter loquebantur, tabquam qui justus et sanctus habitus sit, ac Fratrum sincerus amator. — « Hoc præclarum et laudabile gratiæ munus de illo narrari solet, quod omni loco fere ac tempore mentemerectam ad superna gestabat. Nam in signum hujus rei oculos, clausos tamen, ad cœum levabat, manus jungebat, et totius corporis compositione palam dabat intelligi, illic se mente versari, quo manus et faciem erigebat. Erat ei istud quotidianum et familiare, et plerumque sic a semetipso raptus stabat, ut nesciret quid ageret, vel ubi esset. Hic interdum privatim celebrans, levata voce Præfationem canebat, vel simile quid agebat extra se ductus, nesciens quid actitaret. Ebrius enim amore divino, carnis sensum plerumque perdebat. — « Post exactas Matutinarum vigilas, nunquam se sopori sive dormitioni tradebat, nisi forte gravis illum compulisset infirmitas ; sed pervigil in Dei laudibus durans, integrum fertur psalterium sæpe cecinisse. His arduis laboribus licet semper esset intentus, gravi tamen se abstinentia macerabat, panem arctum capiens et aquam brevem ; nam feriis secundis et quartis potagium solum et cervisiam gustabat. At sextis semper feriis panem tantummodo sumebat et salem, et pro potu sola aqua contentus. Cupiebant illum Patres Visitatores ad communem escam Fratrum traducere ; quibus supplicabat dicens : « Sinite me, Patres, sinite, precor, hunc vivendi tenere moem, quem mihi per annos jam quadraginta non sine ingenti labore in consuetudinem traxi. Essetque mihi insuper molestum eum victum assumere, qui in longam abiit dissuetudinem. » Obiit 27 Augusti, anno 1475.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 27 augustus : domnus Johannes Theodericus, monachus Capelle.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 27 augustus : domnus Joannes Theodorici, monachus ibidem.

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore prioratus domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Ioannes Theodoreti de Delft, monachus domus huius
Lamalle, p. 76 : anno eodem 75 in profesto S. Augustini obiit dominus Ioannes Theodorici de Delft, monachus professus et scrdos huius domus circiter 40 annis. Ante ingressum ordinis fuit magister artium Coloniæ et rexerat scholas. Receptus ut puto ad ordinem a domino Gerardo Naghel. Post ingressumordins valde religiose est conversatus, ut magna simplcitate, parcitate et rigorositate ordinis. Valde parum loquebatur alicui, quia impeditioris linguæ fuit. Diligens in scribendis et ligandis libris fuit. Potens in abstinentiis et vigiliis. Vir bonæ famæ et bene dilectus ab omnibus propter probatam eius conversationem.

Pede fol. 29-30 : domnus Joannes Theodorici vel Diericx Delphensis, monachus professus hujus domus, receptus a domino Gerardo Naghel priore qui supra pariter Delphensi. Majora de hoc venerabili viro referre non valemus quam de eo in suis libris scripto reliquerunt et Dorlandus et

Raissius, et sunt sequentia : 27[a] augusti 1475 Capellæ prope Angiam dormitio Joannis Theodorici ibidem cartusiani, qui ante ordinis ingressum fuit magister artium Coloniæ, rexitque scholas. Receptus vero fuit ad ordinem a Gerardo Naghel quem imitatus est abstinentijs rigorosis. In religione vixit annis quadraginta in magna simplicitate parcitate et rigorositate sacri instituti, tam sollicitus oris sui custos, ut otiosum verbum strictissime devitarit. Erat sibi rigorosus, rigidus, durus, asper, in arctissima sobrietate transigens vitam. Insuper et multum humilis et submissus in suis oculis sibique ipsi vilescens. amabat Deum et proximum ardente chartate. Erat devotus, sanctus, timoratus, non volatili quodam et instabili spiritu, sed omnibus diebus vitæ suæ. Tempus numquam sine fructu elabi patiebatur : vel enim orabat vel legebat vel lecta docebat, vel certe in opere aliquo manuali sese exercebat. Erat potens in abstinentijs et vigilijs et in disciplina regulari exercitatissimus. erat vir fama celebris sed coram Deo mentis celebrior multo. ejus conversatio ita erat omnibus approbata, ut cum miro modo cuncti diligerent, colerent, admirarentur. de quo provinciales cartusiani hoc palam pronuntiabant : si est hoc nostro tempore verus quispiam cartusianus, haud dubium quin iste talis sit. Hoc de illo narrari solet, quod omni loco fere ac tempore mentem erectam ad superna gestabat. Nam in signum hujus rei, oculos, clausos tamen, ad cælum levabat, manus jungebat, et totius corporis compositione palam dabat intelligi, illic se mente persari, quo manus et faciem erigebat. Erat ei istud quotidianum et familiare et plerumque sic a semetipso raptus stabat, ut nesciret quid ageret vel ubi esset. hinc interdum privatim celebrans, levata voce Præfationem canebat, vel simile quid agebat extra se ductus, nesciens quid actitaret. ebrius enim amore divino, carnis sensum plerumque perdebat. Post exactas matutinarum vigilias quæ apud cartusianos prolixæ admodum sunt, nunquam se sopori tradebat ; nisi gravis forte illum compulisset infirmitas : sed pervigil in Dei audibus perseverans, integrum fertur psalterium sape cecinisse. His ardius laboribus licet semper esset intentus, gravi tamen se abstinentia macerabat, panem arctum capiens et aquam brevem. Nam ferijs secundis et quartis potagium solum, cervisiamque gustabat : ad sextis ferijs semper panem sumebat et salem, fontemque libabat. Cupiebant illum patres visitatores ad communem escam fratrum traducere, quibus supplicabat dicens : « Sinite me patres, sinite precor hunc vivendi morem tenere, quem mihi per annos jam quadraginta non sine ingenti labore in consuetudinem traxi, essetque mihi insuper molestum, eum victum assumere qui in longam abyt dissuetudinem. Addit chronicum nostrum quod impeditioris linguæ erat. Et Dorlandus : possent (inquit) multa ad huc præclara de eo narrari nisi aly avocarent quos etiam enumerandos censeo. diligens erat (addit chronicon) in scribendis et ligandis libris: quod verum opus et sanctum, tunc temporis cartusianorum erat.

AC 100:12:2, p. 17, L12-13, c.1476: domnus Johannes Theoderici de Delft, monachus professus domus Capelle Beate Marie prope Angiam.

Arsenal:

Schrije 114.

*LiM110*

***Joannes de Dinant.***

*e -    hos 1487.*

---

ChM127
**Joannes Douwater.**
d -  nov 1477.
g -  n’a pas persévéré. Entré a Zierikzee où il a persévéré (NLM067).

---

Lamalle, p. 78:

Schrije 116.

ChM128
**Joannes van Edingen.**
d - 5 avril ? (>1390).

---

Lamalle, p. 17 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Ioannis de Angia monachus huius domus
Pede fol. 5 : domnus Joannes Helleman professus et procurator hujus domus anno 1381 ad annum 1383 et forsan ultra. Obitus ejus non est in calendario, verosimiliter oblitus scribi : nisi forte fuerit domnus Joannes de Angia quem habet calendarium 5a aprilis. Lamalle dit : Pede fait erreur : le nécrologe donne les deux noms, Ioannes de Angia au 5 avril, Ioannes Helmans au 3 février.
Consequenter hic describam Religiosos nostros qui ante 1390 hic sunt defuncti qui sunt præter illum domnum Joannem de Angia sequentes.

Arsenal:

Schrije 117.

ChM129
**Joannes van Etterbeke.**
b - Alost (Flandre Orientale).
d - entré 12 décembre 1473
prof 12 décembre 1474.
e - sds 1475
proc ? - ?
cité 1487
P 1495- †.
f - 30 juillet 1500.
g - ne fut que tres brievement proc.

---

Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Ioannes Etterbeke monachus prior et quondam procurator huius domus.
Lamalle, passim:

Pede fol. 41 : domnus Joannes de Etterbeke Alostanus, monachus professus hujus domus receptus a domno Arnoldo Kaerman priore et vestitus 12 xbris 1473, professus autem sub eodem priore anno sequenti 1474 eadem dies. Cantavit primam suam missam in die Dedicationis Ecclesiæ A° 1475. Hic antequam profiteretur condito Testamento voluit domum hanc succedere in bonis suis quæ sibi successissent si mansisset in sæculo. fuit aliquanto tempore sed non diu procurator hujus domus quo autem precise anno ignoratur, sed anno 1495, octobris septima defuncto V.P. Gasparo van der Stock hujus domus priore, conventuales hunc domnus Joannem sibi in priorem elegerunt. per cartam capituli generalis anni 1500 quasi de parcitate videtur accusatus, nam habetur in illa: priori domus Capellæ non fit misericordia. Et solvat sine mora priori domus Antverpiæ sex ducatos Hungariæ de pondere, quos mutuo dedit domino Livino pro viatico ad domum Capri hospitatum misso per capitulum generale, nec recuset solvere taxam suam pro redemptione illorum florenorum domus Sanctæ Annæ sicut per patres provinciæ concordatum est. Post hanc cartam non diu supervixit, obyt namque 30 july 1500

Pede fol. 54 – 57 : domnus Livinus Zoeten alias Dulcis, Gandensis monachus professus hujus Domus. receptus a D° Arnoldo Kaerman priore et vestitus in festo B° Catharinæ Virginis et Martiris A° 1476, professus cadem die A° 1477. deinde primam missam cantavit in die Dedicationis Ecclesiæ nostræ factus sacerdos. Hic teste Chronico fol. 81 naturaliter habuit bonam vocem eratque mediocriter in arte Musica peritus et satis eleganter et nitidé sciebat scribere. Libros scripsit diversos, parum literatus erat. utrumque tamen assiduitate legendi
scribendi, audiendi et interdum loquendi, scripturas intelligere potuit. (hactenus Chronicon) Anno 1488 coepit cogitare de mutatione loci et scripsit super hoc Reverendo Patri generali, nam in Carta illius anni dicitur Articulo Domus Capellæ " Et hortamur D^m^ Livinum monachum ibidem, ut se stabiliat in Domo suæ professionis; alioqui committimus Visitatori principali ut eidem provideat sicut bona conscientia pro ipsius salute viderit expedire. tunc missus videtur ad Domum Sylvæ S. Martini, nam A° 1489 habetur in Computu hujus Domus: Pro expensis fratris Livini in Domo Sylvæ 30 ct et anno sequenti in Computu " priori Sylvæ præter 30 ct quas habuit anno præterito, ad huc habuit pro expensis frater Livini 24 ct item pro vestitu ejusdem Livini 9 ct 12 solid^c^. Inde huc redyt et iterum scripsit ad Reverendum Patrem, nam A° 1492 Carta capituli
generalis articulo Capelle illum iterum monet his verbis " Et domnus Livinus ibidem professus stabiliat se in eadem Domo. hoc apparenter facere non valuit, nam et hoc anno ad hanc Domum vocatus fuit visitator Provinciæ, qui tunc erat domnus Arnoldus Huckelen prior Dom^s^ monachorum, cui solvimus ut in Computu 6 ct 7 solid^c^. et addit propter fratres Andream et Livinum. sequentia prosequimur ex 2° Chronico, loco prædicto: sed postquam domnus Arnoldus prior obijt, successit ei in prioratu domnus Gaspar, cujus tempore (nescio quam ob causam) missus fuit ad hospitandum in D° Sylvæ S. Mart. ubi supra modum graviter (sicut ipse dixerat mihi) ægrotatione et dolore capitis fuit afflictus. inde reversus in domum professionis suæ non invenit requiem: tentatus fuit et a fratribus quibusdam afflictus, nec habuit consolatorem. Quapropter clam abijt et profectus est ad Domum Cartusiæ Majoris deducente cum viro quodam amico; et ibi receptus habitavit ad tempus et Magister illi datus est domnus Joannes Binchois scriba Domus Cartusiæ, qui oriundus erat a Binchio Civitate Hannoniæ; Magistrumque Discipulus adjuvabat in Litens legendis et notandis, quæ plurimæ feruntur undique ad illam Domum. quod tamen quibusdam non placuit quod Hospes et extraneus sciret ordinis
secreta quæ fiunt ibi et pene in toto ordine. Hic igitur cum moraretur, a domno Petro Rufi Patre Reverendo missus est in domo Vallis S^ti^ Hugonis Cartusiæ Provinciæ et non longé a Cartusia majore cum prædicti Patris Reverendi Literis sigillo munitis : ut ibidem vicariatus officium administraret,

quod etiam fecit et aliquot ibi novitios instituit. prædictas Literas postquam ad Domum Capellæ redijt ostendit nobis. Hinc absolutus redyt in Cartusiam, atque inde missus est in Italiam hospitatum, fuitque hospes in multis Domibus ordinis (hæc Chronicon. suspicor ego quod in Italiam et nominatim ad Domum ordinis nostri in Insula Capri ex adverso Civitatis Neapolis, A° 1499 expensis Domus professionis ejus, hujus Capellæ, quas et prior noster
tunc domnus **Joannes de Etterbeke** restituere recusavit priori domus Antverpiæ a generali Capitulo reverso qui ibidem has expensas solvisse videtur, unde et prior noster in Carta anni 1500 monebatur his verbis: Et prior Capellæ solvat sine mora priori Domus Antverpiæ 6 Ducatos Hungariæ depondere quos mutuo dedit domno Livino pro viatico ad Domum Capri hospitatum misso per Capitulum generali: sine dubio Anni 1499. ( pergit Chronicon) quarum Domorum tametsi quædam fuerunt opulentæ quædam pauperes, in nulla tamen earum facere professionem voluit; dixitque nobis se in loco fuisse ubi Hannibal pænus Dux Carthaginensium quondam, satyra 10 Juvenalis

Deduxit scopulos et montem rupit acetout Exercitui suo transitum faceret in Italiam. Sed quotannis quando potuit Livinus noster ventitabat in Cartusiam vel ad Capitulum generali vel ad Capitulum privatum. eaque facultas ibi non difficulter adquiritur (sic ille) Deinde fuit hospes in diversis Domibus Provinciæ Franciæ, præsertim in Domo Divionis. Interim vero multum sibi profuit quod accuraté sciebat scribere, namque scribendo Libros illo tempore commodius acquirebat sibi necessaria. Porro circiter anno 1503, cum more suo solito esset in Domo Cartusiæ tempore generalis capituli et domnus Petrus Vassor prior domus Gandavi
principalis visitator hujus Provinciæ esset etiam ibi et sermonem habuisset ad congregatos ibi Patres: domnum Livinum et duos alios fratres curavit reducendos ad Domos professionis eorum. quorum unus erat Monachus domus Buscoducensis domnus Adrianus, et alter monachus erat Diestensis domnus Judocus. quos reduxit quidam vir sæcularis cui nomen erat Judocus qui fuit germanus frater domni Joannis Binchois scribæ Domus Cartusiæ majoris. (hactenus iterum Chronicon) sed ego maxime dubito an reditum domni Livini aliorumque, duobus vel plus annis quam oportet non retulent. Computus hujus Domus anno 1505 tantum habet expensas quasdam fuisse solutas pro frater Livino, et A° tantum 1509 dum domus hæc visitaretur per priorem D° Gandavensem, solvimus illi 21 ct et 14 solid[e] pro expensis inquit factis et expositis pro frater Livino, et A° 1510 ex parte frater Livini solvimus D Joannes Binchois 8 ct 20 solid[e] quidquid sit, erat in hac Domo residens A° 1509 et habetur in Catalogo professorum hujus Domus hoc anno Tertius a priore vel immediaté post antiquiorem. (pergit Chronicon) Livinus autem posteaquam habitarat quatuor aut quinque annis in Domo Capellæ, iterum per Literas Reverendi Patris domni Francisci de Puteo jussus est ire hospitatum in Domo Valencenarum nam
Livinus frequenter scribere solebat vel ad domnum Joannem Binchois vel ad vicarium D Cartusiæ domnum Joannem Gillardi, quorum Literas et rescripta mihi quandoque ostendit. In divina re pergenda Livinus ante Corporis Christi sumptionem, semper lachrymare consuevit, et quotidie unum Brevem legere,præter id quod habebat legere ex pare or dinis. At in Domo Valencenarum non diu commoratus finem vitæ mortalis habuit, obytque pridie nonas Februarij hoc est 4[a] anno 1516.

Pede fol. 67 : domnus Fredericus Brant Bruxellensis Monachus professus hujus Domus, ante ingressum ordinis sacerdos sæcularis. receptus et vestitus veste novity a domno **Joanne van Etterbeke** priore circa finem may 1496 et sequenti anno professus. hic fuit sacrista a° 1509 item 1511, tum postquam ab illo officio fuisset absolutus,
iterum institutus est sacrista. Obyt autem 26 februarij 1537 postquam 55 annis laudabiliter vixisset in hac

Pede fol. 67: domnus Carolus Serraes Gandensis Monachus professus hujus Domus promotus Lovany in Falcone, receptus et vestitus a domno Arnoldo Kaerman priore circa Januarii 1481 sedecim diebus ante obitum ejus, et anno sequenti professus sub domno Jacobo de Burssalia priore. Annis aliquot post suam professionem factus sacerdos et institutus est hujus Domus vicarius, deinde hinc missus ad prioratum Domus nostræ Valencenarum. Cum autem domnus **Joannes de Etterbeke** prior hujus Domus defunctus esset 30 July 1500
domo.

Pede fol. 71 : domnus Joannes Hallet de Lessinia, monachus professus huus domus vestitus in festo Beate[a] Mariæ Magdelenæ anno 1500 a domno **Joanne de Etterbeke** priore brevi ante mortem, et anno sequenti 1501 eadem die professus sub domno Carolo Serraes priore, hic multis annis fuit cantor chori et obyt 2 xbris 1541.

Delvaux, MB, p. 1443:

Arsenal:

Schrije 119.

AC 100:27/2, p. 82, L32, c.1501: domnus Joannes Etterbeke, prior Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 30 julius : domnus Joannes Etterbeke, prior doms Capellæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 30 julius : domnus Johannes Etterbeke, prior Capelle.

ChM130
**Joannes Fabri.**
f -   4 octobre ? (>1390).

---

Lamalle, p. 18 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Ioannis Fabri, monachus domus huius.

Pede fol. 5 : domnus Joannes Fabri professus hujus domus qui obyt 4[a] octobris.

Arsenal:
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 4 octobris : domnus Joannes Fabri, monachus Capellæ.
Schrije 120.

ChM131
**Joannes de Flandre de Querceto**
alias **de Quercetu, du Quesnoy.**
d - nov 16 juillet 1494.
f - 7 juin 1505.
g - copiste.

---

PB:

Le Vasseur, *Ephemerides*, II, 298-299, Joannes de Querceto, Herne, 1505, 7 juni. *Auctor Chronico Capellæ*, loquens de pessimis hominibus qui patriam a.1493 fœde vexarunt, Joannis conversionem narrat his verbis : « Horum pessimorum hominum de numero unus fuit nomine Joannes de Flandria natus et nutritus Querceto. Hic etiam fuit miles in exercitu corum qui per noctem intraverunt in oppidum Attrebatum. Et circa illud tempus, cum ego Tornaci habitarem, et quadam die Sabbati casu incendium accendisset circa domum, ubi morabatur, ipsa die captus fuit hic Joannes et captivus Tornacum adductus ; cumque ducerettur, acclamabant quidam ultionem sitientes, « Occidite, occidite », quibus clamoribus si exhorruerit conjicere licet. Sed quia satis facundus erat in patria lingua, postridie, reddita ratione, liber dimissus fuit. Qui cum inter tales mundi procellas ætatem ageret, sæpe miseram suam vitam deplorabat ; quocirca tandem resipiscens, ad ordinem Cartusianum et ad domum hanc confugit, animæ suæ salutum quæsiturus, ubi et receptus fuit, et professus monachos et sacerdos. Conversabatur autem inter nos moribus urbanis, præditus acri ingenio, ad placationem facilis, victu sobrius et in receptione ad se ventitantium festinus. Fuit etiam infirmarius ordinatus, quod ministerium non modo sollicite et sedulo, sed etiam alacriter obibat, cum tanta benevolentia tractans infirmos, ut si magister eorum fuisset, non potuisset diligentius. Ipse vero in extremis positus, laborans hydropisi, qua et mortuus est, gaudens dicebat se transiturum brevi ad Paradisum, inter lilia et rosas, floresque Paradisi ambulaturum. Obiit autem in præsentia multorum fratrum, 7 Idus Junii, a.1505. » Hæc auctor Chronici
Capellæ… Quæ lector videre poterit in nostro *Volumine Provinciæ Teutoniæ*.

Arsenal:

Lamalle, p. 93-95 et 148:

Pede fol. 45 – 47 : domnus Joannes de Flandria ex Quesnoy alias de Querceto Monachus professus hujus Domus, receptus a V. domno Gasparo vander Stockt Proire et vestitus 16 July 1494. Joannes Amonius auctor secundi Chronici fol. 53 antequam de ejus in ordinem ingressu, scribat; quædam reflectenda premittit, quæ hic sequuntur.
Cum inquit circiter annum Dni 1493 finiti fuissent belli flandrenses facta est quædam Collectio seu colluvio potius hominum quæ vulgariter La Garde nominabatur; vagabundé per diversa Flandriæ, Hannoniæ et Brabantiæ loca pergebat, sub honesto titulo, quasi a Principe ordinati ac missi fuissent, qui Regionem tuerentur: ne Latrunculi usquam delitesecrent, atque ut Mercatoribus iter esset ubique tutum; utque ruricolis operam dare liceret Agriculturæ. Nam mirum in modum populus ubique fuit exhaustus, eo quod magna annonæ caritas pluribus annis duravit. Erant autem isti qui cum armis sic ibant non pauci, partim equites et partim pedites. Sed ipsi propemodum fecerunt ea quæ Latrones solent facere, nam quocumque pergebant, consumebant quicquid invenerunt, et ruri degentes adegerunt ut bona cibaria sibi et carnes verucinæ exhiberentur, et ex oppidis vicinis sibi bona vina jubebant afferri et alia multa quæ fuerunt usui necessaria; et hæc omnia sumptu pauperum agricolarum. quapropter et multi mortales graviter ab eis erant afflicti. et augebatur eorum cumulus indies, si quidem huc confluebant plerique quos frugi pigebat esse domi. neque cessabant Agricolas et obvios quosque deglubere: usque dum malis operibus eorum Deus ipse finem imponeret, nam pius Dominus misertus populi sui, gravem satis immisit luem in hosce predones et in eorum Equos, ac pravum dissipavit eorum consilium. Nam dysenteriam et alios morbos plerique patiebantur sicut a quibusdam eorum audivi, et ita divinitus coacti sunt cessare atque dispergi. Horum de numero unus fuit Joannes de Flandria antequam ad ordinem veniret, natus in Querceto et nutritus ubi et sororem habebat in uno Monasterio quæ vocabatur Jaquelina. Hic idem Joannes fuit etiam miles in Exercitu eorum qui per noctem intraverunt in Oppidum Atrebatum. Et circiter illud tempus cum ego Tornaci habitarem et quodam
die sabbati casualiter incendium accidisset circa domum ubi morabar; ipso die captus fuit hic Joannes et captivus Tornacum inductus, sicut ipse met mihi postea dixit, cumque duceretur acclamabant quidam

assomez, assomez, trucida trucida: nec fuit ibi sine timore. sed quoniam satis facundus erat in patria lingua: postridie reddita ratione, liber dimissus fuit. Qui cum inter tales mundi procellas ætatem ageret, sæpe miseram vitam suam deplorabat: quocirca tandem veluti resipiscens ad ordinem nostrum, et ad domum hanc confugit animæ suæ salutem quæsiturus, ubi et receptus fuit et professus monachus et Sacerdos. Erat autem inter nos moribus urbanis præditus, gracili corpore, statura mediocri, facie aliquantulum fusca, acri ingenio, parum literatus, parumque musices peritus. ad iram facilis, facilior tamen ad placationem. visu acutus, victu sobrius et in receptione ventitantium ad se festinus. fuit etiam Infirmarius ordinatus, quod ministerium non modo sollicire et sedule peragebat; sed etiam alacriter obibat, cum tanta semper benevolentia tractans infirmos et ægrotantes; ut si mater eorum fuisset, non potuisset diligentius. Quod expertus sum ego qui hæc scribo. Nam ægrotanti mihi et Hydropisi laboranti, sic ministravit. Gratia Deo. reddat illi Dominus nunc bonam mercedem. Incella vero sua accuraté et polité torno vasa toreumata facere consuevit. Sed quoniam illud exercitium nostro priori non placuit; ideo cum a priore nostro adducti fuissent duo monachi de monasterio S$^{ti}$ Gisteni scientes eleganter scribere, intra paucos dies pulchre didicit ab eis artem scribendi.

Et literas quidem venuste pingebat et formabat, orthographiæ tamen haudquoquam faciebat satis. transcripsit autem sermonem quendam bonum incerti authoris qui solet in Refectorio legi, in coena Domini

et item libros Esdræ primum et secundum, et alia quædam devota. non diu vixit in ordine, nam Anno 1505 Hydropisi laborare incepit, ex qua infirmitate obyt 7$^{a}$ Juny eodem an° 1505. In illa infirmitate constitutus lætus dicere solebat: se brevi transiturum ad Paradysum et se ambulaturum inter lilia, rosas et flores Paradysi.

Pede fol. 63 – 64 : Jacobus Fabri Gandensis. Monachus professus hujus Domus, ante ingressum Ordinis sacerdos sæcularis, receptus et vestitus a domno Arnoldo Kaerman priore in die Conversionis S. Pauli, anno 1478 et anno sequenti professus. Audiamus auctorum 2$^{i}$ Chronici fol. 97 qui cum eo vixit. Hic erat (inquit) Civis Gandensis naturaliter habens bonam et sonoram vocem et in arte musica peritus. Qui sicut ipsa mihi narravit;

mirum in modum tentatus aliquando et afflictus in hac domo fuit, tempore quo domnus Gaspar hic erat prior, quibus tandem malis post dies multos, paulatim in modum fumi evanescentibus; omnino se liberatum sensit, Deoque gratias uberes egit. fidelis autem Deus est, qui non patitur suos tentari supra id quod possint; sed facit etiam cum tentatione proventum; ut possint sustinere. Erat autem domnus Jacobus vir pius ac timens Deum offendere, in scripturis divinis diligenter exercitatus, multaque legerat et ea presertim quæ ad pietatem nutriendam faciunt. unde quoties erat in spaciamentis, suaviter aliquid e sacris Literis in medium fere proferrebat. Habebatque non modo exempla multa in promptu, sed etiam auctoritates sanctorum Patrum Hieronymi, Augustini, Ambrosy, Gregory, Bernardi et aliorum, quibus confirmares eloquia sua. dicebat enim, opere precium est ut dicta nostra ligentur authoritate aliqua aut sententia gravi. Hoc enim viri docti et eruditi servant ut semper accurate considerent, quomodo quod proponunt, cincinne possit comprobari. Fundari incoepta Cartusia Lovaniensi anno 1491 illuc domnus Jacobus missus fuit cum primis fratribus ordinis ut sacrista, quorum ut Raissius inquit prima habitatio, ratio victus et totius forma disciplinæ tam arcta fuit ut vere dici possint: panem arctum et quam brevem ad victum habuisse. Anno 1500 in profesto omnium sanctorum (pergit Chronicon) ibi loquebar cum eo, vitreum Lygnum mundante, et ornante propter festum Candelarum, Altare, namque Editui ministerio ibidem ipse fungebatur. deinde anno 1505 circiter kalendas Junij per ordinationem Patrum redyt ad Domum hanc suæ professionis atque illo tempore fuit in hac Domo quidam monachus ægrotus et Hydropicus aqua rubra domnus **Joannes Flandrius a Querceto** Hannoniæ, cujus supra vitam obitumque descripsimus. Cumque domnus Jacobus adhuc esset hospes, maneretque adhuc in Domo inferiore et interea spatiamentum haberemus ob adventum et reditum ejus, ægrotus ille prædictus nobiscum venit ad spatiamentum intra septa Domus nostræ, quod erat illi spatiamentum postremum. Quippe qui postridie aut paulo post obyt. Quo sepulto domnus Jacobus intravit in Cellam ejus sic ordinante priore habitaturus ibi. Cui Cellæ titulus est J juxta portam: et ibidem mansitabat ad extremum usque diem vitæ suæ mortalis. fuitque in hac Domo Confessionum auditor et diligens sermonum Dei prædicator. Noctu atque interdiu conventum sequebatur et in precibus erat assiduus, præter eas quas ab ordine persolvendas publice et privatim habemus. Porro domnus **Joannes Flandrius** cujus supra me minimus, erat Infirmarius Domus hujus ; cui successit in hoc etiam ministerium domnus Jacobus, ac diligenter more ordinis ad tempus illud officium exequebatur. Postea vero quam annos plusquam quinquaginta fuisset in ordine quodam die, tertio laborum communium in octobri, cum essemus more solito in spaciamento; domnus Jacobus a porta veniens aut a sartorio, transyt ante presepio Equorum: ubi canis quidam niger hujus Domus jaccebat ad solem; quem intuitus Jacobus et subridens : hem turpis bestia, inquit, et pede suo leviter canem trusit. At canis ut erat acer admodum, protinus exurrexit latransque domni Jacobi lacinias invasit,

non tamen læsit eum. Sedenim expavefactus ibi domnus Jacobus corruit in terram. id cernentes aly velociter accurrerunt eumque sublevarunt; quod ni fecissent, per se surgere non potuisset. nam ita læsus ibi fuit, non quidem a cane, sed vel pavore concepto vel inopinato casu; ut inambulare non posset. et quamvis nullum corporis ejus menbrum luxum esset, necesse tamen erat ut ad Cellam suam portaretur. ubi collocatus super Lectum suum, de hac infirmitate non convaluit. Intantumque jacuit ibi, usque dum corpus ejus quibusdam in locis cute nudaretur, et quando illæ plagæ detegebantur, odor admodum gravis et egre tolerabilis inde prodibat. Nec interim quicquam ipse conquerebatur, nam supra
modum patiens tam fuit. Rite sumptis igitur Ecclesiæ sacramentis, pridie kalendas Decembris vesperi post completorium, hoc est more nostro prima Xbris defunctus est, et inigravit ad Dominum anno 1529.
de Wal, 7043, f° 130:

Delvaux, MB, p. 1433:

Schrije 121:

AC 100:21, p. 49.
AC 100:27/2, p. 115, 15-16, c.1506: domnus Joannes de Quetebo, professus domus Capellæ.

AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 7 junius : domnus Joannes Keymont.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 7 junius : domnus Johannes de Flandria, monachus sacerdos domus Capelle.

*HFM065*
***Joannes Gadellier.***
*alias* ***Gabelier.***
*d - Valenciennes.*
*e - To hos c.1532- ?*
*Ch hos ? - †.*
*f - 17 février [c.1568].*

---

*PB:*

*AC 100:23/2, p. 85, L1-4, c.1532: domnus Joannes Gadellier, professus domus Valencenarum ibidem incarceratus (ds Tornaci) ob suos excessus criminosos, perseveret in carcerjbus sub tuta custodia ad Ordinis voluntatem*
*AC 100:27/3, p. 180, L2-3, c.1568: domnus Joannes Gabelier, professus Valencenarum, hospes in domo Capellæ.*
*Arsenal, 17 [februarius] domni Johannis Gadlier professi domus Valencenarum.*

ChM132
**Joannes Gilliaerts**
alias **de Audomaro.**
b - St-Omer (Pas-de-Calais, France).
d - nov 1456.
e - Delft vic 1470-1477
Zierikzee P 1477- †.
f - 15 novembre 1483.

---

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore prioratus domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Ioannes Gillaert de Sancto Audomaro monachus domus huius et prior Ziriczee.
Lamalle, p. 67-68 : eodem anno inchoata est atque primo inhabitata prædicta domus Delft a fratribus ordinis nostri, quorum tres fuerunt professi huius domus, scilicet dominus Gaspar tunc procurator domus Gratiæ, dominus Ioannes Gillart de Anturi, dominus Andreas de Tornaco
Lamalle, p. 79 : hoc ipso anno frater noster dominus Ioannes de Autmaro, cum esset vicarius in domo Delft, missus est per cartam capituli ad domum Ziriczee ubi circiter sex annis fuit prior, id est usque ad mortem
Pede fol. 22 : addit chronicon nostrum scriptum a Vl. P. domino Arnoldo Beeltrisen de quo infra : Hic fuit magister meus in ordine postquam primus magister meus domnus Joannes Balen fuit missus ad domum Bruxellæ noviter inhabitatæ. etiam fuit magister fratrum Antonij Moens de Lovanio et Joannis Gillaert de Sancte Audomaro qui anno eodem quo ego fuerunt recepti scilicet 1456. Scripsit unum missal in cujus prima pagina V.
Pede fol. 32 : domnus Joannes Gilliaerts de Sancto Audomaro monachus professus hujus domus, receptus a domno Henrico de Loe priore qui supra anno 1456 professus autem sub domno Arnoldo Kaerman priore, anno 1457. Magistrum novitiorum habuit domnum Rasonem Wiel Alostanum, qui supra. Anno 1470 tres monachi ex hac domo fuerunt missi ad initiandam novam domum nostri ordinis Delphis, quorum hic domnus Gilliaerts unus erat factus que est in illa vicarius. Anno autem 1477 ex vicario domus istius per cartam capituli generalis prior factus est domus Ziericzeæ in quo officio ad obitum usque perserveravit, qui in illa domo accidit 15 novembris 1483.
Pede fol. 54-57 : domnus Livinus Zoeten alias Dulcis, Gandensis monachus professus hujus Domus. receptus a D° Arnoldo Kaerman priore et vestitus in festo Beatæ Catharinæ Virginis et Martiris anno 1476, professus cadem die anno 1477, deinde primam missam cantavit in die Dedicationis Ecclesiæ nostræ factus sacerdos. Hic teste chronico fol. 81 naturaliter habuit bonam vocem eratque mediocriter in arte musica peritus et satis eleganter et nitide sciebat scribere. Libros scripsit diversos, parum literatus erat. utrumque tamen assiduitate legendi scribendi, audiendi et interdum loquendi, scripturas intelligere potuit. (hactenus Chronicon) Anno 1488 coepit cogitare de mutatione loci et scripsit super hoc reverendo patri generali, nam in carta illius anni dicitur articulo domus Capellæ " Et hortamur dominum Livinum monachum ibidem, ut se stabiliat in domo suæ professionis; alioqui committimus Visitatori principali ut eidem provideat sicut bona conscientia pro ipsius salute viderit expedire. tunc missus videtur ad Domum Sylvæ S. Martini, nam A° 1489 habetur in Computu hujus Domus: Pro expensis fratris Livini in Domo Sylvæ 30 ct et anno sequenti in Computu " priori Sylvæ præter 30 ct quas habuit anno præterito, ad huc habuit pro expensis frater Livini 24 ct item pro vestitu ejusdem Livini 9 ct 12 solid^e^. Inde huc redyt et iterum scripsit ad Reverendum Patrem, nam A° 1492 Carta capituli generalis articulo Capelle illum iterum monet his verbis " Et domnus Livinus ibidem professus stabiliat se in eadem Domo. hoc apparenter facere non valuit, nam et hoc anno ad hanc Domum vocatus fuit visitator Provinciæ, qui tunc erat domnus Arnoldus Huckelen prior Dom^s^ monachorum, cui solvimus ut in Computu 6 ct 7 solid^e^. et addit propter fratres Andream et Livinum. sequentia prosequimur ex 2° Chronico, loco prædicto: sed postquam domnus Arnoldus prior obijt, successit ei in prioratu domni Gaspar, cujus tempore (nescio quam ob causam) missus fuit ad hospitandum in D° Sylvæ S. Mart. ubi supra modum graviter (sicut ipse dixerat mihi) ægrotatione et dolore capitis fuit afflictus. inde reversus in domum professionis suæ non invenit requiem: tentatus fuit et a fratribus quibusdam afflictus, nec habuit consolatorem. Quapropter clam abijt et profectus est ad Domum Cartusiæ Majoris deducente cum viro quodam amico; et ibi receptus habitavit ad tempus et Magister illi datus est domnus Joannes Binchois scriba Domus Cartusiæ, qui oriundus erat a Binchio Civitate Hannoniæ; Magistrumque Discipulus adjuvabat in Litens legendis et notandis, quæ plurimæ feruntur undique ad illam Domum. quod tamen quibusdam non placuit quod Hospes et extraneus sciret ordinis secreta quæ fiunt ibi et pene in toto ordine. Hic igitur cum moraretur, a domno Petro Rufi Patre Reverendo missus est in Domum Vallis S^ti^ Hugonis Cartusiæ Provinciæ et non longé a Cartusia majore cum prædicti Patris Reverendi Literis sigillo munitis : ut ibidem vicariatus officium administraret, quod etiam fecit et aliquot ibi novitios instituit.

prædictas Literas postquam ad Domum Capellæ redijt ostendit nobis. Hinc absolutus redyt in Cartusiam, atque inde missus est in Italiam hospitatum, fuitque hospes in multis Domibus ordinis (hæc Chronicon. suspicor ego quod in Italiam et nominatim ad Domum ordinis nostri in Insula Capri ex adverso Civitatis Neapolis, A° 1499 expensis Domus professionis ejus, hujus Capellæ, quas et prior noster tunc domnus Joannes de Etterbeke restituere recusavit priori domus Antverpiæ a generali Capitulo reverso qui ibidem has expensas solvisse videtur, unde et prior noster in Carta anni 1500 monebatur his verbis: Et prior Capellæ solvat sine mora priori Domus Antverpiæ 6 Ducatos Hungariæ depondere quos mutuo dedit domno Livino pro viatico ad Domum Capri hospitatum misso per Capitulum generali: sine dubio Anni 1499. ( pergit Chronicon) quarum Domorum tametsi quædam fuerunt opulentæ quædam pauperes, in nulla tamen earum facere professionem voluit; dixitque nobis se in loco fuisse ubi Hannibal pænus Dux Carthaginensium quondam, satyra 10 Juvenalis

Deduxit scopulos et montem rupit acetout Exercitui suo transitum faceret in Italiam. Sed quotannis quando potuit Livinus noster ventitabat in Cartusiam vel ad Capitulum generali vel ad Capitulum privatum. eaque facultas ibi non difficulter adquiritur (sic ille) Deinde fuit hospes in diversis Domibus Provinciæ Franciæ, præsertim in Domo Divionis. Interim vero multum sibi profuit quod accuraté sciebat scribere, namque scribendo Libros illo tempore commodius acquirebat sibi necessaria. Porro circiter anno 1503, cum more suo solito esset in Domo Cartusiæ tempore generalis capituli et domnus Petrus Vassor prior domus Gandavi principalis visitator hujus Provinciæ esset etiam ibi et sermonem habuisset ad congregatos ibi Patres: domnum Livinum et duos alios fratres curavit reducendos ad Domos professionis eorum. quorum unus erat Monachus domus Buscoducensis domnus Adrianus, et alter monachus erat Diestensis domnus Judocus. quos reduxit quidam vir sæcularis cui nomen erat Judocus qui fuit germanus frater domni Joannis Binchois scribæ Domus Cartusiæ majoris. (hactenus iterum Chronicon) sed ego maxime dubito an reditum domni Livini aliorumque, duobus vel plus annis quam oportet non retulent. Computus hujus Domus anno 1505 tantum habet expensas quasdam fuisse solutas pro frater Livino, et A° tantum 1509 dum domus hæc visitaretur per priorem D° Gandavensem, solvimus illi 21 ct et 14 solid[e] pro expensis inquit factis et expositis pro frater Livino, et A° 1510 ex parte frater Livini solvimus D Joannes Binchois 8 ct 20 solid[e] quidquid sit, erat in hac Domo residens A° 1509 et habetur in Catalogo professorum hujus Domus hoc anno Tertius a priore vel immediaté post antiquiorem. (pergit Chronicon) Livinus autem posteaquam habitarat quatuor aut quinque annis in Domo Capellæ, iterum per Literas Reverendi Patris domni Francisci de Puteo jussus est ire hospitatum in Domo Valencenarum nam Livinus frequenter scribere solebat vel ad domnum Joannem Binchois vel ad vicarium D Cartusiæ domnum **Joannem Gillardi**, quorum literas et rescripta mihi quandoque ostendit. In divina re pergenda Livinus ante Corporis Christi sumptionem, semper lachrymare consuevit, et quotidie unum Brevem legere,præter id quod habebat legere ex pare or dinis. At in Domo Valencenarum non diu commoratus finem vitæ mortalis habuit, obytque pridie nonas Februarij hoc est 4[a] anno 1516.

KBR, de Wal, ms. 7043, f° 93r : domnus Joannes de Audomaro, prior Ziriczeæ. Hoc anno domnus Joannes de Audemaro, professus domus Capellæ cum esset vicarius in domo Delphensis missus est per cartam capituli prior ad domum Ziriczeæ ubi circiter sex annis fuit prior usque ad mortem.

BRB, ms. 4948, RECUEIL DE PRIERES, a l'usage des Chartreux, en latin.
Parchemin; 242 feuillets, plus quatre de garde; 0,15m X 0,07; XVe siecle. F° 191, on lit: *Scripta sunt hec in domo Capelle anno Domini …* (la date est gratée) *per manus Iohannis Gilliaers*, et f° 30: *Iste liber pertinet ad domum Capelle*. Ces notes désignent la Chartreuse de Hérinnes, pres d'Enghien. Les feuillets du commencement et de la fin ont beaucoup souffert de l'humidité. Demi-reliure; dos en maroquin rouge avec le titre doré: Liber precum, XV sæc., et le chiffre couronné de Léopold Ier.
VDG, I, p. 506
Arsenal : 15 [novembris] obitus domni Ihoannis Gilliaert de Audemare monachi domus hujus.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis* : 15 november, domnus Johannes Gillart monachus domus Capelle et prior domus Zyericzee.

Arsenal : 21 decembris, parentum fratris Iohannis Gilliaert monachi nostri ac omnium pro quibusdem obligatur.

Schrije 98 & 123.

ChM133
**Joannes de Gony**
alias **de Guy, de Goij.**
e - cité c.1557
f - 2 septembre 1559.

---

Pede fol. 84 : domnus Joannes de Goy monachus professus hujus domus factus sacerdos Liræ anno 1538, de quo et carta capituli generalis anno 1557 habet articulo Domus Capellæ : Et domnus Joannes Goy ibidem professus, habeat patientiam in sua petitione. obyt in Calendario 2 7bris, annus non dicitur.

PB:

AC 100:40, p. 17, L33-34, c.1557 : domni Johannes Goy, ibidem professus et Melchior ibidem hospes habeant patientiam in petitione sua.
AC 100:27/3, p. 134, L4, c.1560 : domnus Joannes de Gony, professus Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 2 septembris : domnus Joannes de Goy, monachus domus Capellæ, admodum religiosus.

Arsenal.

ChM134
**Joannes Haesaert.**
b - Enghien (Hainaut).
d - entre 3 février 1501
pfs 3 février 1502
e - vic ? - †.
f - 29 octobre 1538.

---

PB:

Lamalle, p. 110:

Pede fol. 67 : domnus Joannes Hasart, Angiensis, monachus professus hujus domus, vestitus a domno **Carolo Serraes** priore in festo Blasy episcopi et martyris 3ª februarij 1501, et anno sequenti, die prædicto sub eodum priore professus. Obyt autem vicarius in hac domo 29 octobris 1538.

AC 100:27/3, p. 19, L24, c.1539 : domnus Joannes Asacit, professus et vicarius domus Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 29 octobris : domnus Joannes Haesart, vicarius domus Capellæ.
Arsenal:

Schrije 124.

ChM135
**Joannes van Heikruis**
alias **Hagerum, Haytrinis, Haycruus, Aycruus, de Alta Cruce.**
d - 1° Ch <1390
2° SA ca 1434 (SAM008).
e - SA ca 1434- †
f - 4/7 septembre 1442.

---

PB:

Lamalle, p. 21 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui non fuerunt hic anno M°CCC°XC° sed postea venerunt et sunt defuncti usque ad anum M.CCCC.LVI.), dominus Ioannes de Alta cruce, monachus huius domus et Sanctæ Annæ.
Pede fol. 18 : domnus Joannes de Haycruyssen monachus professus hujus domus et secunda postmodum professione domus Sanctæ Anna Monialium prope Brugas. Considerati facile potest qualis hic vir fuerit, quippe qui magister novitiorum fuit et domum Laurentium Musschezele in spiritualibus educavit ( obyt 7[a] septembris 1442 ) vel potius illum stabilivit.
AC 100:11, p. 30, L28-30, c.1443: domnus Johanne Haycrinis, monachus primo professus domnus Capelle Beate Marie prope Angiam, & ultimo domus Sancte Anne prope Brugis.
AC 100:3, p. 30, L27-28, c.1443: domnus Johannes Haycruus, monachus primo professus domnus Capelle Beate Marie prope Angiam et ultimo domus Sancte Anne prope Brugis.

AC 100:26, p. 140:

AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 4 septembris : domnus Joannes de Alta Curte Theodoricis, professus domus Capellæ.

Arsenal:

d'Ydew p.96.

ChM136
**Joannes Helman**
alias **Helleman.**
c - chanoine a Groenendael (cité 1374)
e - proc 1381-1382.
f - 3 février ? (>1390).
g - il est peu probable qu'il fut proc.

---

Pede fol. 5 : domnus Joannes Helleman professus et procurator hujus domus anno 1381 ad annum 1393 et forsan ultra. Obitus ejus non est in calendario, verosimiliter oblitus scribi : nisi forte fuerit domnus Joannes de Angia quem habet calendarium 5[a] aprilis. Lamalle dit : Pede fait erreur : le nécrologe donne les deux noms, Ioannes de Angia au 5 avril, Ioannes Helmans au 3 février.

Arsenal:

Schrije 127.

L. Versluys, De priorij van Rooklooster, Het tragische van een eenvoudige baanbrekende grootmeester *in Drie Augustijnerpriorijen in Zoniën* (overdruk Eigen Schoon en De Brabander, Jg. 1981, nrs 7-8-9, p.31 (271) : De overgang tot de regel van Sint Augustinus werd plechtig goedgekeurd op 18 januari 1374 en de officiële stichting van de priorij voor wie als patroonheilige de heilige Paulus gekozen werd greep plaats in aanwezigheid van twee kanunniken van Groenendaal die toen nog een proostdij was, te weten Franco Uten Hove of Van Ruusbroec en Jan Helleman die nadien prokureur zou worden van de Karthuizer te Herne (*Obituaire du Monastere de Groenendael dans la Forêt de Soignes*. Mark Dyckmans SJ.)

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 3 februarius : domnus Johannes Helleman monachus domus Capellé

ChM137

**Joannes van Hondschote**

alias **van Hontscoete, van Honszscot.**

e - Montreuil P 1333-1347(?)
Ch P 1347(?)-1358(?).

f - 16 février ?

---

Lamale, p. 12 : (catalogus priorum) domnus Ioannes de Hontschote quondam prior huius domus.
Lamalle, p.24 :
Lamalle, p. 182 :

Pede fol.3 : domnus Joannes de Hontscote prior hujus Domus cujus obitus invenitur in Calendario ad 16[m] February

Delvaux, MB, p. 1437:

Arsenal : 16 [februarius] domni Johannis de Hontscoete prioris huius domus.

Schrije 128.
P. Bastin ; Gde Chartreuse, A-v 157a, *Montreuil* : liste des prieurs, Jean de Hondescot mort a Montreuil 1347.

*BgM131*

***Joannes Hoste.***

*e - cité Bg avant 1388*
*cité moine 1390 ?*
*P ? - ?*
*g - on peut difficilement situer son priorat (2e moitié du XIVe s.).*

---

*Lamalle, p. 12 : (catalogus priorum) domnus Ioannes Hoste quondam prior huius domus.*
*Lamalle, p. 19 : (anno domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellæ XVII personæ aliis vestibus indutæ, scilicet istæ) dominus prior de Brugis, credo quod fuerit dominus Ioannes Hoste, monachus domus Brugensis.*
*Lamalle, p. 38 : ab anno 1380 ad annum 1411 creduntur in hac domo prioratum tenuisse (quantum potuit coniici ex scriptis vel auditis) domins Lambertus, qui non scribitur huius domus monachus fuisse sed prior…, item dominus Ioannes Hoste, qui monachus domus Brugensis erat ; credo quod iste fuerit hic prior anno 1390.*
*Pede fol. 4 : domnus Joannes Heiste professus Domus Vallis Gratiæ prope Brugas, prior hujus domus qui obyt 7ª january.*
*Arsenal : 7 januarius, domnus Johannis Heiste monachi domus Vallis Gratiæ quondam prioris domus huius.*

*Bibliothèque municipale de Douai, ms 132, Brugge vóór 1388, Graduale, op f° 236v : ISTE LIBER PERTINET AD D. JOHANNEM HOSTE (…) VALLIS GRATIÆ IUXTA BRUGIS, ORDINIS CARTHUSIENSIS. SCRIPSIT ISTUM EGIDIUS DE S. AUDOMARO, SIMILITER MONACHUS ISTIUS DOMUS. (Egidius est † c.1389).*

*Schrije 129:*

ChM137a
**Joannes Huijghe**
d – ord min 15 juin 1564
subd 16 juin 1564
dia 8 juin 1566
g - était-il chartreux ou norbertin?

---

AAM, Acta episcopalia Cameracensia, 25, f° 200: eodem die accolitati ordinati (15 junij 1564) frater Johannes Hugo ordinis Carthusianorum conventus de Herinnes prope Angiam.
AAM, Acta episcopalia Cameracensia, 25, f° 200: subdiaconi altero die XVI junij ordinati frater Johannes Huijghe ordinis præmonstatenser conventus Tongerloe.
AAM, Acta episcopalia Cameracensia, 25, f° 207v: diaconi eodem die ordinati (8 junij 1566)frater Johannes Huijghe ordinis carthusianorum conventus de Herinnes.

ChM138
**Joannes Jacobi**
alias **van Oudenaarde, de Aldenardo.**
b - Oudenaarde (Flandre Orientale).
d - 1441.
e - sac ca 1448-1481
vic 1481
cité sen 1487
f - 21 novembre 1491.
g - frere de LiM032 et du P de Valenciennes.

---

PB:

Pede fol. 35 – 37 : domnus Joannes Jacobi de Aldenardo monachus professus hujus Domus. De hoc sancto viro scribunt fuse et Raissius et Dorlandus, utar verbis ultimi Lib. 7. Cap. 34. scribit ibidem : Joannem Aldenardum Capellæ Domus monachus, dignis præconijs quis attollat [2] Hic dum ex utero matris proditurus esset, contigit marrem in partu intolerabili laborare dolore. Unde Patri suasum fuit, ut fructum qui esset nasciturus , divino offerret famulatui. quod dum ille fecisset, mulier statim puerum peperit elegansem, et quasi sine dolore. Idcirco Parentes ab annis teneris hunc viris tradiderunt religiosis imbuendum, a quibus scientiam disceret et virtutes. Cujus tam simplex, innocens, pudica, morigera, sobriaque scribitur pueritia extitisse, ut quasi alter samuel parvulus videretur. Post acceptam in scripturis notitiam, voti fuêre memores Parentes, et in grandem quandam divitemque Abbatiam quæ in Flandria est, impetrato loco, Juvenem recundunt. Monachi statim huic opes monasterij enarrant, Abbatis gloriam, amplissima prædia pingues et multiplices portiones, læta et exquisita convivia, nocturnas crapulas, vina falerna: verum istius generis delitijs pius adolescens nequaquam aures admovebat. Sed considerans monachos libenter bibere, rarius psallere, crebros in Popina tardos in Ecclesia, mensas colere, animas deserere, quærere quæ sua qunt, non quæ Jesu Christi; elam fugit et ductus divino spiritu, Domum Capellæ B[a] Mariæ expetijt et accepit. Unde a D° Laurentio Musschezelio cujus supra memini sacro est habitu insignitus ( circa an.1441) nec minus spiritali virtutum veste interius adornatus. Omni namque tempore vitæ suæ vestimenta sua candida custodivit, puram ac simplicem innocentiam servans. Quem fratres cum vividum cernerent et magnæ agilitatis gratia præditum, sacristam instituunt (circa ann° 1448) atque officium istud annis quinque et triginta (Chronicon nostrum dicit tantum 33 an) ita moderatus est, ut sine cujusquam quærela (quod raro evenit) tali se operi dignum demonstrarit. Nam cum esset vir bonus et optimæ conversationis et vitæ, humilis pariter et devotus, fieri non poterat, quin et coleretur ab omnibus et amaretur. Amator quippe fratrum cum esset præcipuus, facile affectum omnium in se provocabat. De hoc scriptum reperi, quod voluntariam paupertatem usque adeo amplexatus sit, ut vix corporis necessaria dignaretur admittere, nec quicquam in Cella conspiceretur habere si quid illic forte invenisses, ita vite et abjectum erat, ut Christi Jesu, in præsepe constituti esse arbitrareris. hunc asserunt ab infantia virgineæ semper puritatis floruisse, ita ut agnum sequeretur quocumquem diverteret, eo quod virgo esset integerrimus. Primam post acceptum habitum facturus priori suo confessionem ignorabat tanquam nihil sibi conscius, quid deberet confiteri: sic semper a spiritu sancto
custoditus, ut mortali nunquam putetur peccato contaminatus. Ante assumptum ordinem et post, sic timorate se semper gessit, ut cum simplicitate columbæ, serpentis astutiam possideret. bona hæc immo et necessaria serpentis astutia est: qua qui caruerit, pestiferos atri colubri morsus nequibit evadere. Hunc cum Dominus vellet a Sacristæ officio removeri et a labore requiescentem sibimet vivere, gravissimam illi immisit infirmitatem: qua pene usque ad agonem vigente, prior Arnoldus licet invitus eum absolvit. Absolutus statim convaluit, ac tunc maximé sibi redditus, sedebat solitarius et tacebat et levabat se supra se (Chronicon nostrum dicit quod fuerit constitutus Vicarius quodque domnus Arnoldus Kaerman prior, immediate antequam moreretur ejus loco vicarium instituerit domnum Jacobum de Burssalia) Decem annis quibus supervixit, durus sui corporis ac rigidus castigator exterioris hominis fatigationem, in tranquillæ mentis pace traduxit. Incredibile
est quam amplos magnorum meritorum thesauros ijs in annis congesserit, orando, psallendo contemplando, non secus quam avarus quis piam aurum sitiens, opes innumeras et congerit et concupiscit. Sic vir iste sanctus nimium avidus multa bona colligere, nullam die ac nocte sibi passus est carnis requiem impertiri. Cumque super hoc ab amicis fratribus leniter corriperetur, respondebat dicens: Dum tempus habemus, bonum operemur, omne quod possumus; veniet enim et jam prope est tempus quando nemo quicquam poterit operari : operemur igitur quia non est apud inferos invenire cibum. ego jam de propinquo præstolor adventum Domini. Hæc dicens atque assiduamente revolvens, oblitus quæ retro sunt, in anteriora se extendebat ad bravium supernæ vocationis. hinc

etiam fidebibus oculis in remunerationem aspiciens, patientissime corporis duras (quas quotidie patiebatur) molestias tolerabat, ut ascenderet ad populum accinctum nostrum. Tam crebris carnis quatiebatur angustijs, ut merito in sanctorum martyrum posset numero recenseri. Erat igitur hic Dei sanctus speculum virtutis et gratiæ in sanctimenia, in tolerantia, in humilitate, in frugalitate, et in ardenti ad omnes charitate: cujus devotionem, hilaritatem, et divini in eo spiritus fervorem, nemo satis potuit admirari, minus verô æmulari. Sic latitabat lucerna ardens sub modio, paucis interea fratribus lucens, donce illum Dominus supernis luminaribus et lapidibus ignitis inseruit. Duos dies ante festum Præsentationis Virginis Matris, miti febre correptus, in ipsa solemnitate inter brachia intactæ Virginis impollurum spiritum exhalavit. Ordinem inviolabiliter tenuit annis quinquaginta, obytque anno 1491 21 novembris. Habuit vero hic Dei Servus duos Germanos in nostro ordine, unum Procuratorem Domus Leodij, virum multa virtute conspicuum et alterum qui in Domo Valencenarum in ægregium se gessit Prælatum. de quo Patre multa tum commendatione tum imitatione digna etiam narrantur: quoniam Vir Sanctus et pius Dei Cultor erat acceptissimus. Nota ad Dorlandum qui in fine vitæ hujus addit: pono hæc quæ de illus tribus Domus Capellæ Patribus scripsi, a venrabili illius Domus Sacerdote exarata suscepi: qui testatus est, se nudam ac simplicem veritatem commemorasse, neque fictis usum phaleratisque sententijs, sed rem omnem uti fuerat gesta enarrasse.

Arsenal:

de Wal, 7043, f° 113v:
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 21 novembris : domnus Joannes de Aldenardo, monachus domus Capellæ.

Wayenbergh, *Eigen Schoon* , 2 (1912) p. 38-41:

Schrije 130 et 146.

ChM139
**Joannes Jansens**
alias **Janssens.**
d - ? novembre 1662.
tons & ord min (Bruxelles) 16 février 1663
subd (Bruxelles) 17 février 1663
dia (Bruxelles) 10 mars 1663
sds 29 mars 1664.
f - 6 juin 1696.

---

Gde Chartr., A-(V) 231 (6 Engh. 1), non folioté : 1661 : du novice Janssens nous avons reçu 300 fl. , item quand le prénomé fut admis a la vêture chaque religieux .
PB:

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, obierunt incerto die : domnus Joannes Jansens professus domus Capellæ, 1696

Pede fol. 125 : domnus Joannes Janssens Monachus hujus Domus et in illa professus circa finem anni 1661 tunc successive sacros ordines suscepit et tandem in Martio 1664 factus sacerdos est Antverpiæ. 4[a] 9bris 1677 per
Litteras obedientiales missus fuit hospes ad Domum nostram Bruxellis, in qua nonnisi per biennium mansit sed huc redijt. Anno autem 1683 erat hospes Antverpiæ ubi ex hernia multum passus est et curari non parvis
sumptibus debuit. inde iterum post duos aut tres ad summum annos iterum ad hanc suæ professionis Domum redijt et mansit ad finem vitæ signans se in actis seniorem Domus. obyt autem 8[a] Junij 1696, alibi
7[a] Junij.

Pede fol 125 – 128 : domnus Franciscus Bodart Wavriensis professus Domus Liræ a prioratu Domus Lovanij ad prioratum Domus hujus Capellæ translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni Henrici Raeymakers absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem Carta translati . hoc tempore ubique Bellum, ubique ruinæ in his partibus quæ revera in hac Domo talem virum requirebant. Habebamus in Civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum Refugium in vico dicto Willoy Straete, unde
factæ fuerant tres Domus majores cum una minore, quæ locabantur Extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. Petit prior et Conventus anno 1677 consentientibus V.V.P.P. Visitatoribus a R[do] Patre Generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a V. Patre Bodart et suo Conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. Visitatoribus concessa petitis a R[do] Patre Generali 11[a] Xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare Domus illæ fuerint venditæ et quomodo venditio hæc maxime nobis profuerit in amortisatione Bonorum nostrorum anno 17
Reverendissimo in Christo Patri priori Majori Cartusiæ et totius ordinis Cartusiensis Generali debitam obedientiam et Reverentiam. Infrascripti prior et Conventuales Domus Capellæ beatæ Mariæ prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, Domos, quæ a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem Domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum: hæc considerantes juxta consilium proborum virorum, Domus nostræ utilitati convenire judicamus, ut præfatæ Domus dentur in Emphyteusim vel vendantur, et earum prætium juxta Statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo Redditu sine onere reparationum et Reddituum solutione quibus dictæ Domus gravantur, pro quo jam præmisso ~~debt~~ debito cum Conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam VV[dis] Patribus Visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a Reverendissima Paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus, quod sperant cum omni humilitate subscripti Reverendissime Pater. Humiles fily et servi vestri. frater Henricus Petit prior frater Theodorus Mallants vicarius. frater J. de Weese. frater Egidius Thienpont S[a] frater Andreas Langhenhove. frater Joãn Bapt[a] Verstrepen**. frater Joannes Janssens**. frater Hieronymus de Hoppenbrouwer Procurator. frater Petrus Oostelinck.
Cum aperte constet venditionem requisitam utilem Domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus . actum in Cart[a] Lyrana die 29[a] Marty 1677. frater Petrus Antonius Pecquius, prior domus Lyræ Visitat

frater Hugo de Molinghen prior D Lovanij Convisitator.
Conceditur prout petitur. Datum Cartusiæ hac 26 Junij 1677. Reverendissimo in Christo Patri priori majoris Cartusiæ totius ordinis Cart[æ] Generali meritissimo nec non VV[dis] P.P. Provinciæ Teutoniæ visitatoribus.
Exponunt debita cum reverentia Conventuales Cartusiæ Herinensis alias Capellæ beatæ Mariæ prope Angiam : ad suas devenisse manus Libellumquemdam supplicem a se respective et prædeceporibus suis, prius V.V.P. Visitatoribus, dein R[mo] Patri oblatum et ab utrisque respective 29[a] Martij 1677 signatum et 26 Junij, quo propter rationes inibi allatas ) licentia conceditur prout ex huic juncta copia videre est, vendendi et alienandi Tres majores cum una parva, quas in præfata Civitate Angiensi habent Domos: quod tamen hactenus factum non est : sed cum eadem adhuc militent rationes et Domus nostra insuper ære alieno misere
gravata sit, quod mercenarijs et operarijs ægestatem et inopiam patientibus (quorum mercedem nequidem usque mane apud nos morari debet Levil. 19) multa debeamus nec aliundo satisfacere possimus; ne ergo eos
victu privando interfecisse dicamur . nam juxta Eccles 34: qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem.
Humiliter et obnixe rogamus et petimus, quatenus R[m] Pater et V.V.P.P. Visitatores, votis nostris suffragantes, consentire dignentur ut pretij harum Domorum medictas (quod tatole ad 3600 floren præter propter summam forsitan ascendet) applicari possit ad solutionem debitorum istorum maxime urgentium et in cælum clamantium: orabimus præterea Dominum Deum ut Reverentiam vestram et venerandas Paternitates vestras diu servet incolumes. Datum in Domo Capellæ hac 17[a] novembris 1694. frater Franciscus Bodart prior . frater Petrus Wouwermans vicarius . frater Joañ bapt[a] Verstrepen . frater **Joannes Janssens**. frater Anthelmus Schoonheyt
Procurator. frater Guilielmus vanden Looven Sacrista.
Nos infrascripti considerantes presentem Domus necessitatem ac rei vendendæ utilitatem; harum Domorum approbamus venditionem, modo una prætij medictas applicetur ad solutionem debitorum, et altera ad emptionem aliorum bonorum immobilium. Actum in Cartusia Bruxell[a] 22 9bris 1694. frater Hugo Gaethovius prior domus Bruxellensis Visitator. frater Constantinus Magnus prior domus Gandavi Convisitator.

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 63, f° 174v: Die veneris quatuor temporum post primam Dominicam Quadragesimam que fuit 16[a] feb: 1663 Bruxellis in Sacello domestico Archiepiscopali insigniti sunt Tonsura clericali … frater Joannes Janssens Carthusiæ Herenensis Diœc: Cameracen:
… Eodem die ad minores ordines promoti sunt … fratres Joannes Janssens Carthusiæ Herenensis Diœcesis Cam: Vig: dimiss:
f° 175: Die 17[a] feb: 1663 Sabbatho quatuor Temporum post Dominicam primam Quadragesimæ Bruxellis in templo SS Michaelis et Gudulæ ab illustrissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo ordinati sunt Subdiaconi … frater Joannes Janssens carthusiæ Herenensis Diœcesis Cameracen: vigore dimiss:
f° 177: … decima Marty [1663]… Diaconi … frater Joannes Janssens Carthusiæ Herinen: Diœces: Cameracen: vig: dimiss:

AC 100/35, p. 58, c.1697 (RABg CE 2516): domnus Joannes Jansens prof. ds Capellæ

L. Vercammen (OCCR) : Antwerpen, wijdingen.

ChM140
**Joannes Janssens.**
d - 24 juin 1716.

---

Bernaer.

ChM141
**Joannes Kelders.**
d - 20 juin 1700.
e - tons & ord min (Malines) 11mars 1701
subd (Malines) 12 mars 1701
dia 1703
sds 2 juin 1703
sac 1715- †.
f - ant 4 mars 1757.

---

PB:

Bernaer:

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 66, f° 25: Bruxellis die undecima Martij 1701 feria sexta ante Dominicam Passionis ab illustrissimo ac reverendissimo Humberto Guilielmo a Precipiano Achiepiscopo Mechliniensi in sacello suo domestico Tonsurati sunt … frater Joannes Kelders Carthusiæ Herinensis Diœcesisis[!] Cameracensis Religiosus scholaris vigore dimissorialium
Eodem die ad quatuor ordines minores promoti sunt … frater Joannes Kelders Carthusiæ Herinensis Diœcesis Cameracensis Religiosus clericus vigore dimissorialium
f° 25v, Bruxellis die 12 Martij 1701 Sabbatho ante Dominicam Passionis ab illustrissimo ac reverendissimo Dno Humberto Guilielmo a Precipiano Achiepiscopo Mechliniensi ordinati sunt subdiaconi … frater Joannes Kelders Cartusiæ Herinensis Diœcesis Cameracensis Religiosus acolythus vigore dimissorialium
f° 57, eodem die [Bruxellis die 24[a] Marty (1703) quæ fuit Sabbatho ante Dominicam Passionis] Illust[mus] ac Rever[mus] Dominus Archiepiscopus Mechliniensis propter infirmitatem suam non contulit primam Tonsuram aut ullos ordinis verum de eius licentia a Per Illustri ac Rver[mo] Dno Guilielmo Bassery Episcopo Brugensi tunc temporis existente, ibidem in Ecclesia monialium Beatæ Mariæ Magdalenæ vulgo de Bethania … ordinati sunt Diaconi … fratres Joannes Kelders, Carthusiæ Bruxellen: nostræ Diœcesis subdiaconi
f° 62, Hisce quatuor temporibus Pentecosten 1703 Illust[mus] ac Rever[mus] domnus Archiepiscopus Mechliniensis non contulit ordinem Presbiteratus sed sequentes habuerunt dimissoriales ut a quorumque … fr: Joannes Kelders professione Carthusiæ Herinensis et de licentia habitatione Bruxellensis Religiosus Diaconus.
Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : status vel personæ professæ Domus Capellæ, in januario 1756 : Joannes Baptista Keldersex in Campinia hujus domus professus sacrista senior jubilarius a annis plusquam septuagesarius.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 4 martius: Obijt domnus Joannes Kelders prof. et sacrista domus Capellæ qui 55 annos pie et laudabiliter vixit in ordine et officium sacrista ultra 40 annos diligentissime exercuit. 1757

ChM142
**Joannes Knibber.**
b - Enghien (Hainaut)
ca 1423.
c - études a Louvain (ca. 1448); prêtre séculier (chapelain) a Hoves (Hainaut).
e - nov 1454.
f - 24/29 octobre 1473.
g - auteur.

---

PB:

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 24 october : domnus Johannes Kinder, monachus Capelle.

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Ioannes Knibber de Angia, monachus domus huius.
Lamalle, p. 60 : (1454) post huius obitum hic receptus ad ordinem dominus Ioannes Knibber de Angia qui fuerat capellanus in Hovis
Lamalle, p. 72 : anno eodem (1473) 9 kalendas novembris obiit dominus Ioannes Knibber de Angia qui ante ingressum ordinis fuerat sacerdos sæcularis cappellanus in Hovis. Vir valde honestæ vitæ et devotarius. Hic iuvenis obiit nondum quinquagenarius, postquam fuerat circiter 18 annis in ordine. Contulit etiam monasterio bona aliqua. Ambo isti fratres hic immediate præscripti fuerunt recepti ad ordinem a domino Henrico de Loe priore huius domus. (Note : domnus Ioannes Knibber… Hic est qui tempore noviciatus sui de aliqua re consuluit dominum Carlerium decanum Cameracensem ; cuius responsum exstat in eius Sporta fragmentorum. Doctus erat ille vir, quod videre est ex pulcherrima epistola missa fratri suo dominus Nicasio Knibber religioso Viridis Vallis facto pastori ad S. Trudonem prope Brugas, cuius copia est in libro manuscripto bibliothecæ prioris in hac domo B. signato. Reprehensus autem fuit in carta capituli nostri generalis anno 1463 his verbis : Scripturis incultis dominus Ioannes Knibber monacho dictæ domus, prior Gandavi respondebit ad partem in visitatione dictæ domus quæ de proximo est visitandi. Obiit… 24 octobris 1473. La *Sporta fragmentarum* de Charlier se trouve en manuscrit à la Mazerine de Paris n. 1009 (II, 1337), autographe, et à la BRB n. 2642 (inv. 11524-49), elle fut imprimée à Bruxelles et 1478 par les Frères de la Vie commune, cfr Hain, n. 4513.– La lettre de Knibber à son frère Nicaise, longue instruction spirituelle sur les devoirs des pasteurs, se trouve à la Mazerine, ms. n. 1097 (III, 4318), f. 224-234 ; le fond en est très solide, mais la forme réellement inculte.)
Pede fol. 27 : domnus Joannes Knibber Angiensis monachus professus hujus domus, receptus initio anni 1455, antea sacerdos sæcularis et capellanus in Hovis. Hic est qui tempore sui novitiatus de aliqua re consuluit dominum Carlerium decanum Cameracensem; cujus et responsum exstat in ejus Sporta fragmentorum. Doctus erat ille vir, quod videre est ex ejus pulcherrima epistola manuscripto missa fratri suo domno Nichasio Knibber religioso Viridis Vallis facto pastori ad S. Trudonem prope Brugas, cujus copia est in libro manuscripto bibliotecæ prioris in hac domo B. signato. Reprehensus autem fuit in carta capituli nostri generalis anno 1463 his verbis : scripturis incultis domni Joannis Knibber monachi dictæ domus (Capellæ) prior Gandavi respondebit ad partem in visitatione dictæ domus quæ de proximo est visitanda. Obyt ætatis nondum quinquagesimo ex quibus 18 circiter vixerat in ordine 24 octobris 1473.

B.R.B. / K.B.B., Ms. 11527-49, EGIDIUS CARLERIUS. Sporta fragmentorum (1), f° 107-113v (herkomst O. Præm. Park): Epistola super non esu carnium a cartusiensibus directa domno Iohanni Kaiwer novicio in eorum ordine apud Herinnas prope Angiam.
(1) La *Sporta* a été imprimée a Bruxelles en 1478, chez les Freres de la Vie commune. Cf. M. CAMPBELL, *Annales de la typographie néerlandaise au XVe siecle*, p. 111, n° 398.

Arsenal:

AC 100:6, p. 210:
AC 100:12/3, p. 177, L31-p. 178, L1, c.1474 : domnus Johannes Kymber ; monachus professus domus Capelle Beate Marie prope Angiam, sacerdos, pro quibus fiat [unum tricenarium defunctorum per totum ordinem].
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 29 octobris : domnus Joannes Knibber, monachus Capellæ.

De kartuizers en hun klooster te Zelem, p. 106.

ChM143
**Joannes Koch.**
e - cité en 1390.

---

Lamalle, p. 20 : (anno domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellæ XVII personæ aliis vestibus indutæ, scilicet istæ) dominus Ioannes Koch.
Pede fol. 10 : domnus Joannes Cock monachus hujus domus.

Schrije 133.

**Joannes de Lessinia**
alias **Massinia, Hallet.**
b - Lessines (Hainaut).
d - entré 1500.
pfs 1501.
f - 2 décembre 1541.
g - chantre.

---

PB:

Schrije 125, 135:
Lamalle, p. 108.
Pede fol. 71 : domnus Joannes Hallet de Lessinia, monachus professus huus domus vestitus in festo Beate[a] Mariæ Magdelenæ anno 1500 a domno Joanne de Etterbeke priore brevi ante mortem, et anno sequenti 1501 eadem die professus sub domno **Carolo Serraes** priore, hic multis annis fuit cantor chori et obyt 2 Xbris 1541.

AC 100:27/3, p. 37, L20-21, c.1542 : domnus Joannes de Lessinia, professus Capellæ.
Arsenal : 2[decembris] Joannis de Lessina monachi hujus domus.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 2 december : domnus Joannes de Lessinia, monachus domus Capellæ.

*HFM071*
***Joannes van Maldegem.***
*d - St-Omer ? (>1305).*
*e - cité moi St-Omer ? mai 1305*
*Bg P 1318-1321*
*Ch P ? - ? (>1337).*
*f - 13 mai >1337.*
*g - et ad magnam eius (priori Brugis) instantiam fit ei misericordia de officio prioratus (AC 100:29, p.92).*

---

*Delvaux, MB, p. 1436:*
*<u>Lamalle, p. 12</u> : (cathalogus priorum) domnus Ioannes de Maldeghem monachus et prior huius domus.*
*<u>Lamalle, p. 18</u> : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Ioannis de Maldeghem, monachus huius domus.*
*<u>Pede fol. 5</u> : domnus Joannes de Maldegem professus hujus domus, hunc putat D auctor antiqui Chronici hic fuisse priorem sed erratum credimus. Obiit 15 aprilis*
*<u>Lamalle, p. 24, note 2</u> : Et nos frater Ioannes de Maldengheem, primus dicti carthusiensis loci iuxta Brugis, qui Vallis Gratiæ dicitur, humilis prior, ac frater Ioannes dictus Adam, monachus et vicarius, et Lambertus dictus Clericus monachus et procurator eiusdem domus, una cum dicto priore conventum ibidem facientes …. dans la lettre de consentrement du chapitre de S. Donatien à Bruges pour l'érection de la chartreuse, 29 novembre 1318 (Miræus/Foppens). Le nom de Jean Van Maldeghem apparaît dans quatre chartes de la chartreuse de Bruges, du 8 décembre 1318 au 25 juillet 1321, Archives de l'Etat à Bruges, fonds des chartreux de Bruges.*
*<u>Lamale, p. 38</u> : ab anno 1380 ad annum 1411 creduntur in hac domo prioratum tenuisse (quantum potuit coniici ex scriptis vel auditis) domins Lambertus, qui non scribitur huius domus monachus fuisse sed prior…, item dominus Ioannes de Maldeghem.*
*<u>AC 279/2, Obituaria Cartusiæ Lirensis</u> : 13 maius : domnus Johannes, prior quondam Vallis Gratie et Capella.*
*<u>AC 279, Calendarium Cartusiense Bruxellensis</u> : 15 aprilis : domnus Joannes de Maldeghem, monachus Capellæ.*
*<u>AC 279, Calendarium Cartusiense Bruxellensis</u> : 13 maius : domnus Joannes de Maldeghem, monachus Capellæ.*

*PB:*

*VDM:*

*Arsenal:*

*Schrije 136.*

*Justin de Pas, Cartulaire de la Chartreuse de Val Ste Aldegonde pres Saint-Omer, Saint-Omer, 1905, p. XX : 1305. – Dom Jean de Maldinghem. Cf. Cartulaire, n° 22:*
*22.– 1305, mai. – f° 249v°.*

*Jean de Sainte-Aldegonde, fils de Nicolas, avec le consentement de Pierre, son fils aîné, vend aux chartreux représentés par "frere Jehan de Maldinghem, moisne de lecdite maison" douze mesures de terre, tenues en fief du chateau de Saint-Omer "gisans devers le maison desd<; religieux priez des calcpits dedens le banlieu de Saint-Omer".*

*Devant : Clay Zoet tenant comme baillius le lieu medame le Castelaine, et les francs hommes d'Eleonore, chatelaine de Saint-Omer : Willame de Serques, Pierres Lays, Willame Sterewide, Jehan Delatre de Tadinghem, et Floris del arde.*

*NCM016*
***Joannes van Meldert.***
*e -    P 1317-ca 1321.*

---

*Lamale, p. 12 : (catalogus priorum) domnus Ioannes Meldert, monachus et prior huius domus*
*Lamale, p. 24 : anno Domini M°CCC°XVII° fuit prior huius domus dominus Ioannes sed non potui invenire aliquid amplius de eo, qualis dominus Ioannes fuerit, an Ioannes Maldeghem vel domius Ioannes Meldert, vel dominus Ioannes de Hontschote vel dominus Ioannes de Bochoute ; quia isti quatuor huius nominus fuerunt hic priores, sed tribus primis crti nil habemus quo tempore fuerunt ; omnes tamen pro certo fuerunt ante dominus Ioannem de Attrebato.*
*Pede fol. 2 : domnus Joannes de Meldert prof domnus... quondam prior hujus Domus ob. 26 septembris. Anno 1317 erat 30 may prior hujus Domus Joannes qui ille suponitur multis rationibus. hic idem erat prior in Zeelhem Anno 1330*

*Arsenal, 26 septembre : domni Johannis de Meldert quondam monachi et prioris huius domus.*

ChM146
**Joannes Meus**
alias **Mens.**
f - 11 avril c.1500.

---

PB:

Schrije 138.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 11 aprilis : domnus Johannes de Mer, monachus Capelle.
AC 100:27/2, p. 78, L15-16, c.1500 : domnus Joannes Mons, professus Capellæ.

ChM147
**Joannes Moennens**
alias **Kesters.**
b - Kester (Brabant).
d - nov 1457.
e - sac ? février 1481- ?
sac ? - †.
f - 17/18 novembre 1499.

---

Lamalle, p. 63, 84 et 89:

Pede fol. 39-40 : domnus Joannes Moenens de Kester monachus professus hujus Domus, receptus anno 1457 a D° Henrico de Loë priore, anno ultitimo sui prioratus in hac domo, et professus anno sequenti sub D°
Arnoldo Kaerman priore, magistrum vitæ spiritualis habuit in novitiatu D$^{n}$ Laurentium Musschezele. Factus est hujus domus Sacrista in februario 1481, in quo officio obyt 18 novembris 1499.

AC 100:27/2, L15, c.1500 : domnus Joannes Mons, professus domus Capellæ.
Arsenal : 18 [novembris] domni Iohannis Monens de Kesters,monachi hujus domus.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 17 november : domnus Johannes Monens, monachus Capelle.

Schrije 139:
Arsenal : 14 [februarius] parentum amicorum propinquioris necnon domni Wilhelmi Moenens sacerdotum anunculi fratris nostri Joannes Moenens.

ChM148
**Joannes Moens.**
f - 12 juillet ? (>1390).
g - = ChM149 ? oui !

---

Schrije 140.

ChM149
**Joannes Monte.**
f - 13 juillet ?

---

Arsenal.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 12 julius : domnus Joannes de Monte, monachus Capellæ.

Lamalle, p. 18 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Ioannes Moens, monachus domus huius (12 julii).
Pede fol. 5 : domnus Joannes Montis alias Moens, professus hujus domus qui obyt 12 july.

*DiM117*
***Joannes de Montignies***
*alias* **de Montengis, de Montengijs.**
*b - d'une famille noble du Hainaut.*
*d - ca 1410.*
*e - P 1421-1422*
*vic 1430*
*Ch P 5 aout 1430-c.1435*
*Di c.1435- †.*
*f - 24 novembre 1447.*

---

Le *Vasseur,* Ephemerides, *IV, 418 : Joannes de Montegnys, Herne, 1447, 24 november. Prior Capellæ. — De quo* Chronicon Capellæ *agit his verbis : « A.1430 post obitum domnus Joannes de Attrebato, elegerunt Patres nostri in priorem huius domus domnum Joannem de Montegniis, professum domus Diestensis ; qui fuit nobilis miles in Hanonnie ante ingressum ordinis. Et cum esset hic prior, tantæ humalitatis fuit, ut recusaret aliquid æreum portare, ne videretur aurum portare. Sed cum circiter quatuor annis hanc domum suæ professionis rexisset, ad magnam suam instantiam absolutus est et a domum suæ professionis regressus. Hic fertur domino Nicolas Cardinali nostri ordinis occurrisse, cum venisset ad faciendam pacem inter regem Franciæ et Philippum ducem Burgundiæ. » Hactenus Chronicon in quo dicitur etiam Absolutum circa a.1434. Quod fieri non potest, si Cardinali occurrerit venienti ad pacem iucundam inter præfatas Principes ; nam Cardinalis in has regiones venit a.1438. Decessit Johannes a.1447, in die S. Gregorii, vel melius iuxta alios, in die S. Chrysogoni.*

*AC 100:10, p. 74, L7-14, c.1423 : priori domus Sancti Johannis de Diest non fit misericordia et de divisione domu sue committitur Visitatoribus prout petitur quibus & ciam Visitatoribus committitur plena facultas disponendi de hospite de quo scribit prior et coventus. Et iniungitur eis districte ut in nundinis Septembris Andwerpie mittant priori dicte domus Antwerpie* XLIIJ *coronas Francie racione mutui per Domnum Cartusie facti domino Goswino &* XX *coronas pro tunicellis Cartusie quas summas ipse assignavit de hijs que sibi debentur super dictam domum.*

*AC 100:24, p. 107, L6, c.1431 : priori Capelle non fit misericardia.*
*AC 100:9, P. 53, L36, c.1431 : priori domus Capellæ non fit misericordia.*

*AC 100:9, P. 77, L4-7, c.1432 : priori domus Capellæ Beatæ Mariæ prope Anghiam non fit misericordia, et iniungitur sibi quod possessiones quas habet extra termns vendat et emat alias infra terminos quamcitius commode poterit non obstante licentia super hoc alias impetrata.AC 100:24, p. 117, L2-5, c.1432: priori Capelle Beate Marie prope angiam non fit misericardia Et iniungitur sibi quod possessions quas habet extra terminos vendat et emat alias intra terminos quamcitius commode poterit non obstante licentia super hoc alias impetrata.*

*AC 100:10, p. 166, L15, c.1433 : priori domus Capelle iuxta Angiam non fit misericardia.*
*AC 100:24, p. 124, L5, c.1433 : priori domus Capelle iuxta angiam non fit misericardia.*

*AC 100:9, P. 99, L36, c.1434 : priori domus Beatæ Mariæ in Capella prope Angyam non fit misericordia. AC 100:10, p. 172, L15-16, c.1434 : priori domus Beate Marie in Capelle prope Angiam non fit misericordia ; AC 100:24, p. 131, L32, c.1434 : priori domus Beate Marie in Capella non fit misericordia.*

*AC 100:10, p. 185, L36, c.1435: priori domus Capelle Beate Marie non fit misericordia ; AC 100:24, p. 139, L5, c.1435 : priori domus Capelle Beate Marie non fit misericordia.*

*AC 100:11, p. 72, L11-12, c.1448 : domnus Iohannes de Montengiis, monachus professus domus Sancti Iohannis Baptiste in Zeelem prope Diest, sacerdos, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem] ; AC 100:4, p. 30, L11-12, c.1448 : dominus Johannes de Montengiis, monachus professus domus Sancti Johannis Baptiste in Zeelem prope Diest.*
*Arsenal : 25 decembris, obitus domini Roberti de Montengijs militis primi mariti domine de Bergis.*

*PB :*

*Lamalle, p. 11 : Capella vero sive chorus ubi nunc imago Beatæ Virginis Mariæ veneratur facta est diu postea, scilicet tempore prioratus domini Montegys, circa annum Domini M^m^CCC^m^XXXIII^m^.*
*Lamalle, p. 13 : Catalogus priorum, domnus Ioannes de Montegys quondam prior huius domus.*
*Lamalle, p. 44, note 6 : la chartreuse s'étant constituée autour d'une chapelle de pélérinage, les religieux avaient dû se résoudre à ce que leur église fut publique. En 1433 seulement, le prieur Jean de Montignies entreprit de remédier à cette situation par la construction d'une chapelleextérieure,* sacellum Beatæ Mariæ foris*, où fut placée la statue de la Vierge.*

*Lamalle, p. 46 : in contina l'œuvre commencée par Jean d'Arras « sed aliquas perfecit dominus Ioannes Montegys successor eius,… »*
*Lamalle, p. 50 : igitur anno 1430 post obitum dominiIoannis de Attrebato elegerunt patres nostri in priorem huius fomus dominum Ioannem de Montegys, monachum professum domus diestensis, qui fuit nobilis miles in Hannoniæ ante ingressum ordinis, et, cum esset hic prior, tantæ humilitatis fuit ut recusaret aliquid æreum portare ne videretur aurum portare. Sed cum circiter 4 annis hanc domum rexisset, ad suam magnam instantiam absolutus est et ad domum suæ professionis regressus. Hic fertur domino Nicolao cardinali ordinis nostri occurrisse Athi cum venisset ad faciendam pacem inter regem Franciæ et Philippum ducem Burgundiæ.*
*Lamalle, p. 57 : eodem anno (1443) obiit dominus Ioannes de Montegys, quondam prior huius domus de quo supra.*
*Lamalle, p. 183 : catalogue des prieurs, 20[e] dominus Ioannes de Montignies, professus domus de Zeelhem, electus 5a augusti 1430. His erat de illustri familia Hannoniæ, fueratque miles et hunc ad se accersitem beatus noster Nicolaus Albergati cardinalis per Athum Hannoniæ transiens aliquo tempore retinuit. Ædificavit capellam Beatæ Mariæ et obiit 24 novembris 1447.*
*Pede fol. 8-9 : domnus Joannes Montignies professus domus in Zeelhem. Hujus domus Capellæ prior electus est ex vicario domus suæ 5° augusti 1430. Hic erat de illustri istius nobilis familia Hannoniæ quæ huic provinciæ magnos Hanoniæ baillivios dedit. Hic tantæ fuit humilitatis ut cum esset hic prior noluerit aliquid æreum portare ne videretur portare aurum : hic Athi occurrit domino Nicolas Cardinali ordinis nostri, cum eo venisset pro facienda pace inter regem Franciæ et Philippum ducem Burgundiæ, cum autem hic circa quatuor annos præfuisset magna facta instantia absolutus et ad domum suæ professionis remissus est. Obijt 24 novembris 1447; ædificata Capella Beatæ Virginæ Mariæ ubi nunc ejus imago veneratur.*

*Delvaux, MB, p. 1440-41 :*

*Schrije 141 :*

ChM150
**Joannes del Motte**
alias **de Lamotte.**
f - 29 novembre 1656.

---

Pede fol. 109 : Fundatio anniversarij domini Danielis Cappon, patris hujus, etc. in hac domo : « Nous soussignez Conventuels de la Chapelle de Nôtre Dame de Herines, aiant entendu que Mademoiselle Anne Lionielles veuve de feu Daniel Cappon de Lille en flandres, nous offre an aumosne la somme de cinq cens florins de vingt patars la piece; a la charge qu' on donnera tous les ans a l' entour de la fete de S[te] Lucie vierge qui est la jour de la profession de son fils nôtre Confrere Dom Joseph Cappon, au Couvent une bonne pitance de poissons et a chaque Pere une pinte de vin d' Espagne, et qu' on chantera semblablement tous les ans au meme jour une messe Conventuelle de Requiem, et chaque Prêtre dira une messe, non celebrants les sept psaumes de penitence cum Litanijs pour l' ame dudit defunt Daniel Cappon ses parents et amis tant vivans que trepassez. Nous accordons et acceptons tant qu' en nous est pour nous et successeurs et promettons a la susdite Demoiselle qu' on le fera ainsi apres qu' aurons reccu l' argent. fait a Herines le 11 de mars 1627. Signe frater Pierre Daems Prieur, f Robert de Belle vicaire frater Judocus Fortius Antiq[r] frater Henricus Byl Procurator. frater Franciscus Boissart. frater Ludovicus Bourlart. f Balthasar de Wolff. f **Joannes de La Motte**, frater Josephus Cappon. in ferius habetur: nous accordons la dite Requete. fait durant Le Chapitre general 1627 f Bruno Prieur de Chartreuse »

Pede fol. 116 : domnus Joannes Delmotte Binchiensis Monachus hujus Domus professus circa annum 1623. Non videmus quod missus unquam fuerit ad aliam Domum Provinciæ sed hic stabilis semper permanserit. Obyt autem 1656, 29[a] 9bris.

PB:

AC 100:27/5, p. 95, L20, c.1657 : domnus Joannes Delmotte, professus domus Capellæ.

Arsenal : 29 [novembris], obitus domni Joannis de Lamotte professus huius domus.

ChM151
**Joannes Oors**
alias **d'Oerts.**
b - Bruxelles.
d - nov 1474.
e - dia 1487.
f - 14 décembre 1510.
g - copiste.`

---

Lamalle, p. 75, 89, 123-5 et 136:

Pede fol. 53 – 54 : domnus Joannes d' Oerts Bruxellensis: monachus profess° hujus Domus, receptus a D° Arnoldo Kaerman priore A° 1473 et vestitus in festo omnium sanctorum, professus anno sequenti eadem die. Audiamus de eo 2^m Chronicon fol 78. Juvenis (inquit) probe, indolis, literis latinis mediocriter imbutus prout erant illa tempora. qui posteaquam in ordine professionem fecerat, ad sacros ordines etiam recipiendos missus; sacris initiatus est; hypodiaconus primum factus est, ac deinde alio tempore Diaconus: nec ultra processit. quia tentationibus nescio quibusdam cæpit affici; et prior hujus Domus (sicut audivi) durus et asper illi fuit; cujus assiduis increpationibus et afflictionibus sic erat oppessus; ut sensum perdiderit suum. bona quidem memoria tenaxque remansit ei, sed intellectus et rationis organa fuerunt in eo violata; neque
vires animæ suæ recuperavit unquam in vita sua super terram.
Non defuerunt qui tempestive pro fratre loquerentur et D° Arnoldo priori dicerent etiam modesté et cum reverentia: quod ipse quibusdam nimis severiter agere videretur cum junoire fratre; at ille fratribus benevole monentibus non obtem peravit non acquievit, responditque: meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis, se porro non ignorare quid ageret aut quid agendum esset. Quamquam autem domnus Arnoldus prior ita loquebatur, scimus tamen scriptum esse: si quis se existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire. et iterum, apostolus dicit : dico per gratiam quæ data est mihi, cuilibet versanti inter vos, ne quis arroganter de se sentiat supra quam oportet de se sentire: sed ita sentiat, ut modestus sit et sobrius. domnus Arnoldus iste forsitan non bene memor fuit Apostoli dicentis : Et vos Patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate eos in disciplina et correptione Domini. Filius
namque hominis sicut ipse ait, non venit ad perdendas animas hominum sed ad servandas. Iterumque Apostolus ait. Patres nolite ad indignationem provocare filios vestros ne pusillo animo fiant; hoc est ne despondeant animum. illud autem quod Apostolus docet: Episcopum non debere percussorem esse, non pertinet ad violentiam manuum; sed ad linguæ acerbitatem, ne sevus et improbus sit objurgator. id enim Divus adnotavit Hieronimus, quod fortasse nescivit domnus Arnoldus iste prior. Uteumque se res habet,
erat tamen miserandum, nam frater inutilis semper fuit et alijs onerosus. Cantor dumtaxat hebdomadarius erat, quando sors ejus venerat. in observationibus ordinis pulchré fuit institutus, quas etiam probé semper servavit. Neque dixit, neque fecit quiequam toto tempore quo novi eum, quod objurgatione dignum esset.
Sequebatur conventum die ac nocte atque hebdomadatim unus cumeo privatim monachus legebat horas; versabaturque nobiscum sicut innocens ovicula. Antequam sensu de ficeret, scripsit Librum cui titulus est; obitus domni Hieronimi qui jacere solet in Bibliotheca, et missale quidem postea cepit scribere sed non complevit, nam quod scribendum restabat domnus Arnoldus Beeltrisen supplevit. habitavit autem frater Joannes longo tempore in cella cui titulus est K, quæ anno 1502 fulmine tacta fuit tempore vesperarum.
vidimusque inibi signa quædam maligni spiritus in pariete, velut indicia ungularum. et ubi solebat Joannes scribere, dilaceratum et diruptum et disjectum sedile cum pluteo fuit. At vero in parte superiori Domus quædam pars tigni fuit detracta; et quod detractum erat jacebat ibi in cumulo minutim ac si fuisset
commolitum. Atque post dies paucos syderatus, sive paralysi percussus fuit idem Frater; ita,quod dextrum latus ejus esset invalidum. claudicabat dextro pede dextraque manu parum se juvare quivit. ac deinceps non veniebat ad chorum nec ad cænaculum, nec ad capitulum, sed privatim legebat ad commodum suum quod potuit solus. Laici ministrabant ei curamque ipsius habebant præcipué tamen frater Godefridus Harenberghe aderat ei frequenter. Ac tandem senex effectus obyt 14 Decembris 1511.
Hæc scripta sint ut posteri cautius agant cum Fratribus suis et meminerint eos esse membra Christi et Christi sanguine redemptos.

Delvaux, MB, p. 1433:

Schrije 144.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 24 december : domnus Johannes Ost, diaconus monachus domus Capelle.

ChM152
**Joannes Pau**
alias **Par.**
e - cité 1390
f - 23 décembre ?

---

Lamalle, p. 20 : (anno domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellæ XVII personæ aliis vestibus indutæ, scilicet istæ) dominus Ioannes Pau monachus domus huius.

Arsenal : 23 [decembris] obitus domni Johannis Pau monachi hujus domus.

Pede fol. 10 : domnus Joannes Pau monachus hujus Domus ob. 23 Xbris.

ChM153
**Joannes Pauli**
alias **Pau.**
b - Delft (Hollande-Méridionale, Pays-Bas).
d - nov 1477
cité 1487
f - 17 avril 1508.

---

Lamalle, passim:

Pede fol. 50 – 52 : domnus Joannes Pauli alias Pau Delphensis monach[s] professus hujus Domus. de isto describam quæ habet 2[m] Chronicum fol. 75. Anno (inquit) 1477 receptus fuit in hac Domo Joannes Pauli in die Conversionis S[ti] Pauli apostoli, natus in oppido Delphensi in Hollandia. Daventriæ Literis latinis mediocriter eruditus eo tempore quo Joannes Synthenius ibi juventutem erudiebat, non tamen hic Delphus noster, Discipulus fuit Synthenij, sed in alia classe locatus, alium habuit Præceptorem quamvis in eodem ludo mansitaret. Fuit homo gratiosus phlegmaticæ complexionis, bonæ indolis, ingenio satis acri præditus et
amator Literarum . inter Mathematicas artes fuit mediocriter peritus in Arithmetica et Geometria et Astronimia, quibus artibus delectabatur ac perlibenter cum viris doctis conferebat, quos harum noverat Artium peritos. Sæpicule ventitabat ad cum Geometres Angiensis Joannes Mostinck Tonsor Angiensis qui in arte calculandi et Geometriæ nomen habebat non exiguum in his locis. præterea multos habebat visitantes quia fuit homo satis facundus et sermone festinus et consilio bonus. Sciebat non inscité libros compaginare quod A° 1483 docuerat cum quidam Gregorius Sacerdos Angiensis, quodque ministerium illi fuit commissum in hac Domo . habebatque penes se instrumenta multa ad operandum in cupro in ferro in ligno; et si quis
nostrum habuit aliquid concinnandum, non gravate fratribus inserviebat, sive in Cella sua sive in Cellis aliorum; dicebatque facete admodum : Ego sum de genere sturnorum, nam in societate fratrum me juvatesse. et aliquando fuit etiam Infirmarius et male habentes pie tractabat, per sæpe grato consolans eos sermone. Si quando medici aderant in spaciamentis aut ad cellam ejus veniebant visitandi gratia, studiose cum illis conferebat de ægrotationibus et de viribus herbarum, et multas quidem herbas et earum vires probe noverat. Atqui mortalium nemo tam sapiens, nemo tam doctus, nemo tam bonus; quin sapientor quin doctior quin melior fieri possit. de se namque domnus Hieronimus ait alibi : de quibus me rebus certum putabam sæpe numero magistros tamen adhuc interrogabam. et hoc utique faciebat, ut illorum responsione certior efficeretur, aut si
quid aliud sentirent, evidentius intillegeret. Cæterum optimus quisque non semper omnibus placet, quod etiam illi contigit ut non omnibus placeret. Quamvis autem novitius illi nullus committebatur instituendus, juniores tamen fratres cum fere omnes ita charum habebant : ut nemini seniorum magis confiderent quam illi, ad quem dum licuit semper confluebant. quæ vero passus est in Ordine Deus testis est. Ægrotavit autem et hydropicus fuit, et tamen nesciebat primum quid pateretur. etenim venter ejus cum durus et tumidus esset, arbitrabatur esse ventositates; deindé cum satis suspicaretur de Hydropisi, non sibi defuit. sed decoctionibus ebuli et aliarum herbarum sese balneabat usque ad pectus in magna cupa. quo sæpe facto, in die quodam Sanctorum Martyrum Cosmæ et Damisericordia.ni, venter solutus est et per umbilicum ejus effluxit aqua valde copiosa. qua exinanitione facta, tam debilis erat, ut putaretur prope diem moriturus. at miserante Deo
convaluit de infirmitate Deoque gratias uberes egit, et sanatusreligiose vixit etiam num quatuor annos aut quinque postea.
Postremum recurrente morbo et recandescente eo, denique defunctus est. tribus tamen diebus tribusque noctibus ante obitum suum, si ne cognitione, miserabiliter anhelitum trahens, jacuit super lectum suum angore correptus. rogavit autem me cum adhuc sanus esset, dicens : quando me videris laborantem in extremis, precor ut pro me legere velis ter Orationem Dominicam cum precatiunculis sicut habentur in Libello De Arte bene moriendi, quemadmodum quidam Papa rogavit Sacellanum suum; deditque mihi exemplar supplicationum, et feci quoque sicut me rogaverat. Obyt autem 17 aprilis 1508.
Argentearum unum par Ampullarum quarum usus est in sacris huic Domini datum fuit a Progenitoribus domni Joannis Pauli in quem postquam defunctus fuit Epitaphium concinnavi, quod hoc loco scribendum censui.

In domnum Joannem Delphum Cartusianum monachum
Domus Capellæ Epitaphium
Delphe decus fratrum : vivendi norma bonorum
gratus eras rectis : te coluere boni
Vividus ingenio, scripturas Delphus amavit.
consilio pollens, et probitate nitens

sæpicule invalidos grato sermone levavit,
    promptus et Infirmis officiosus erat.
Præsto fuit multis : opera vel primus ubique
    propterea multo dignus honore fuit.
Delphus in hoc tristi mundo mala plurima passus
    vivit apud superos, ac bona summa tenet.

Pede fol. 60 – 61 : domnus Michael de Monte Casleto in West Flandria. Monachus professus hujus Domus, vestitus in die Cathedræ S. Petri A° 1477 sub D° Arnoldo Kaerman priore et sequenti anno professus. Juvenis probus (inquit Chronicon fol.94) qui cum D° **Joanne Pauli** qui hic supra fol. 50 Daventriæ Literis operam dedit latinis. ubi in studio Literarum usus est Præceptore Joanne Synthenio, cujus ob singularem eruditionem (prout illa ferebat ætas) nomen longé lateque clarum erat. Fuerat ille Joannes Synthenius et Magister famosi Eramsi Roterdami. frater autem Michael posteaquam fecit professionem in ordine, factus est vir admodum religiosus et sacerdos Deo devote serviens. habuitque naturaliter bonam fortemque vocem, et ob id piuribus annis fuit Cantor Chori, quod ministerium laudabiliter exequebatur quia non erat musices imperitus: et fuit elegans bibliographus, scripsitque in hac domo pulchre diversa volumina. Et in primis quidem unum missale cujus crucem quæ ante Canonem ponitur venuste admodum depinxit quædam Puella Bruxellensis.

de Wal, 7043, f° 135v:

Schrije 147.

AC 100:27/2, p. 141, L40-41, c.1510 : domnus Joannes Pauli, professus domus Capellæ.
Arsenal : 17 [aprilis] obitus domni Johannis Pauli de Delff monachus huius domus.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 17 aprilis : domnus Johannes Delph, monachus domus Capelle.

ChM154

**Joannes Petri de Delft**

alias **Schrijnemaker.**

b - Delft (Hollande-Méridionale, Pays-Bas).

c - prêtre séculier.

d - <1390

e - cité 1424

vic ? - ?

Zierikzee P 1439/1440-1441

Ch 1441- †.

f - 13 juin 1449.

g - copiste.

---

PB:

Lamalle, p. 21 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui non fuerunt hic anno M°CCC°XC° sed postea venerunt et sunt defuncti usque ad anum M.CCCC.LVI.), dominus Ioannes Petrus de Delft, monachus et vicarius hic.

Lamalle, p. 58 : eodem anno quo obiit dominus Ioannes Petri et die fuit hic receptus ad osculum pacis dominus Arnoldus Kaerman, sed in die S. Petri ad Vincula fuit vestitus.

Pede fol. 22 : domnus Joannes Petri vel Peeters de Delft, monachus professus hujus domus, ante ingressum ordinis sacerdos sæcularis valde notabilis, qui et multa tam in libris quam alys rebus contulit huic domui. Vicarius per aliquod tempus et anno uno prior domus Ziriczeæ. Valde devote et humiliter postquam in religione vixisset. Obyt hic anno 1449, 13ª die junij.

Le Vasseur, *Ephemerides*, II, 329, Joannes Petri, Herne-Zierikzee, 1449, 13 juni

Prior Ziriczææ. — Patria Delfensis ; ante ordinis ingressum nominatissimus Clericus, se se in Cartusia Capellæ cultui divino mancipans, hancque eremum suis bonis adangens, multo amplius suis ditavit virtutibus; singulari namque humilitate, devotione, ac morum innocentia effulsit. Vicarii officio ibidem religiose perfunctus, priorem etiam egit in domo Ziriczææ, a quo munere exoneratus, sancte e vivis excessit a.1449, die 13 junii. *Chronicon Capellæ.*

AC 100:24, p. 183, L18, c.1441: priori domus iuxta Ziericzee non fit misericordia.

AC 100:24, p. 192, L1-3, c.1442: priori domus Montis Syon prope Zyericzee in Zelandianon fit misericordia Et licentiam quam petunt de festo Beati Jheronimi cum proprio cantu celebrando denegamus.

AC 100:11, p. 88, L7-13, c.1450: domnus Johannes Petri de Delft, monachus professus domus Capelle Beate Marie iuxta Angiam, dudum prior domus Montis Syon prope Ziricxee, sacerdos, pro quibus fiat unum tricennarium defunctorum per totum ordinem. Et dictus Johannes Petri habet anniversarium perpetuum per totum ordinem associandum cum primo anniversario currente post diem obitus eius, qui fuit XIIJ junij. Et sic scribatur in kalendaijs conventualibus domorum ordinis.

AC 100:4, p. 76, L13-18, c.1450 : domnus Johannes Petri de Delft, monachus professus domus Capelle Beate Marie iuxta Angiam, dudum prior domus Montis Syon prope Zericxee, sacerdos, pro quibus fiat unum tricennarium defunctorum per totum ordinem. Et dictus Johannes Petri habet anniversarium perpetuum per totum ordinem associandum cum primo anniversario currente post diem obitus eius, qui fuit XIIJ junij. Et sic scribatur in kalendaijs conventualibus domorum ordinis.

Schrije 149:

BRB, ms 14069-88.

ChM155
**Joannes Reperman**
alias **Yperman, Ypris, Ypmans.**
e - Di hos ? -1386.
Ch 1386- ?
f - 24 novembre ? (>1390).

---

Lamalle, p. 19 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Ioannes Yperman, monachus huius domus.
Pede fol. 6 : domnus Joannes Reperman kalendarium habet yperman monachus prof[s] hujus Domus qui obijt 24 novembris

AC 100:25, p. 47, L8-10, c.1386 : Et committimus visitatoribus, ut si sibi videbitur expedire donnnum Joannem Ypris ad domum suæ professionis scilicet Capellæ remittant.

Arsenal, 24 [novembris] obitus domni Johannis Ypermans, monachi domus hujus.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 26 November : domnus Johannes, monachus domus Capelle (est-ce lui ?).

Schrije 152:

*LoM090*

***Joannes Robijns.***

*e -	hos c.1679-c.1681*
*hos c.1694-c.1695.*

---

ChM156
**Joannes Roost.**
d - sds (Bruxelles) 27 mai 1600
e - sac 1599
Lo hos ? - †.
f - 4 mars 1607 (c.1607).

---

PB:

Lamalle, p. 219.

Pede fol. 103 : Anno sequenti 1599 cum advenisset carta capituli generalis, maxima cum stupefactione conventualis vederunt in illa verba sequentia: priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia, et committimus visitatoribus ut provideant dictæ domui de alio pastore, aut per viam electionis vel ut ipsis videbitur expedire. et domui Monachorum (prope Arnhemium in Gelria) brevi ut speramus restituendæ ordini præficimus in priorem domnum Adrianum Dorpium, propterea a domo Capellæ absolutum; sed residentiam habebit in domo Leodij necquicquam agere sine consilio patris visitatoris præsumat. Hinc conventuales, concessa illis electione, vocatis ad hunc actum patro visitatoribus, absolutum suum et vere dilectum priorem, novo exemplo iterum elegerunt et installaverunt intonantes et cantantes in choro simul canticum: Te Deum laudamus. quibus ut Wallius scribit, visitatores facile consenserunt, cum res Patriæ non pro voto succederent, erant hi conventuales qui rem tam egregiam fecerant sequentes: Philippus van Belle vicarius, Nicolaus Huart procurator, Cornelius de Dyer, **Joannes Roost sacrista**, Augustinus, Robertus de Belle et domnus **Joannes Roost**. (Lamalle : Pede relève sans pouvoir l'expliquer la singularité de cette double mention d'un Jean Roost. Sur l'autorité de ces signatures, il admet dans sa series monachorum un Jean Roost junior, tout en reconnaissant que le nécrologe ne porte ce nom qu'une seule fois.)

Pede fol. 107 – 108 : Joannes Roost Monachus professus hujus Domus qui anno 1599 in Februario signat se hujus domus sacristam et annis 1614 e 1615 signat se Domus seniorem. postea amplius nomen ejus non invenio, præcipue in Cathalogo Conventualium anni 1620 non datur amplius, debet ergo ante hunc annum 1620 obijsse Calendarium nostrum habet obitum ejus 4 Martij.
domnus Joannes Roost alter junior supra scripto in eodem Instrumento Conventuali cum altero sacrista signavit omnium ultimus; videtur ex ijs etiam hujus Domus Capellæ professus. Instrumentum est de mense Februario 1599. Sed non invenitur nisi unus Joannes Roost in Calendario.

Pede fol. 110 – 111 : domnus Robertus van Belle Binchiensis Monachus professus hujus Domus anno 1577 qui sequenti anno 1578 propter hæreticos cum alys Conventualibus hanc Domum deserere coactus fuit missus ad aliam et securiorem Domum. erat industrius Tornator et huc reversus Procurator diversis vicibus pecunias recepit ab illis quibus ex ejus operibus quædam presentaverat, et anno 1598 summam quandam ab abbate S. Autberti pro cavea ad includendam in ea avem ab illo recepit, quas sic receptas pecunias portat in annuo Computu Domus. Anno 1606 erat in hac Domo vicarius, et mense novembri 1609 in visitatione absoluto domus Adriano Dorpio hujus D priore et Convisitatore Provinciæ per Plenipotentianrios Patres Reverendi Patris Generalis cum data fuisset electio Conventualibus in qua non concordarant, hic domnus Robertus vicarius, ab illis nominatus est hujus Domus Rector et sequenti anno 1610 per cartam institutus est prior. hanc tamen Præsidentiam diu non tenuit, nam Carta capituli generalis anni 1614 a prioratu fuit absolutus. Anno 1615 sequenti supplicæ subsignavit presentatæ a Conventualibus hujus Domus Reverendo Patri et Capitulo Generali : quoad misam De Behault. Reverendo Patri priori majoris Cartusiæ, totiusque Ordinis Cartusiensis
Ministro generali Exponunt cum omni reverentia et humilitate prior et Conventus Cartusiæ Capellæ B[a] Mariæ prope Angiam: quod ex virtute et tenore cujusdam Contractus olim ante annos circiter 87 initi, inter priorem et Conventuales ejus temporis; et honorandum virum Joannem de Behault Montium Hannoniæ incolam: obligati sint ad celebrationem quotidianæ unius Missæ in perpetuum, ob certam septingentorum viginti florenorum summam, tunc eisdem numeratam; quam ex eodem contractu cujus est hic annexa Copia constat fuisse consumptam in quibusdam debitis quibus tunc domus gravabatur persolvendis, necessarijs que provisionibus ordinarijs coemendis cum intentione tamen impendendi in futurum, quando uberiores suppeterent facultates similem summam in comparandis Redditibus annuis pro securitate ejusdem fundationis: quod nihilominus nunquam factum est, quare missarum numerum venerandus P[r] Hercules hujus Provinciæ Teutoniæ non ita pridem Visitator, ad quatuor singulis septimanis redegit. quod onus tamen adhuc satis molestum et

grave sentientes ob Religiosorum paucitatem et quo immerito se gravari quandoquidem nullum ex inde pereipiunt emolumentum censent se posse conqueri, supplicant humillime ut cum auctoritate et permissione R[dæ] vestræ Paternitatis et benigna dispensatione super obligatione præfati contractus eidem liceat eis supplicantibus satisfacere per missam privatam de B[a] Maria quæ ex ordinis more legitur; quandoquidem nulli hujus Domus Benefactori adhuc dicata est; addita oratione proprîa Inclina in plurali pro Fundatoris intentione orabuntque pro felici prosperitate R[dæ] P[a] Vestræ frater Hieronymus de Wydts prior frater Adrianus Dorpius vicar[s] frater **Joannes Roost** senior f Jacobus Goossens pro et sacrista frater Robertus de Belle ejusdem Domus professus frater Augustinus van Doren prof ejusdem D° frater Petrus Lamberti Proc, frater Judocus Fortius professus.
infra : committimus Patribus Visitatoribus ut nostra authoritate provideant supplicantibus. Cartusiæ sedente Capitulo1615 frater Bruno prior Cartus
Et inferius: Juxta authoritatem nobis concessam, considerata Domus necessitate, supplicantium petitioni libenter annuimus. Datum in Cartusia Domus Capellæ in actu visitationis ejusdem 8[a] 7bris 1615 f Jacobus Dionysius prior Cartusiæ Gandensis. frater Van Emechove prior Cart° S. Sophiæ, Visitatores provinciæ Teutoniæ. Nota: descripsi suprascripta sicuti orginaliter jacent. Anno 1619 defuncto hujus domus vicario domno Dorpio, hic domnus Robertus iterum fuit institutus vicarius in quo officio perseveravit ad mortem usque quæ illi
venit 9[a] Marty 1634 postquam 58 annis laudabiliter vixisset in ord[ne].

AAM, Acta episcopalia Mechlinia, register nr 60, non folioté : die 27 maj 1600 promoti … ad sacr. Presbiratus ordinem, frater Joannes Roostius ordinis carthusianorum prope Angiam virtute dimissus et literis dispen reverendissimi et illustrissimi domini Octavij nuncijiijs his partibus Apostolici p?? minoremitatem
AC 100/27/4, p. 96, L6-7, c.1607: domnus Joannes Roost, professus domus Capellæ, hospes in domo Lovanij.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 4 martius : domnus Joannes Roost monachus Capellæ.

ChM157

**Joannes Roost.**

d - ca 1564.
dia 22 décembre 1564

e - vic ? - ?
moi ? - †.

f - 9 février 1621 (c.1621).

---

PB:

AAM, Acta Episcopalia Cameracensia, 25, f°3 : accoliti die XXII[a] decembris 1564 ordinati diaconi … frater Joannes Roostius carthusianorum de Herinnes .
AAM, Acta Episcopalia Cameracensia, 25, f° 198: feria sexta quatuor temporum post festum Sanctæ Luciæ que fuit XXII[a] decembris 1564 tempore ordin: generalium Bruxelle celebratorum fuerunt militie clericali ascripti juvenes infrascripti … eodem die … diaconi ordinati … Johannes Roostius carthusianus de Herinnes prope Angiam.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 9 februari : domnus Joannes Roostius, professus domus Capelle.
AC 100/34, p. 2, c.1621 : domnus Joannes Roost, professus domus Capellæ, et alias vicarius eiusdem, qui 57 annis laudabiliter vixit in ordine.
AC 100:27/4, p. 164, L3-5, c.1621 : domnus Joannes Roost, professus domus Capellæ, alias vicarius eiusdem, qui 57 annis laudabiliter vixit in ordine.
AC 100:39, p. 73, L11-12, c.1621 : domnus Joannes Roost, professus domus Capellæ, qui 57 annis laudabiliter vixit in ordine.

ChM158

**Joannes Samuel.**

e - Di proc 1338.

f - 28 juin ? (>1390).

---

Lamalle, p. 18 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Ioannes Samuel, monachus domus huius.

Pede fol. 5 : domnus Joannes Samuel, professus hujus domus obyt 28 juny.

Arsenal:

Schrije 153.

*DiM121*

***Joannes Schoonendonck.***

*e -    hos ? -c.1639.*

ChM159
**Joannes Scotte**
alias **Schotre.**
f - 5 juin ? (>1390).

---

Lamalle, p. 17 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Ioannes Schotre, monachus domus huius.
Pede fol.5 : domnus Joannes Scotere vel Scotte professus hujus domus.

Arsenal:

Schrije 154.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 5 junius : domnus Joannes Schotte, professus domus Capellæ.

ChM160
**Joannes vander Stoct**
alias **de Stock, Stocht.**
e - Ga P 1365-ca 1380
SM rec 1377, résidant a Ga
Ga P ca 1385- †.
f - 17 juin 1386.

---

de Wal, 4051-68, f° 124$^{v}$-125 et 131:

Lamalle, p. 34:

*Pede fol.4 :* domnus Jacobus de Liedekercke prof. Domus S$^{te}$ Aldegundis prope S$^{m}$ Audonarum prior hujus Domus, sub quo inita est associatio hujus Domus cum Domo Sylvæ S$^{ti}$ Martini sub eorum priore D Joanne Dotel circa Pascha anno 1377 et 14 $^{a}$July anno 1378 associatio nostra cum Domo Gandensi sub illorum priore D° Joanne de Stoct. Unus domnus Jacobus erat hic prior annis 1358, 1359 et 1360 forsan idem est. obyt pro ut nostrum Kalendarium 24 January (credo) prior in Domo suæ professionis

RAG, B1288, f° 264v:

Arsenal:

AC 100:25, p. 46, L21, c.1386 : priori Vallis non fit misericordia.
AC 100:25, p. 52, L13, c.1387 : Obijt domnus Joannes monachus & sacerdos ibidem (Valis Regalis).
AC 100:25, p. 53, L15, c.1387 : Obiit donnus Joannes Stocht monachus et sacerdos ibidem (Vallis Regalis).
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 17 junius : domnus Joannes de Stoct, prior Gandavi.
Schrije 156.

*BxM111*
***Joannes Tourneur.***
*e -　hos ? - †.*
*f -　6 aout 1566.*

---

ChM161
**Joannes vande Vere**
alias **(de) Veris.**
e - cité 1373, 1390, 1395
proc ca 1375.
f - 18 avril ?

---

Lamalle, p. 20 : (anno domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellæ XVII personæ aliis vestibus indutæ, scilicet istæ) dominus Ioannis de Veris, monachus huius domus
Lamalle, p. 31 : … circa annum 1370, quia tunc pro certo ponitur in litteris quibusdam prior huius domus dictus domnus Petrus et subiungitur dominus Iacobus Naghel, qui fuit frater eiusdem Petri et sub eo procurator huius domus, dominus Iacobus de Gallo, dominus Ioannes de Veris, dominus Egidius de Allodio.

Pede fol.7 : domnus Joannes van der Vere alibi de Veris, professus hujus Domus, qui hic vivebat annis 1373, 1390 et 1395. et obyt 18 aprilis.

Arsenal:

Schrije 158.

*ALM158*

***Joannes Verriet.***

| | |
|---|---|
| *e -* | *AL cité 1533, 1539, 1540* |
| | *AL vic 20 août 1544* |
| | *Ch hos ? - †.* |
| *f -* | *12 novembre 1546.* |
| *g -* | *infirmier (1540).* |

*Gde Chartreuse, P. Bastin, A-V 9a,* chartreuse d'Anvers *: necrologium, c.1547, obiit domnus Joannes Verriet, monachus professus et quondam vicarius domus Antwerpiæ, hospes in domo Capellæ.*
*AC 100:27/3, p. 65, L4-6, c.1547 : domnus Joannes Verrut, professus et quondam vicarius Antverpiæ, hospes in domo Capellæ.*
*AC 279 : 12 november, domnus Joannes Verriel, vicarius domus Antverpiæ.*
*Arsenal : 12 november, domni Joannis Verriet monachi domus Antwerpie.*

*H. Delvaux :*

*SMM093*
***Joannes (de) Zas***
*alias* ***Zasse, Saxo.***
*d - probablement SM.*
*e - Bg P 1384-1390*
*Ch hos 1390*
*SA vic 1390-1395/1396*
*SM rec 1396-1404*
*SM P c.1404-1410.*
*f - 15 mars 1428.*

---

*PB:*

*VDM:*

*RAR, I, f° 45v:*

*AC 100:9, p. 1:*
*AC 100:25, L19-21, c.1386 : Provinciam Picardiæ visitabunt priores Leodii et de Brugis. Et quando propter pericula guerrarum ad invicem convenire non possent, quod alter ipsorum possit eligere socium priorem quem duxerit eligendum.*
*AC 100:25, p. 46, L9-18, c.1386 : priori de Brugis non fit misericordia ; et admittitur eius excusatio quod non venit ad Capitulum. Et iniungimus sibi, ut mittat 4 florenos donnu Roberto Procuratori Ordinis, quos idem Procurator expendit in executione bullarum domus suæ de Brugis ; et cum dictus prior receperit a prioribus Provinciæ suæ pro taxa capituli Generalis florenos usuales et miserit Capitulo Generali, secundum quod ei iniunctum fuerat, florenos Florentiæ, iniungimus omnibus et singulis prioribus domys Provinciæ Picardiæ ut unusquisque solvat eidem priori de Brugis partem sibi contingentem, in eo quod super est de florenis Florentiæ ad florenos usuales.*
*AC 100:25, p. 74, L13-18, c.1388: Iniungimus etiam expresse prioribus Leodii, Hollandiæ et Dyest, quod visis præsentibus mittant taxam capituli et Procuratoris Ordinis ad Donnum Cartusiæ absque temporis dilatione. Præfati tres priores, scilicet Hollandiæ, Leodii et Duest, mittant dictam taxam capituli domui seu Rectori domus Sylvæ, et hoc infallibiliter exequantur sub præcepto obedientiæ. Item: iniungimus supradictis omnibus prioribus, quod ad squens Capitulum mittant medium florenum pro anno præsenti et medium pro futuro, pro monacho sine pedibus ad Visitatores Provinciæ suæ.*
*AC 100:25, p. 182, L8-14, c.1395 : priorissæ Sanctæ Annæ non fit misericordia. Et exhortamur illam in Domino et cæteras verabiles sorores, ut in suis angustiis et afflicyionibus patientiam habeant et schismaticis fortiter resistant, prout hactenus laudabiliter fecerunt ; et denuntiamus donnum Joannem saxo olim Vicarium dictæ domus fuisse et esse schismaticum, et consequenter fuisse et esse absolutum ; et nihilominus ad cautelam præsentibus ipsum absolvimus.*
*AC 100:27, p. 78, L36-37, c.1404 : Domui Sylvæ Sancti Martini præficimus in priorem domnum Joannem Saxo Rectorem dictæ domus.*
*AC 100:24, p. 83, c.1428: † domnus Johannes dictus Zas dudum prior Silve Sancti Martini.*
*AC 100:10, p. 111, L1-2, c.1428: † domnus Johannes dictus Zas dudum prior Silve Sancti Martini, [pro quibus fiat unum tricenarium defunctorum per totum ordinem].*
*AC 100:12/2, p. 133, c.1428: † domnus Johannes dictus Zas, dudum prior Silve Sancti Martini, [pro quibus fiat unum tricenarium defunctorum per totum ordinem].*

ChM162
**Joannes-Baptista Claes.**
d -   nov 12 septembre 1675.

---

Bernaer.

*GaM142*

***Joannes-Baptista van Hoorebeecke.***

*e - vic 1692-1693.*

ChM163
**Joannes-Baptista Lembrechts.**
b - ? février 1744.
e - cité 1776, 1783.

---

Gde Chartr., A-(V) 231 (6 Engh. 1), non folioté : Religiosi professi huius domus Capellæ 1776 : Joannes Baptista Lamberechts.
AGR CR 139.

ChM164

**Joannnes-Baptista van Marien**

alias **van der Marin**

e - dia (Bruxelles) 2 avril 1662

sds ? octobre 1662.

f - c.1667.

---

PB:

Pede fol. 117 : domnus Joannes van der Marien Monachus hujus Domus professus circa 1660 quod supponimus quia primitias suas celebravit 4[a] Octobris 1662. Non diu autem vixit in ordine obyt nam que 23 july anno 1666.

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, registre n°63, f° 153: Die secunda Aprilis 1662 Sabbatho ante Dominicam Passionis Illustriss[mo] ac Reverend[mo] Domino Archiepiscopo ordines sacros conferente in Ecclesia Divæ Gudulæ Bruxellis Promoti sunt Ad diaconatum … fratres Joannes Baptista Vander Marin … Carthusiæ Hannens: Relig: Diœces: Cameracens: vig: dimissor:

AC 100:27/6, p. 7, L22, c.1667 : † domnus Jpannes Baptista van Marien, professus Capellæ.

ChM165
**Joannes-Baptista Nechelput.**
a -
b -
c -
d - 28 octobre 1679.
e -
f -

---

Tiste 1680 : Tot de betalinghen van de kleed, etc. in de kleedinghe van Joannes Baptista Nechelput. Ex manuali 1680, 19 januarij Sheer Joos de Middeler voor de cleedinghe van Jan Baptist en de recreatie, etc.

ChM166
**Joannes-Baptista Verstrepen**
alias **Verstreepen.**
e - ord min (Bruxelles) 9 mars 1663
subd (Bruxelles) 10 mars 1663
dia (Malines) 19 mai 1663
sds (Malines) 22 septembre 1664
Ch , - 5 juin 1678
Bg hos 5 juin 1678 -c.1681
An hos c.1681- ?
Ch moi ? - †.
f - 2 mai 1704 ant.

---

AAM, Acta Episcopalia Mec hlinia, register nr 63, f° 176: …1663 quæ fuit nona Marty insigniti sunt Brux. in Sacello domestico Archiepiscopali ab Ill[mo] Domino Archiepiscopo Ad Minores … frater Joannes Baptista Verstrepen Carthusiæ Herinen: Religiosus Diœcesis Cameracen: vig: dimiss:
f° 176v: Sabbato ante Dominicam Passionis qui fuit decima Marty ordinati sunt Bruxellis ab Ill[mo] Dno Archiepiscopo Subdiaconi … frater Joannes Baptista Verstreepen Carthusiæ Herinen: Diœcesis Cameracen: vig: dimiss:
f° 179v: Mechliniæ die 19[a] mensis Maij 1663 … Diaconi … frater Joannes Baptista Verstrepen Carthusiæ Herinen: Diœcesis Cameracen: vigoredimissorialium.
f° 182: Sabbatho quatuor temporum quæ fuit 22[a] mensis Septembris 1663 ordinati sunt Mechliniæ … f° 182v: … Presbyteri … frater Joannes Baptista Verstreepen Carthusiæ Herinen: Deiœcesis Cameracen: vigore dimissorial:

PB :
Gde Chartr., A-(V) 231 (6 Engh. 1), non folioté : 1678, 5 juin, au sieur JeanBaptiste Verstrepen allant demeurer a Bruges pro viatico, 3 fl. 16 st(uivers)
AC 100/13, p. 78, c.1681 (RABg OKA 338): Joannes Baptista Verstrepen (hospes ds Brugis) eat ad domum Antverpiæ

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 18 mei : Joannes Verstrepen, professus et antiquior domus Capellæ Beate Mariæ.

Pede fol 125 – 128 : domnus Franciscus Bodart Wavriensis professus Domus Liræ a prioratu Domus Lovanij ad prioratum Domus hujus Capellæ translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni Henrici Raeymakers absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem Carta translati . hoc tempore ubique Bellum, ubique ruinæ in his partibus quæ revera in hac Domo talem virum requirebant. Habebamus in Civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum Refugium in vico dicto Willoy Straete, unde
factæ fuerant tres Domus majores cum una minore, quæ locabantur Extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. Petit prior et Conventus anno 1677 consentientibus V.V.P.P. Visitatoribus a R[do] Patre Generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a V. Patre Bodart et suo Conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. Visitatoribus concessa petitis a R[do] Patre Generali 11[a] Xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare Domus illæ fuerint venditæ et quomodo venditio hæc maxime nobis profuerit in amortisatione Bonorum nostrorum anno 17
Reverendissimo in Christo Patri priori Majori Cartusiæ et totius ordinis Cartusiensis Generali debitam obedientiam et Reverentiam. Infrascripti prior et Conventuales Domus Capellæ beatæ Mariæ prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, Domos, quæ a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem Domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum: hæc considerantes juxta consilium proborum virorum, Domus nostræ utilitati convenire judicamus, ut præfatæ Domus dentur in Emphyteusim vel vendantur, et earum prætium juxta Statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo Redditu sine onere reparationum et Reddituum solutione quibus dictæ Domus gravantur, pro quo jam præmisso ~~debt~~ debito cum Conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam VV[dis] Patribus Visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a Reverendissima Paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus, quod sperant cum omni humilitate subscripti Reverendissime Pater. Humiles fily et

servi vestri. frater Henricus Petit prior frater Theodorus Mallants vicarius. frater J. de Weese. frater Egidius Thienpont S[a] frater Andreas Langhenhove. **frater Joãn Bapt[a] Verstrepen**. frater Joannes Janssens. frater Hieronymus de Hoppenbrouwer Procurator. frater Petrus Oostelinck.

Cum aperte constet venditionem requisitam utilem Domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus . actum in Cart[a] Lyrana die 29[a] Marty 1677. frater Petrus Antonius Pecquius, prior domus Lyræ Visitat

frater Hugo de Molinghen prior D Lovanij Convisitator.

Conceditur prout petitur. Datum Cartusiæ hac 26 Junij 1677. Reverendissimo in Christo Patri priori majoris Cartusiæ totius ordinis Cart[æ] Generali meritissimo nec non VV[dis] P.P. Provinciæ Teutoniæ visitatoribus.

Exponunt debita cum reverentia Conventuales Cartusiæ Herinensis alias Capellæ beatæ Mariæ prope Angiam : ad suas devenisse manus Libellumquemdam supplicem a se respective et prædeceporibus suis, prius V.V.P. Visitatoribus, dein R[mo] Patri oblatum et ab utrisque respective 29[a] Martij 1677 signatum et 26 Junij, quo propter rationes inibi allatas ) licentia conceditur prout ex huic juncta copia videre est, vendendi et alienandi Tres majores cum una parva, quas in præfata Civitate Angiensi habent Domos: quod tamen hactenus factum non est : sed cum eadem adhuc militent rationes et Domus nostra insuper ære alieno misere

gravata sit, quod mercenarijs et operarijs ægestatem et inopiam patientibus (quorum mercedem nequidem usque mane apud nos morari debet Levil. 19) multa debeamus nec aliundo satisfacere possimus; ne ergo eos

victu privando interfecisse dicamur . nam juxta Eccles 34: qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem.

Humiliter et obnixe rogamus et petimus, quatenus R[m] Pater et V.V.P.P. Visitatores, votis nostris suffragantes, consentire dignentur ut pretij harum Domorum medictas (quod tatole ad 3600 floren præter propter summam forsitan ascendet) applicari possit ad solutionem debitorum istorum maxime urgentium et in cælum clamantium: orabimus præterea Dominum Deum ut Reverentiam vestram et venerandas Paternitates vestras diu servet incolumes. Datum in Domo Capellæ hac 17[a] novembris 1694. frater Franciscus Bodart prior . frater Petrus Wouwermans vicarius . **frater Joañ bapt[a] Verstrepen** . frater Joannes Janssens. frater Anthelmus Schoonheyt

Procurator. frater Guilielmus vanden Looven Sacrista.

Nos infrascripti considerantes presentem Domus necessitatem ac rei vendendæ utilitatem; harum Domorum approbamus venditionem, modo una prætij medictas applicetur ad solutionem debitorum, et altera ad emptionem aliorum bonorum immobilium. Actum in Cartusia Bruxell[a] 22 9bris 1694. frater Hugo Gaethovius prior domus Bruxellensis Visitator. frater Constantinus Magnus prior domus Gandavi Convisitator.

Pede fol. 128 : domnus Joannes baptista Verstrepen Monachus prof[s] hujus Domus et antiquior, professus circa medium septembris anno 1662 in quo mense etiam suas primitias cantavit anno 1663. Anno 1678 missus est per Chartam capituli generalis ad Domum Monachorum Brugas, unde post sex annos plus minus iterum ad Domum hanc suæ professionis est reversus. non video quod in ordine aliqua obedientia particularis illi commissa fuerit, mansit in hac domo bonus Chorista ad obitum usque, infaustis semper bellorum temporibus. obyt antiquior Domus 21 May 1704.

ChM167
**Josephus Cappon**
alias **Capon.**
a - p.: Daniel Cappon (tres riche bourgeois).
b - Lille (Nord, France).
d - nov 1626.
cité 11 mars 1627
dia 22 mars 1629
f - 6 mars 1631 (c.1631).

---

Pede fol. 108-110 : domnus Josephus Cappon Insulensis, monachus professus in hac Domo in festo S. Luciæ virginis et martyris 13 Xbris 1626. addendum hic judicavi Testamentum ejus quod ante suam professionem fecerat. In nomine Dñi amen. Anno millesimo sexcentesimo vigesimo sexto die vero 12[a] Decembris comparuit coram me notario publico et apost[s] et Testibus infrascriptis Dilectus et ingenuus domnus Joannes Cappon, qui renuntiare et abdicare sæculo proponens et exolvere se omnibus hujus sæculi curis et rebus antequam in ordine Religiosorum Cartusianorum professionem faciat, declaravit si hujus terrenæ substantiæ habeat de qua disponere possit et valeat: Hæredem se generalem et absolutam omnium instituere Dominam annam Leniel matrem suam, viduam honesti et probi viri Danielis Cappon. Declaravit etiam prædictus D Joannes Cappon, mentem et voluntatem suam esse: ut de mille et octingentis florenis quos mater supradicti Dñi Joannis Domui professionis Cartusiæ Herinensis dedit et mittet, Octingenti impendantur fundo seu Redditibus emendis, Trecenti reparationi unius Cellæ, centum itidem Libris emendis, centum etiam vestibus et utensilibus, Trecenti autem solemnitati professionis et Primitiarum suarum, et reliqui Ducenti ornamentis Ecclesiæ et ante omnia in emptionem sericarum cortinarum primarij altaris ipsius Chori. Quæ omniarelinquit dispositioni et arbitrio R.D: prioris dicti monasterij qui pro rei exigentia poterit fideliter in supradictis agere et disponere. quæ omnia R.domnus Joannes voluit in omnibus et singulis exequi et compleri, declarans voluntatem et mentem ejus hanc esse. In quorum omnium fidem et Testimonium Ego Notarius publicus subsignavi præsentibus honorandis viris et Dñis Testibus ad hoc specialiter vocatis R[do] Dño Hieronimo Milot priore S[te] Autberti et Andrea Madril, anno et die ut supra. signatum Joannes Cappon, et infra sic attestor Joannes Ernault notarius publicus et Pastor Herinensis. S.H. Milot Andreas Demadril.
In sua professione ut videmus assumpsit nomen Josephi. primitias suas celebravit circa festum S. Brunonis 1629.
Pede fol. 109 : Fundatio anniversarij domini Danielis Cappon, patris hujus, etc. in hac domo : « Nous soussignez Conventuels de la Chapelle de Nôtre Dame de Herines, aiant entendu que Mademoiselle Anne Lionielles veuve de feu Daniel Cappon de Lille en flandres, nous offre an aumosne la somme de cinq cens florins de vingt patars la piece; a la charge qu' on donnera tous les ans a l' entour de la fete de S[te] Lucie vierge qui est la jour de la profession de son fils nôtre Confrere Dom Joseph Cappon, au Couvent une bonne pitance de poissons et a chaque Pere une pinte de vin d' Espagne, et qu' on chantera semblablement tous les ans au meme jour une messe Conventuelle de Requiem, et chaque Prêtre dira une messe, non celebrants les sept psaumes de penitence cum Litanijs pour l' ame dudit defunt Daniel Cappon ses parents et amis tant vivans que trepassez. Nous accordons et acceptons tant qu' en nous est pour nous et successeurs et promettons a la susdite Demoiselle qu' on le fera ainsi apres qu' aurons reccu l' argent. fait a Herines le 11 de mars 1627. Signe frater Pierre Daems Prieur, f Robert de Belle vicaire frater Judocus Fortius Antiq[r] frater Henricus Byl Procurator. frater **Franciscus Boissart.** frater Ludovicus Bourlart. f Balthasar de Wolff. f Joannes de La Motte, frater **Josephus Cappon**. in ferius habetur: nous accordons la dite Requete. fait durant Le Chapitre general 1627 f Bruno Prieur de Chartreuse ».
Litera domni Ludovici Bourlart professi hujus Domus V.P.domno Petro de Wal vicario Bruxellensi: de obitu domni Josephi Cappon. Quod domnum Josephum Cappon, notum est illud B. Augustini: non potest male mori qui bene vixit; quod et in illo adimpletum est. tribus aut quatuor diebus ante mortem ad se plane reversus est et sicut in vita religiosissimus fuit, ita et in fine ad extremum usque spiritum, susceptis omnibus mia devotione et fervore Ecclesiæ sacramentis talis permansit. ante ingressum ordinis vocabatur Joannes et non tantum humanioribus sed Philosophiæ operam dedit Lovanij et Magisterij gradum ibidem adeptus est, nec non Theologiam extremis labyt degustavit. contemptis divitys et facultatibus quæ amplissimæ erant, in Domo hac Capellæ receptus fuit cum frustra Lovanij locum periisset et ita vixit ut omnibus admirationi fuerit. Nunquam verbum inutile a professionis suæ die protulit sed semper de Deo rebusque pijs loquebatur et hoc cum tanto fervore ut lachrymas ex proprijs oculis aliorumque eliceret. Nunquam silentium fregit, divinis ita intentus fuit, orando meditando legendo: ut P. Prior coactus fuerit ei officium subsacristæ injungere, semperque Ecclesiam, sacella, parvum Claustrum solus verrebat; ijs que nihil obstantibus, Religiosis

simul laborantibus vocatus, semper aderat et pæne ultra vires illis suam operam impendebat, sed absque ulla collocutione nisi forte de spiritualibus sermo occurrisset. Nunquam visus est iratus, vel in minimo adversus aliquem commotus. meo judicio non errant qui dicunt ex nimia animi intentione cerebri læsionem incum posse et inde mori posse. Dum officium subsacristæ exercebat, maxime sollicitus erat, et ut Conventum excitaret non dormiebat vel saltem secure: quod autem caret alterna requie durabile non est. dixit quidam Bertrandus Cale Clericus viridis vallis) quod unus spiritus septem corpora destrueret. ex mentis alienatione tredecim vel amplius diebus permansit absque cibo et potu, quare superiores dederunt illi famulum qui illum
custodiret atque coram ipso comederet et sic invitaret ad esum; cum quo servabat silentium et non sumpsit panem nisi ad olfaciendum. hora mortis appropinquante plenos recuperavit sensus et petyt sibi ministrari
sacramenta, quæ cum negaret P^r^ prior ex eo quod non obediret illi cibos sumendo; dixit paratum esse in omnibus obedire quantum possibile esset, et tentavit comedere sed non potuit deglutire sed jam meatus erant interclusi et tandem in pace quievit adhuc juvenis domnus Petrus Daems prior suscepit cum ad ordinem, et diu cum rexit et habebat cum pro viro vere sancto et perfecto sicut aly multi. Septem plus minus annis vixit in
ordine. obyt 6^a^ Marty 1631.

PB:

Delvaux, MB, p. 1449:

Lamalle, p. 188:

de Wal, 7044, f° 175:

AC 100/28, p. 102, c.1631 : domnus Josephus Cappon prof ds Capellæ
AC 100:27/4, p. 225, L23-24, c.1631: domnus Josephus Cappon, professus domus Capellæ

Eodem die (XXIJ Martij Anno 1629. Bruxellæ) Ad diaconatum … frater Josephus Capon Carthusianorum ord:
AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register 62, f° 5: Die XXIJ Martij Anno 1629. Bruxellæ Ad diaconatum … frater Josephus Capon ordinis Carthusianorum

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 6 marcius : domnus Josephus Capon, professus domus Capellæ.

*BgM150*

***Josephus van Cauwenbergh.***

*e -   vic 1741-1743.*

ChM168
**Josephus van Craenenbroeck**
alias **van Cranembouck.**
b - Anvers.
e - dia 20 septembre 1704
sds 29 mai 1706
vic 1710-1714
proc 1714-1722
AL proc 1722-1727
Ch P 1728-c.1733
An P c.1733-1735
Ch P 1735-c.1745
AL P c.1745- †.
cvs 1740-1744
vis 1744- †.
f - 27 /5 aout 1749.

---

PB:

Delvaux, MB, p. 1452-3:

SABg Cal:

AOPG 2801:

AC 100/35, p. 125, c.1728 (RABg CE 2478): domnus Joseph Van Cranembonck prof. domus Cappellæ et Procurator domus Liræ a Conventualibus in priorem ejusdem domus super annum electo et a Reverendo Patre Confirmato non fit misericordia.
AC 100/35, p. 134, c.1729 (RABg CE 2495): prior domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/35, p. 145, c.1730 (RABg CE 2515): priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/35, p. 154, c.1732 (RABg CE 1219): priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/28, p. 204, c.1733 (RABg CE 274): priori ds Capellæ alibi instituto fit misericordia.; et præficimus in priorem dictæ ds (Antverpiæ) domnum Josephum Craenenbroeck propterea a prioratu ds Capellæ absolutum; Administrationem ds Campensis et aliarum domorum destructarum committimus priori Antverpiæ
AC 100/28, p. 213, c.1735 (RABg CE 733): priori ds Antverpiæ non fit misericordia.; Administrationem ds Campensis et aliarum domorum destructarum committimus priori ds Antverpiæ
AC 100/35, p. 164, c.1736 (RABg CE 2320): domnus Joseph van Craenenbroeck prof ds Capellæ et prior ds Antverpiæ a Conventualibus dictæ ds Capellæ in priorem super annum electo et a Reverendo Patre Confirmato non fit misericordia.
AC 100/28, p. 221, c.1740 (RABg CE 275): priori ds Capellæ non fit misericordia.
AC 100/35, p.172, c.1741 (RABg CE2934): priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/28, p. 230, c.1742 (RABg CE 276): priori ds Capellæ non fit misericordia.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 27 augustus : domnus Josephus Van Craenenbroeck, professus et alias prior domus Capellæ; prior hujus domus et visitator provinciæ Teutoniæ 1749.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*,, 28 Augustus : obijt domnus Josephus Van Craenebroeck, Antverpiensis, prior domus hujus, professus domus Capelle, visitator provinciæ Teutoniæ, et alias prior domus Capellæ et Antverpiæ procurator hujus domus vicarius et procurator domus suæ professionis. 1749.

*LoM106*

***Josephus Durant.***

*e -    hos c.1740-c.1742.*

*BxM119*
***Josephus Engelgrave.***
*e - P 16 décembre 1698- fin juillet 1714.*

---

E. Lamalle, p. 17 : (cathalogus priorum) Huic successit (Willibrordus Buchenberghs) venerandus pater Iosephus Engelgrave, Antwerpiensis, professus et coadiutor domus Bruxellarum, qui ex priore domus Sylvæ Sancti Martini huic domui Capellæ præfectus fuit per ordinationem capituli generalis anni 1699, qui quindecim et amplius annis, tam simplex prior convisitator quam visitator, cum summa omnium laude præfuit et profuit. Nam hanc domum plurimus expurgavit debitis, novam grangiam post veterem collapsam extrui ipse curavit, ambitum et cetera domus ædificia restauravit, domus proventus et reditus ampliavit, multos filios Deo et ordini in discipina regulari educavit et post prædictum annorum terminum sub finem iulii anni 1714 in priorem domus Bruxellarum suæ professionis electus fuit

ChM169
**Josephus,** alias **Egidius, van Hecke**
alias **van Eket.**
b - Gilles.
d - 1668.
e - SM hos ? -c.1686
Ch c.1686-c.1694
Bg hos c.1694- ?
Aula Dei hos ? - †.
f - c.1728.
g - tres probablement = ChM045.

---

PB:

Tiste 1667 : *Domnus Josephus van Hecke erat novitius.*
Tiste 1667 : *25 october ontfangen van den oom van onsen heer Josephus van Hecke met eene obligatie samen 400 guldens*
Tiste 1669 : Supplicam signarunt f*rater* Henricus Petit, prior; Servatius D'Oers, vicar*ius*; Paulus Justus de Weese, sacrista; Egid*ius* Thienpont; Andreas van Langenhoven; Melchior Pletincx, procurat*or*; Gabriel de Bruxelle; Jo*anne*s Bapt*ista* Verstrepen; Joannes Janssens; **Josephus van Hecke**.
20 martij dedit nobis d*ominus* Jacobus van Hecke, avunculus d*omni* Josephi van Hecke 96 lib*ras* flandricas dedit in toto 1400 florenos.
13 martij ivit f*rate*r Joseph*us* van Hecke ad ordines.
13 junij aen heer Joseph*us* gaende naer Ghent te voet met den peerdenknecht dedi 12 – 16.
12 october aen 4 amandel tourten tegen de eerste misse van h*ee*r Joseph*us* van Hecke 12–0.
Tiste 1674 : 10 julij aufugit hinc domnus **Josephus van Hecke**, et insecutus est cum patre procuratore Pletincx cum fratre Nicolao, donato, Gandavum, feceruntque informari mittentes ad Sas van Ghent fratrem Nicolaum, etc. qui frater Nicolaus cum Daniele usque Rotterdamum et ultra iverunt, reversi per Antverpiam 28 julij.
Idem manuale pater Pletinx habet circa finem: anno Domini 1674 die 10 julij circa quartam matutinam fugit domnus Josephus van Hecke religiosus professus hujus domus et discessit indutus habitu donatorum scilicet fratris Josephi donati nostri quem arripuit in sacello Sanctæ Catharinæ in quo custodiebatur propter metum francorum qui eodem tempore erant Camberonæ imperante principe Condæo et tunc temporis habebamus in hac domo sauvegardiam quæ indies habebat quatuor pattacones ultra expensas ipsius et famuli et equi vocabatur Bornoville, etc.
Tiste 1675 : Hoc anno villicus quidam ex Vullezele accessit fratrem Judocum, donatum rogans quatenus ob periculum urgens militum vellet custodire saccum pecuniarum, quas inconsulto priore ille donatus accepit non visas nec numeratas et penes se aliquot diebus custodivit, superveniente majore periculo et sparso rumore spoliationis monasterij, his pecunijs onustus frater venit ad priorem et petijt licentiam portandij illas ad thesaurarium vel sacristam quod prior concessit, quasque sacrista cum se Reliquiis posuit in tutissimo loco presente subsacrista his pecuniijs aliquot diebus ibi existentibus pater subsacrista diabolo suadente illas abstulit et cum illis aufugit (hic erat pater **Josephus van Hecke**) hoc audiens prior illico eadem die jussit illum quaqua versum etiam in terras exteras diligentissime requiri sed non est inventus. Villicus ille priori pro sua pecunia litem movit, super quo consultavit varios theologos et juristas qui omnes diffiniarunt Nos ad redditionem illarum pecuniarum non teneri, reversus est ab apostosia prædictus Josephus tribus annis fere postea, vide 1693, ablatæ pecuniæ postea diversis vicibus fuerunt redditæ non titulo restitutionis sed eliimosinæ. Illa prima summa pertinebat ad pagum de Vullezeele, abstulit et aufugit cum aliorum etiam pecunias, unde restitutæ sunt infrascriptæ, varijs vicibus et temporibus.
Tiste 1678: Circa finem anni debet fecisse professionem domnus **Josephus** ……
Tiste 1681 : Pater Pletincx, prior, ivit ad capitulum generale et rogavit reverendum patrem ut domno Josepho van Hecke redderetur altare quia spontanei revertus a fuga et 2 annis cum dimidio nunc religiose se gesserat, quod R. P. concessit.
Tiste 1682 : Op reke*ninge* van sijn gelt verloren door h*ee*r Joseph*us* ….
Tiste 1693 : De 4[a] aprilis invenio litteram datam Bruxellis ab illustrissimo Piazza abbate St Georgij et internuntio in favorem patris Josephi van Hecke, cartusiensis sacerdotis dudum professi qui instigante diabolo tertio vel quarto apostatavit et nuper petijt restitui suo ordini, etc. districte mandans ejus superioribus ne illum audeant molestare, etc.
Tiste 1694 : Et domnus Josephus van Hecke vadat ad domum Brugensem.

Tiste 1718 : Solvi aen den reverendus pater om over te tellen aen den eerw*eerde* prior Aulæ Dei bij Saragossa volgens accoort tusschen hun gemaeckt over het onderhauden sijn leven lanck van onsen confrater Van Hecke aldaer aen het order gereconcilieert 301=6 ½.
Tiste 1728 : Domnus Josephus van Hecke, professus domus Cappellæ, hospes in domo Aulæ Dei.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, obierunt incerto die : domnus Josephus van Heckel, professus domuss Capellæ Betaæ Mariæ hospes in domo Vallis Dei.

AC 100/35, p. 33, c.1694 (RABg CE 1874): domnus Josephus van Hecke vadat ad domum Brugensem
AC 100/35, p. 121, c.1728 (RABg CE 2478): domnus Josephus Vaecket prof domusd Cappelæ hospes in do Granatæ

*LiM126*

***Josephus Ophoven.***

*e - hos 1704.*

ChM170
**Josephus Waefelaerts**
alias **Waeffelaer.**
a - p. : Joannes Baptist
m. : Clara Joanna Deneve.
b - Bartholomeus/Franciscus
Bruxelles.
e - tons & ord min 21 septembre 1742
subd 22 septembre 1742
sds 30 mai 1744
SM vic 1748, 1750, 1752, 1756
Ch vic ? - ?
Ch coa 1777- †.
f - 13 décembre 1779/c.1780.

---

PB :

RAR 52 :

AOPG 2797 :

B.R.B., ms. G1471 :
Bartholomeus gedoopt Ste Nicolaes kercke den 17??
Priester gestorven
P. : Joannes Bapt. Waefelaerts
m. : Clara Joanna De Neve

B.R.B., ms. G1471 :
Bartholomeus gedoopt Ste Nicolaes kercke den 17??
Priester gestorven
P. : Joannes Bapt. Waefelaerts
m. : Clara Joanna De Neve

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 68, f° 30: Die 21 septembris 1742 quæ erat fer: VI quatuor temporum ab eminentissimo ac reverendssimo domino cardinali in sacello palatii Mechliniæ promoti sunt … ad tonsuram et 4 minores simul … Franciscus Josephus Waffelaer ordinis cartusiensis monasterii B.M.V. prope Angiam diœcesis Cameracensis schol: et clericus.
f° 31, Die 22 Septembris 1742 quæ erat Sabbatho quatuor temporum ab eminentissimo ac reverendissimo[mo] Dno Cardinali Archiepiscopo in Ecclesiæ Metropolitanæ infra missarum solemnia promoti sunt … ad S. subdiaconatus ordinem … Franciscus Josephus Waeffelaer ejusdem ordinis monasterii et diœcesis acol: Vigore dimissorialium.
f° 63, Die 30 maii 1744. quæ erat sabbatum quatuor temporum Pentecoses: In choro Ecclesiæ metropolitanæ Mechliniæ infra missarum solemnia ab eminentissimo ac reverendissimo domini Cardinali[a]rchiepiscopo Mechliniensi promoti sunt … ad S. presbijteratus ordinem … … Franciscus Josephus Waeffelaer ejusdem ordinis monasterii et diœcesis Diac: Vigore dimissorialium.
Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : status vel personnæ professæ domus Capellæ in januario 1756 : Josephus Waeffelaerts professus huius domus.
Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : religiosi professi huius domus Capellæ 1776 : Josephus Waefelaerts coadjutor.
AC 279/2, Necrologium, 13 december : domnus Joannes Waefelaerts professus et coadjutor domus Capellæ, alias vicarius domus Sijlvæ Sancti Martini et suæ professionis 1779

ChM171
**Judocus.**
f - 24 octobre ? (>1390).

---

Lamalle, p. 18 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Iudocus, monachus domus huius.
Pede fol. 6 : domnus Judocus, monachus hujus domus obyt 24 octobris.

Arsenal:

Schrije 162:

ChM172
**Judocus vander Cleyen**
alias **Argillanus, Cleye.**
a - p. : Adrien
m : Catherine
b - Grammont (Flandre Orientale).
e - cité 1487.
f - 26 mars 1505/1504.

---

Lamalle, p. 95-97, 110 et 114:

Pede fol. 15 : Scribit domnus Joannes Ammonij de Arena auctor secundi Chronici, se audivisse narrari a D **Judoco Van der Clyen** hujus Domus professo qui juvenis vixerat cum D° Laurentio nostro sequentia: quoties inquiebat, absente priore Pater Laurentius visitandi gratia venit ad me in Cellam, sermonibus suis et exhortationibus, sic me erexit stabilivit et confortavit; ut postea per duas hebdomadas mihi gratiam Dei sentirem adesse .

Pede fol. 42 – 44 : domnus Judocus van der Cleyen Gerardi-montanus. Monachus professus hujus Domus, cognatus domni Arnoldi Kaerman prioris hujus Domus a quo et receptus est et vestitus 2 July 1463 in die
Visitationis B^a^ V. Mariæ et anno sequenti eadem die professus. Primam missam cælebravit in die Dedicationis Ecclesiæ nostræ 1468. Sequentia ex 2° Chronico fol. 55. Vir bonus et religiosus sciens prompte et expedite legere et bene pronunciare more ordinis et in Choro et in Refectorio et bene cantare sciens, habuitque dulcem et quasi angelicam vocem; unde pluribus etiam annis, tametsi non placuit ei, fuit Cantor Chori. sed accedente jam senitudine cum vox ejus pané deficeret, multis precibus obtinuit ut ab illo ministerio absolveretur. Sciebat etiam bene scribere et aliquos reliquit nobis sua manu libros scriptos. Sermonem de Præsentatione B^a^. V. Mariæ et agendam unam quæ solet in Choro haberi in usu, et alia quædam devota. Erat Magister Novitiorum A° 1500, et ( inquit auctor Chronici ) docuit me prima ordinis elementa et observationes. Qui quoniam fuit impeditioris Linguæ: ideo silentium et solitudinem amavit plurimum, alioqui et Vicarius hujus Domus fuisset ordinatus: si prædicare publicé potuisset multis tamen admodum charus fuit. Scivit autem accurate flores concinnare de filo serico et cupreo filo substracto, unde et magnam Tabulam (quæ in sacrario est ) vitro tectam, ipse aptavit et instruxit: et similiter quædam alia. Sed dixit mihi quod visum suum in tali opere multum debilitavit, quapropter cum et mihi satis debilem visum sciret esse, artem illam me docere noluit: sed docuit me artem inserendi arbores qua plurimum delectabatur, quam artem D Hieronimus Rustico monacho scribens etiam commendat et utilem et honestam monacho declarat esse. Ad studia Literarum mihi propenso et de viris eruditis interdum loquenti, respondebat: moritur Doctus similiter et indoctus. quasi diceret, stadeamus bene vivere et semper habere bonam conscientiam. Alias autem mihi dicebat. O Joannes Joannes, si diu vixeris in ordine, frequenter iturus es, et ab hoc et ab hac; vicissitudines bonorum et malorum sic indicans, quas in hoc mundo cuncti mortales velint, nolint, experiuntur: et profecto verum dixit. Item alias dicere solebat : vixi quidem satis diu, si satis bene, sed extremum ictum semper timeo. Cum autem domnus Franciscus de Welle confrater noster ( qui hic ante poni debuorat ) defunctus esset, qui junior erat in ordine quam D Judocus, magnus invasit metus Judocum; atque ab illo tempore numquam bene valuit, sed velut attonitus sæpe dicebat nobis : nescio quid est mihi, nescio quid habeo, nescio quid patior. deinde paulatim cæpit ægrotare. Sed pene fui oblitus adscribere quam ab ipso audivirem memoratu dignam, “ Cum essem Junior inquit et multis annis in ordine non fuissem, P^r^ Arnoldus Kaerman diu fuit hujus Provinciæ Visitator principalis et propterea frequenter oportebat eum abesse domo . Interim vero domnus Laurentius de Musschezele Vicarius fuit hujus Domus, quod ministerium laudabiliter etiam exequebatur. Sed quoties P^r^ Laurentius visitandi gratia venit ad me in Cellam; sermonibus suis et exhortationibus sic erexit me, stabilivit et confortavit: ut posteaquam fuit in Cella mea per duas hebdomadas mihi gratiam Dei sentirem adesse: eram siquidem pronior ad modestiam, proclivior ad pietatem, promptior ad fraternam dilectionem, ferventior in precibus subtilior in divinarum contemplatione; et in cunctis observationibus ordinis publice et privatim alacrior sed de prædicto domno Laurentio alia multa referuntur. Porro quales aliquando vicissitudines et ipse magister meus Judocus in ordine sit expertus non etiam mihi tacuit omnino. alias namque dicebat. interdum gratia Dei visa est mihi sic affuisse, ut post vigilias
nocturnas et officium matutinale; ita me sentirem robustum et alacrem ac si non amplius quam ad dimidiam horam in Choro fuissem. hoc modo sane divina gratia mecum egit sed non semper. nam et interdum ita relictus sum infirmitatibus meis et miserijs; ut non solum tæderet me vitæ mea, sed etiam ut non numquam optarem mihi terram dehiscere quo liberatus a tentationibus in ea quiescerem. Fuit autem Judocus vir probus et gratiosus vultu liberali, statura mediocriter eminenti

ingenio salis acuto. qui tametsi in Literis Sæcularibus non multum fuerit eruditus : scientia tamen Christiana et spiritali, non multis postponendus erat. Soccis uti non consuevit ne in hyeme quidem. sed quoniam siccos semper habebat pedes, parvis utebatur calceis intra calceos, non tamen pilosis. denique ab ægrotatione, cujus paulo ante memini, non convaluit. feré ad duos menses sic malé habuit. Cum autem Paschæ -festum adventasset, et indies sese debiliorem fieri cerneret, fertur paululum conquerens dixisse: Itane jam mori debeo cum molestissimum totius anni tempus jam peractum sit: et commodius victitandi tempus advenerit, quando nobis lacte et butyro licet uti .sed tamen divinæ voluntati se commisit, et rite præparatus sumptis Ecclesiæ sacramentis religiose defunctus est, in præsentia prioris et quorumdam aliorum, nocturno tempore cæteris Fratribus in Choro Divina celebrantibus A° 1505, Marty 26

Pede fol. 44 – 45 : domnus Franciscus de Welle, de Biervliet. Monachus prof. hujus Domus, receptus a D° Arnoldo Kaerman priore anno 1473 in die S[ti] Matthæi et anno sequenti professus. Hic erat de bona et honesta progenie, fueratque Lovany Licentiatus in Artibus promotus in pædagogio Lilij. cantavit primam suam missam in die Epiphaniæ Dni 1476; et religiose admodum et moderate multis in ordine annis vixit. Scripsit diversos Libros et fuit corrector in Choro et in Refectorio, ordinatorque ad dispositor eorum quæ sunt ibi legenda. præterea fuit etiam quorumdam novitiorum Institutor et Magister. Mihi porro videbatur (auctor Chronici 2[di] loquitur) vir bonæ conscientiæ. denique inter nos aliquando cum familiariter in Colloquio commentaremur, probe recordor cum dixisse : si Deo placeret, inquit, optarem in extremis meis
non diu ægrotare lectoque decumbere : ne mea caussa fratres vigilijs et alys molestijs afficiantur. exaudivitque Deus preces ejus et præstitit ei quod optaverat, sicut scriptum est “ Desiderium pauperum exaudivit Dominus, præparationem cordis audivit auris tua et iterum : non sprevit neque despexit depecrationem pauperis. etenim fuit pauper spiritu. et iterum scriptum est de Deo: voluntatem timentium se faciet et deprecationem eorum exaudiet salvos faciet eos. Usu venit igitur illi sicut optaverat. quandoquidem ad extremum usque diem vitæ mortalis inambulaverat et ad Templum venerat: quamvis in Choro non persisteret. fuit quidem diebus paucis ægrotus, non tamen decubuit, sumpsitque per se cibum et potum. sed
cum venisset ad eum Infirmarius nocturno tempore ad legendum cum eo matutinas de Domina, reperit eum in lecto jacentem atque defunctum 6° Calendis Januarij hoc est 27 Xbris 1504. protinus autem quam nuntiatum est in Conventu domnum Franciscum esse defunctum,terror quidam invasit domnum **Judocum de Cleye** magistrum meum, atque ab illo die non bené habuit etc ego vero tempore illo quo domnus Franciscus obyt tam ægrotus eram, ut quando sepeliebatur stare non possem, sed in cæmeterio sedebam super unum sepulchrum legebamque cum alijs, ac me putabam prope diem moriturum. deinde in Choro nactus quemdam Librum quem domnus Franciscus scripserat, ex eo legi orationem Divi Bernardini de Nomine Jesu, et protinus mihi visus sum melius habere, paulatimque convalui sic; ut in hebdomada Ascenscionis Domini ministerium Sacerdotis in Conventu peragerem tametsi nondum plene sanatus ac tandem aliquando ab illa ægrotatione magna sanatus fui. Deo gratias. majoraque mihi post evenerunt pericula, a quibus etiam Deus me liberavit, cui laus honor et gloria per omnia sæcula sæculorum Amen.

AC 100:21/1, p. 4:
AC 100:27/2, p.115, L16, c.1506: domnus Jodocus Eleye, professus domus Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 26 martius : domnus Judocus Cleye, monachus domus Capellæ.
Arsenal:
Le Vasseur (L.), *Ephemerides*, t. I, p. 378a-379a. XXVI die Martii. Judocus Van der Cleynem. Monachus Capellæ. De quo vetus Chronicon ms. Capellæ sic agit : « Anno 1505, die 26 Martii, obiit Judocus Van der Cleynem cognatus domni Arnoldi Karmani, vir bonus et religiosus, sonora et quasi angelica voce ornatus, unde pluribus annis fuit cantor chori, sed accedente senectitute, cum vox pene deficeret, multis precibus btinuit ut ab il ministerio absolveretur. Hic fuit meus Magister in Novitiatu, et docuit me prima Ordinis elementa et observantias. Imprimis silentii et solitudinis severus instructor, multis tamen admodum charus. De seipso hc referbat : « Cum essem junior, nec multos annos haberem in Ordine, Vicarius erat domnus Laurentius de Muschesele, qui quoties visitandi gratia venit ad me in cellam, sermonibus suis et exhortationibus sic erexit me et stabilivit ac consolatus est, ut postea gratiam Dei singulæm mihi adesse sentirem. « Eram siquidem pronior ad modestiam, proclivior ad pietatem, promptior ad fraternam dilectionem, in precibus ferventior, in divinarum rerum contemplatione sbtilior, et in cunctis observationibus Ordinois publice et privatim alacrior. » Porro quales aliquando vicissitudines sit expertus, non mihi omnino tacuit ; alias namque dicebat : « Interdum gratia Dei visa est mihi sic adfuisse, ut post Vigilias nox-cturnas et Officium Matutinale ita me sentirem robustum et alacrem, ac si non plus dimidiæ horæ fuissem in choro. Hoc modo sane divina gratia mecum egit, sed non semper , nam et interdum ita derelictus fui in

infirmitatibus meis et miseriis, ut me vitæ meæ tæderet. » Fuit autem noster Judocus vir probus et gratiosus, vultu liberali, ingenio satis acuto, qui tametsi in litteris sæcularibus non multum fuerit eruditus, scientia tamen christiana et spirituali non multis postponendus erat. »
Schrije 163.
Arsenal : 19 [januarius] Adriani Vander Cleye et Katharine uxoris sue parentibus fratris nostri Judoci et omnium amicorum suorum.

ChM173
**Judocus Erbault**
alias **Erbontius.**
a - fils naturel de Joannes Erbault, curé de Tollembeek.
f - 11 décembre 1558.

---

PB :

Pede fol. 79 : domnus Judocus Erbault. Monachus hujus Domus; ut habetur in Litteris erat filius naturalis domni Joannis Erbault Pastoris in Tollebeke, sed puto filius legitimus istius Pastoris qui certe ante amplexum statum Ecclesiasticum junctus fuerat Matrimonio. Video illum terminum aliquando in illis temporibus usitatum fuisse pro filio vero vel simili. habuimus autem a Patre ejus Pastore induitu filiitejus magnum dimidium Bonarium Terræ prope et contiguum villæ nostræ te Cromrycke cum Domo superposita 29ª martij 1557. sed diu non vixit noster Judocus nam obitum ejus denuntiat Carta anni 1559. obyt prout scribitur in Calendario 11ª Xbris 1558

AC 100:27/3, p.128, L17-18, c.1559: domnus Jodocus Erbontius, professus domus Capellæ.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 11 december : dominus Judocus Submiser Marius, professus domus Angie.
Arsenal : 11 [decembris] domni Judoci Erbault monachi professi huius domus.

ChM174
**Judocus Herbos**
alias **Herbes, de Asta, de Asca.**
b - Asse (Brabant).
c - études a Paris.
d - entré 1520
pfs 1521
e - sac ? octobre 1531-c.1532
P 1532- †.
f - 10 avril 1533 (a Bx, malade).

---

de Wal, 7044, f° 37:
Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Iudocus Herbos aschanus, duobus annis , obiit in domo Bruxellarum.
Lamalle, p. 161 et 185:

Pede fol. 66 – 67 : Judocus Herbos, Ascanus, monachus professus hujus domus, receptus et vestitus a domno Carolo Serraes priore, anno 1520, et anno sequenti professus. Audiamus de eo domnum Joannem Amonium in 2° Chronico fol 111. In pago cui nomen est Ascha, inter Alostum et Bruxellam ortus fuit Judocus Herbos. qui antequam venit ad ordinem Parisijs operam dedit literis latinis. qui religiose vixit inter nos in primis annis, et post professionem suam habuit ministerium compaginandi libros. Deinde post obitum domnus Michaelis supradicti domus hujus sacristæ domnus Judocus illi successit in hoc ministerium, quod tamen per annum integrum non administravit. quandoquidem anno 1532 per capituli generalis ordinationem, cum domnus Carolus Serraes senex et jubilarius et inutilis ab officio prioratus fuisset absolutus, electus a fratribus domnus Judocus, factus est prior hujus domus, tametsi penultimus adhuc esset monachorum, atqui non multos post dies coepit male habere, ita ut neque privatim dormire neque publice cantare quiret. Unde ingravescente infirmitate, cum accessisset Bruxellam ut a medicis ibi curaretur. Quarto idus aprilis hoc est 10[a] mensis hujus, juvenis adhuc, circa meridiem obijt, et erat dies ille cœna Domini anno 1533, et decem mensibus dumtaxat fuit prior. Jam convisitator hujus provinciæ nostræ, prior Bruxellæ profectus erat uno die cartusiam versus, antequam domnus Judocus prior noster Bruxellæ moreretur, cum igitur visitationi nuntiatum esset defunctum esse priorem domus Capellæ, protinus cum priore domus Antverpiæ venit et fuit apud nos sabbato in hebdomada Paschæ, atque illo die fuisset electio celebrata nisi domno procurator noster abfuisset. propter cum ergo dilata fuit electio usque ad diem lunæ sequentem, quo die postulatus fuit in priorem domnus Sebastianus Petrus, Hollandus, monachus domus Capellæ professus, qui tum morabatur Antverpiæ in domo ordinis nostri, et hebdomada sequenti die lunæ prioratus domus hujus investituram accepit. De quo infra.

Pede fol. 77 : domnus Sebastianus Petri vel Peeters Amstelodamus monachus professus hujus Domus, receptus a D° Carolo Serraes priore et sub eo professus, primam missam celebravit anno 1515; deinde missus ad Domum nostram prope Antverpiam hospes circa annum 1525. defuncto autem in die Coenæ Domini anni 1533 D°. **Judoco Herbosch** priore hujus Domus electione Conventualium hic noster Sebastianus illi successit Antverpia vocatus. qua in dignitate laudabiliter se gessit sed circa annum 1546 cæpit valetudine minui et sæpius ægrotare quare a capitulo generali absolutionem magnis conatibus obtinuit eodem anno per capituli generalis cartam , et institutus hujus Domus vicarius, concessa Conventualibus novi prioris electione de hoc
docto viro habet Bibliotheca Cartusiana: domnus Sebastianus Petri Amsterodamo batavus floruit An. Dñi 1533, præfixitque Hymnis quibus Ordo Cartusiensis utitur, quique a Dionijsio Rickelio commentarijs illustrantur : Cartusiasticon (ita namque auctor nuncupat) quatuor distinctum Elogijs, versu nimirum hexametro. obyt in hac Domo vicarius 11 Junij; quo anno, deficientibus cartis ignoramus, non videtur autem quod adhuc diu supervixerit post suam absolutionem,

AC 100:23/3, p. 6, L27, c.1533 : domnus Iudocus Herbes de Asta, prior domus Capelle.
AC 100:27/2, p. 291, L30, c.1533 : domnus Jodocus Herbes de Ascha, prior domus Capellæ.

AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 10 aprilis : domnus Judocus Herbosch de Ascha, prior Capellæ.
AC 279/2, 11 Aprilis : domnus Jodocus prior domus Capelle
Arsenal :

Arsenal : 12 november, obitus parentum fratris nostri Jodoci Herbos de Asca monachi hujus domus ac omnium pro quibus idem obligatur.

Schrije 164.

ChM175
**Judocus Hinckaert**
alias **Humbrart.**
b - Bruxelles.
d - 12 juillet 1492/1492(?).
e - moine 1490/1492 - †.
f - sen 8/10/11/17 octobre 1556.
g - enlumineur.

---

de Wal, 7044, f° 85:

Le Vasseur, *Ephemerides*, IV, 5, Judocus Hinckaert, Herne, 1556, 17 oktober. Huius in ordine perseverantia haud vulgaris fuit, cum per sexaginta sex annos in eadem domo, in eadem cella permanserit, vigiliis et orationibus addictus. Ibidem pie efflat animam, anno 1556, die 17 octobris.

Lamalle, p. 93, 110 et 143:

Pede fol. 60 – 63 : domnus Michael de Monte Casleto in West Flandria. Monachus professus hujus Domus, vestitus in die Cathedræ S. Petri A° 1477 sub D° Arnoldo Kaerman priore et sequenti anno professus. Juvenis probus (inquit Chronicon fol.94) qui cum D° Joanne Pauli qui hic supra fol. 50 Daventriæ Literis operam dedit latinis. ubi in studio Literarum usus est Præceptore Joanne Synthenio, cujus ob singularem eruditionem (prout illa ferebat ætas) nomen longé lateque clarum erat. Fuerat ille Joannes Synthenius et Magister famosi Eramsi Roterdami. frater autem Michael posteaquam fecit professionem in ordine, factus est vir admodum religiosus et sacerdos Deo devote serviens. habuitque naturaliter bonam fortemque vocem, et ob id piuribus annis fuit Cantor Chori, quod ministerium laudabiliter exequebatur quia non erat musices imperitus: et fuit elegans bibliographus, scripsitque in hac domo pulchre diversa volumina. Et in primis quidem unum missale cujus crucem quæ ante Canonem ponitur venuste admodum depinxit quædam Puella Bruxellensis.
Literas autem Capitales domnus **Judocus Hinckaert** frater noster monachus hujus Domus concinné formavit: quod missale poni solet in quinto altari ante B[m] Mariam. Scripsit item domnus Michael Vitas Patrum, quo Libro nunc fratres utuntur qui legunt in Refectorio, et in Choro semper solet reponi. Item scripsit magnum Librum in quo sermones et Homiliæ Doctorum continentur cum residuis quæ per totum annum in Conventu fratrum leguntur, tam de tempore quam de Festis. Multa scripsit insuper ad usum suum parva Litera in papyro: nam prædicta volumina scripta sunt in excellenti pergameno. fuit autem domnus Michael iste multum solitarius et silentium stricte servabat, aliasque ceremonias ordinis. perquam raro consuevit ad alios fratres venire aut
eorum velle Cellas intrare, nisi forté operum communium tempore. Neque visitantes recipiebat in Cellam suam nisi coactus, idque satis ægré. gratanter tamen fratres suos et amicos a Casleto venientes excipere consuevit. Raro admodum tempore colloquij manebat in fratrum societate commentandi gratia, nec libenter ad spaciamenta veniebat. Tentationes e afflictiones quas homo ille religiosus et Deo charus perpessus est quis sufficeret enarrare ? Homo simplex et rectus ac timens Deum recedensque a malo, blandimenta mundi fugitans mansitabat is Cella secum habitans, intra cubiculum et clauso ostio, orans Deum Patrem in abscondito. Semper autem habitavit in Cella cui titulus est C. erat præterea domnus Michael in victu sobrius, in supellectili cellæ purus; non tamen curiosus neque preciosus; quia magis animam suam Deo cultam reddere studebat quam exornare parietes, quemadmodus B[s] Cyprianus docet Donatum suum Libro Epist[m] 2° Epistola 2[a] circa finem. Libros etiam qui mentem legentis inflammant perlibenter consuevit legere et scribere; quorum de numero sunt Libri Thomæ kempensis " qui sequitur me, et reliqui ejusdem. Item de spiritualibus ascensionibus mentis in Deum Gerardi de Sutphania. Hæ fuerunt deliciæ domni Michaelis. Item scripsit pro suo usu sermones D Alberti magni de tempore en de sanctis. Item Bonaventuræ et Bernardi Libros curiosé legebat. Ex quibus tamen ut quibusdam videbatur factus est nimis scrupulosus conscientiæ et id quidem saltem in uno. Siquidem in quodam Libello qui S[ti] Bernardi habet titulum scriptum reperit : quod sacerdotes divinum persolventes officium, ad minimam usque literam, tenentur omnia vel audire vel pronuntiare quæ ab Ecclesia catholica sunt eis ordinata. Quale exaggerationis præceptum somnolentis fortassé et pigris et negligentibus non importuné proponitur, ut vigilanter et alacriter divinum persolvant officium stantes in conspectu Dei et in conspectu sanctorum Angelorum ejus. at domnus Michael (quod sciamus) non consuevit esse somnolentus in choro. quoties tamen vel parum quid in Choro fuit tectum aut cantatum, quod non intellexerat aut non pronuntiaverat, protinus a statione sua exijt, et accepto lumine privatim extra chorum, illud quidquid esset, repetivit et relegit. Et hoc ipsum sepius illi veniebat usu præsertim in senectute sua, quando et auditus paulatim ejus deficeret et memoria. quidam vero consolabantur eum suadentes ei ut ita facile ob hujusmodi rem non exiret Chorum, dicentes que id nequaquam esse neccessarium,

sed divino officio finito si quid relegendum putaret, relegeret. Nos aiebant omnes unum sumas, et omnes in unum pariter convenimus: ut quod ab uno satis per fecte nequit fieri, ab alys adimpleatur. et quamvis cuncti mortales sint imperfecit Deus tamen perfectus est, et opera ejus perfecta sunt omnia, quem suppliciter invocamus et rogamus etiam; ut quiequid in nobis aut in actis nostris est imperfectum, ipse misericorditer adimplere dignetur, sicut de viro justo canimus : Honestavit illum Dominus in laboribus, et complevit labores illius. At hujusmodi verbis non penitus domni Michaelis scrupulositas potuit abstergeri. quapropter nocturno tempore matutinas horas legebat solus in Capitulo, et item alias horas quando voluit; idque permissu prioris cumque postea magis indies magisque senetudine deficeret; sæpenumero flebat ubertim, quod divinum persolvere nequibat officium. optabat quidem alacriter Deo laudes cantare et honorem illi debitum exhibere; sed in semetipso per experientiam didicit verum esse quod scriptum est: corpus quod corrumpitur aggravat animam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Proinde Visitatores ordinarunt ut quotidie septes dumtaxat aut octies si bene recordor, legeret orationem Dominicam, atque omnem conscientiæ scrupulum deponeret; ut nihil amplius legere teneretur, utque bono consilio magis adquiesceret, essetque corde tranquillus, injunctum fuit hoc illi in poenitentiam salutarem. Denique paucis diebus ante obitum suum, in Oratorio suo suscepit venerabiliter et religiose de manu prioris nostri sacramentum Corporis Christi. postremum die quodam sabbati celebratis missis privatis convocati sunt monachi ad ægrotum, qui jacebat super lectum suum. quando autem intravimus Cellam ejus; longum adhuc ille trahebat anhelitum, sic, ut non statim mihi videretur esse moriturus. at inchoante priore coepimus legere Litaniam Sanctorum flexis genibus ante lectum ejus. quibus finitis, cum alys precibus, Passionem Domini secundum Joannem prior etiamnum legit: et interea decurtari coepit anhelitus egroti. deinde precationes adhuc alias ad Deum et commendationes religiosas prior legit clara voce. Interimque spiritum ille reddidit et migravit ad Dominum, sic; ut antequam pergeremus ad prandium circiter horam decimam, defunctus esset. Nonis hoc est 5 septembris 1528.

Pede fol. 71 – 74 : domnus Joannes Ammonius de Harena Gandensis monachus professus hujus Domus, receptus et vestitus a domno Carolo Serraes priore anno 1500 in die S Martini, et professus eadem die, anno sequenti sub eodem priore. Hic est author et scriptor secundi Chronici Domus Capellæ continentis vitam et mortem illorum hujus Domus cum quibus hic vixit. certum est quod fuerit vir egregie Literatus sed met ipse hoc nimis sciebat, nam de alys Literatis confratribus non ita scribit sicut de se, et parum videtur sensisse de suis superioribus, meo judicio: sed humiliatus fuit, et permisit Deus ist in hæresim Luteranam caderet sed Livinum, nostro seniorem. filij erant domni Jacobi de Harena Civis Gandensis, qui defuncta uxore sua factus sacerdos professus est apud moniales in Syon prope Cortracum ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, de quo in Chronico fol. 112 filius scriptor habet sequens. Anno 1531 obyt Cortraci sexto Idus Julij probus vir et venerabilis senex et sacerdos domnus Jacobus de Arena, qui quondam matrimonio legitimo conjugatus ex uxore sua liberos suscepit complures. quorum duo postea in ordine Cartusiano fuerunt professi. Unus in Domo Sylvæ S. Martini prope Gerardimontem, et alter in Domo Capellæ prope Angiam. Atqui defuncta sua conjuge Dñs Jacobus factus est sacerdos sæcularis. deinde post aliquot annos intravit religionem et habitum suscepit fratrum regularium S. Augustini, et professionem fecit in monasterio Sancti monialium quod Syon dicebatur. qui tametsi ortus fuit Gandavi et inibi ferme semper commoratus: ubi suas possessiones habuit et predia super quibus processit ad sacerdotium; tamen posteaquam factus est sacerdos, curtracum profectus in prædicto loco fuit coadjutor præpositi Domus illius. Ubi plus quam triginta annos religiose vixit. habuitque unam filiam ex uxore sua prædicta professam in eodem monasterio quam reliquit etiamnum superstitem sicut et duos prædictos filios. qui præter cætera dona quæ donavit Domui Capellæ
ordinavit unam Libram grossorum flandriæ nobis recipiendam a Domo professionis suæ per ministros Domus Capellæ post obitum suum, ut pro se fratres orarent Deum, et Exequias ejus celebrarent quod et factum est a nobis circiter prædictum tempus. habueruntque fratres illo die pro laboribus suis recentem salmonem elixum et assum et pintam vini et spaciamentum et similiter die sequenti; licet hoc fuerit respectu novi sacristæ nostri tunc recenter ordinati, prædictis tamen expensis. Hæc ille Joannes loco præallegato.
Idem noster domnus Joannes Ammonius de Harena postquam in suo Chronico folio 67 scripsisset annum et diem receptionis et professionis suæ ut supra retulimus; addit, Et idem frater multis annis fuit in hac Domo Cantor Chori, et contulit huic Domui plærosque bonos Libros et inprimis Bibliam eleganter impressam et accurate correctam ( qualis antea non fuit in hac domo) divisam in sex partes cum glossa ordinaria et glossa interliniari et glossa Nicolai de lyra Literali et morali, cum additionibus Pauli Burgensis; et replicis Georgij Dorinck et concordantiarum additamentis in marginibus. Literas capitales lazurio et minio fecit domnus **Judocus Hinckaert** Confrater noster sed croco illuminavit hanc Bibliam idem frater Joannes Ammonius,

adjuvantibus cum quibusdam fratribus. et Gandavi fuerunt hi libri compaginati. Præterea contulit idem et Postillam Guilielmi Parisiensis in Epistolas et Evangelia totius anni tam de tempore quam de sanctis. Et his adjuncti sunt tres Libri salutares de Patientia eleganter compositi ab cruditissimo Theologo et facundissimo Poeta F Baptista Mantuano Carmelita oratione prosaica; et hi quoque Libri bene et correcte impressi et perpulchré sunt illuminati et signati et in Bibliotheca positi. Item contulit idem Epistolas illustrium virorum, quibus adjuncti sunt Libri sex Elegantiarum sive de Lingua latina Laurentij Vallensis cum Epitomatis Ascensianis et Lima ant. Mancivelli. His adjuncti sunt etiam M. Tullij Ciceronis Rhetoricorum Libri quatuor ad Herennium et hos Libros simul compaginavit in hac Domo frater Joannes Bruno de quo paulo mox plura. Cæterum de reliquis Libris quos tunc apportavit et postmodum quos acquisivit, alias fortasse commodius disseretur. Hæc iterum ille de se.

Pede fol. 75 : domnus Judocus Hinckaert Bruxellensis monachus professus hujus Domus receptus ad ordinem a domno Gaspare van der Stock priore, et vestitus 12[a] July 1491 ac anno sequenti sub eodem priore eadem mensis July die, professus. qui reliquit Domui huic Reditum 36 Rhenensium annue super Civitate Bruxellensi et cujus Parentes et Amici Domui nostræ Benefecerunt. Hic verus Cellita postquam vixisset in hac Domo 66 annis, contentus sua Cella videlicet Littera N, in illa obyt in profesto S[ti] Evangelistæ Lucæ 11 Octobris 1556 senior Domus. quam stabilitatem (scribit Wallius) relinquo Lectori debité pensandam.

PB:

AC 100:27/3, p. 115, L9-10, c.1557: domnus Jodocus Humbrart, professus et senior domus Capellæ, qui obijt 8. octobris, et plus quam 65 annis laudabiliter in ordine vixit.
AC 100:36, p. 101, L10-11, c.1557 : obiit domnus Jodocus Hinchart, professus et senior domus Capellæ, 8 8[bris], qui plus quam 65 annis laudabiliter vixit in ordine.
AC 100:40, p. 3, L31-33, c.1557 : domnus Jodocus Hinckart, monachus professus et senior domus Capelle, qui obijt VIII[a] die octobris, et plus quam LXV annis laudabiliter in ordine vixit.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 10 october : domnus Judocus Hinraert, professus ac senior domus Capelle, jubilarius in ordine.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 11 october : domnus Judocus Hinckart, professus domus Capellæ, in qua 66 annos laudabiliter vixit et reliquit 40 florenos ren. annui reditus super opido Bruxellensis.

Arsenal:
Schrije 165.

ChM176
**Judocus de Moor**
alias **Morus.**
c - prêtre séculier a Bergen-op-Zoom
(Brabant-Septentrional, Pays-Bas).
d - 1574.
e - P c.1577-c.1580
Li P c.1580- †.
f - 11 décembre 1581.

---

Lamalle, p. 14 : (catalogus priorum) domnus Iudocus Morus, *alias de Moor*, quondam in sæculo decanus Bergensis ad Soonam. Vir doctus et senex qui tmpore institutionis fuerat tribus annis professus, qui postquam triennio præfuisset, missus est leodium prior, ubi præfuit circiter XVIII mensibus et obiit subitanea morte.
Lamalle, p. 14, note 1 : (catalogus priorum) Iudocus Morus professus et prior domus Capellæ per capitulum absolutus a prdicto prioratu institiotur Leodii anno 1580, senex, cum olim fuisset in sæculo decanus Berghæ sper Zoonam. Obiit 21 decembris 1581 Leodii eundo ad convivum. *Catalogus priorum cartusiæ Leodiensis*, dans l'Obituaire de la chartreuse de Cornillon, f° 63v (AEL).

Pede fol. 85-87 : domnus Judocus de Moor alias Morus monachus professus hujus domus ante ingressum ordinis venerabilis sacerdos et decanus Bergensis ad Zomam, vir doctus vestem cartusianam in hac domo recepit anno 1573 initio may, professionem emisit in maio 1574. Tribus annis post hanc suam professionem vix completis advenit cartha capituli generalis per quam facta misericordia domno Nicolao Huart, domnus Judocus hic nominatur prior his verbis : priori domus Capellæ fit misericordia, et ad instantiam sanioris partis conventus domus præficimus in priorem dictæ domus domnum Judocum de Moor monachum ibidem professum. domnus autem Nicolaus Huart missus est prior ad domum Ziriczeæ.
Anno 1577 hæc acta fuerant : et anno sequenti 1578 D Judocus ascendit ad generale Capitulum indicta illi Collatione, et Carta inde veniens dicit de eo articulo Capellæ : quem rogamus, ut in suis multimodis tentationibus patienter præstoletur divinum auxilium. Hoc anno Wallius de Cartusia prope Bruxellas in Scheut : 5ª februarij ait, fugientibus ex conflictu ( queratur ille conflictus alibi ) cæteris militibus ordinum, dispersi sunt per pagos Bruxellæ vicinos, et magnus erat tumultus in civitate Brux ita ut fugerent multi Cives et Ecclesiastici timentes obsidionem civitatis : et eodem die recesserunt ad Domum Capellæ relicto monasterio : D° Christianus Nouts prior, domnus Franciscus Caveneer, domnus Nicolaus Coen sacrista, D Petrus Leuwis et domnus Joannes de Broyere cum frater Joanne Lamberti Donato; quos omnes domnus Judocus de Moor prior noster humanissime excepit et in quantum potuit fovere conatus est per totam quadragesimam, cæteris Religiosis Bruxellensibus ad civitatem se conferentibus ibique remanentibus. Sed qui ad hanc Domum confugerant supradicti diu hic subsistere non potuerunt, propter Hæreticos qui et hic prævalere incipiebant. Nam ex nostris 6ª aprilis cum dicto D° Petro de Leeuwis missus est ad Domum Ultrajectensem frater Cornelius Eeckhaut de Alosto novitius in hac Domo qui anno præterito 1577 in festo S. Brunonis habitu monachali donatus fuerat de quo infra. Carta capituli nostri glis hoc anno hortatur domnum Judocum priorem nostrum his verbis: quem rogamus ut in suis multimodis tentationibus patienter prestoletur: ut supra. Hoc anno circa Pascha cessavit hic divinum officium in cantu celebrari propter Hereticorum rabiem, nec fuit hæc Domus Capellæ a nostris fratribus inhabitata ab hoc anno, usque ad annum 1593 circa festum S. Joannis baptistæ et Tabula summi altaris de qua supra iterum est separata et translata Angiam, ubi adhuc adservabatur anno 1595.
Carta capituli generalis anni 1580 habet: priori domus Capellæ fit misericordia. propter bonum ad quod vocatur in Domo Leodij, et præficimus in priorem dictæ Domus domnum Lambertum a Rossegem subvicarium monialium Brugis, sed adveniente Carta vicarium agebat in Domo de Tuchelausen; de quo infra.
In his nostris afflictionibus, persequentibus nos hæreticis, junxerunt se Rustici Herinenses qui nos defendere debuissent ( ad exemplum futuri temporis ) scribit namque P Huart de quo infra: sub annum 1579 sicut jam aliquoties ante fecerant, exigebant a nobis scabini Herinenses duos Equos et dimidium unius Custus in subsidium Exercitus Regij cum quibus jam convenerat Pˢ Judocus prior et promiserat se illis pro illo onere numeraturum sex Libras magnas. Ego vero cum jam redijssem ab exilio ( status enim Brabantiæ et Baillivus Angiensis cogerant me vertere solum, cum mandarent omnibus que liberum fecerant me interficere quocumque loco et habitu invenire : eo quod me opponerem ipso …………tibus et audacter illorum factiones reprehenderem.

Cum igitur Hannonienses et Artesiani redijssent in gratiam cum Rege Catholico, idem P[m]Judocus rogavit V. Patrum Visitatorem qui nobiscum ea de causa exul erat in Convertu nostro Leodiensi dignaretur nos remittere Procuratorem hujus Domus. me statim opposui ipsis scabinis: ipsi enim dicebant nos ad hoc ex antiqua consuetudine teneri, et ad hoc inferebant, scilicet; quod Patres nostri in subsidium regium dedissent præcedentibus annis cum obsideret serenissimus Imperator Carolus Boloniam maritimam civitatem, dedissent unum Equum; qui postea revenus et nobis redditus, semper vocatus fuisset : Calais. at ego ad hæc objecta respondi : verum esse quod ille Equus fuerit in illo Exercitu, sed non ijs legibus quas allegabant, verum quod cum non possent talem invenire qualis hic erat, quod emerunt eumdem Equum a Patribus nostris certo prætio; quodque cum soluto Exercitu redijsset idem Equus, rogarunt iterum Patres nostros velle recipere eundem Equum pro præmisso prætio: quod fecerunt Patres nostri in gratiam Pagi, et hanc ob causam invalidum esse illorum argumentum, et quod si aliud validius non adferrent quo probare possent nos ex debito ad hoc astringi : quod potius subirem aliam incertam litis, quam ego paterer Conventum nostrum hujusmodi legibus astringi. ad quod etiam me magis excitabat quod ipsi Herinenses nihil juris vel auctoritatis in nobis haberent, tum etiam quod in suis tallijs et exactionibus nihil possent nobis imponere; sed quod cum communi Clero Hanoniæ nostram annualem Taxam solvimus. Ipsi vero auditis nostris rationibus tunc siluerunt. Diu autem D Judocus de Moor in Domo Leodij non substitit, nam 2[a] Decembris 1581, subitanea morte nobis ereptus est

Pede 107 : domnus Cornelius Eeckhaut Alostanus licet alibi sit professus potest inter hujus nostræ [Domus] professos numerari. Receptus est enim in hac Domo a **domno Judoco de Moor priore** et vestitus ab eo veste novitij in Festo S. Brunonis anno 1577. exactis hic in Novitiatu Decemmensibus et prævalentibus hic Hæreticis, cum Religiosorum nostrorum quædam pars fugeret 6[a] Aprilis 1578. Litteris obedientialibus V.P. Visitatoris ex hac Domo ad Domum Ultrajectensem missus est domnus Petrus de Leeuwis hic hospes prof[s] D Bruxellarum, et cum
eo frater Cornelius Novitius. exactis et in Domo Ultrajectensi Decem mensibus, compulsus fuit cum cæteris Conventualibus, præmentibus ibidem et hæreticis et illam Domum relinquere et se cum alijs ad Civitatem conferre, ubi in Domo Præpositi Cathædralis Ecclesiæ per annum cum dimidio habitarunt. inde missus fuit ad Domum Coloniensem, in qua ordinante V.P. Visitatore post probationem sex Hebdomadarum fecit professionem nomine Domus Ultrajectinæ quod anno sequenti 1581 a generali Capitulo fuit ratificatum.
Iverat ex hac Domo Capellæ ad Domum Ultrajectensem cum optimo Testimonio V.P. Visitatoris, sui prioris et omnium Conventualium hujus Domus, de bona pia ac religiosa conversatione ejus, et antequam professus est presente D[m] Andrea Loots priore domus Monachorum munitus erat egregio Testimonio Conventualium Ultrajectensium. Fuit novitius duobus annis et decem mensibus. factus est postea Procurator in Domo Monachorum, et Ultrajecti anno 1604. magna certe stabilitas et constantia in novitio. Obyt Hospes in Domo Diestensi Anno 1623.

PB:

AC 100:27/3, p. 233, L8, c.1577 : collationem faciet prior Capellæ
AC 100:37, p. 58, L1-3, c.1578: priorem domus Capllæ rogamus, ut in suis multimodis tribulationibus patienter præstoletur auxilium divinum; et si opus fuerit, habeat recursum ad Visitatorem
AC 100:37, p. 71, L25-28, c.1580: prior domus Capellæ fit misericordia, propter bonum ad quod vocatur in domo Leodii; et præficimus in priorem dictæ domus domnum Lambertum a Nossegem, Subvicarium domus monialium Brugis, professum dictæ domus Capellæ
AC 100:27/3, p. 253, L17-19, c.1582: domnus Jodocus Maurus, professus et prior domus Leodij, et olim prior domus Capellæ, habens anniversarium 10 decembris.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 10 december : domnus Jodocus Morus, prior domus Leodij, professus et quondam prior domus Cappelle, quondam decanus Bergensis.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 25 augustus : domnus Judocus Moors, professus domus Capelle, prior domus Leodij.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 11 december : domnus Judocus Moor, prior domus Leodiensis, professus et quondam prior domus Capellæ.
Lamalle, p. 14, 186 et 214:

Delvaux, MB, p. 1447.

*BxM125*

***Judocus van Nieuwenhoven.***

*e - vic c.1697.*

ChM177
**Judocus Sterckx**
alias **Fortius.**
e - vic ? - †.
f - 15 mai 1661.

---

Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : 1661, 8 juin, au médecin Martin 2 visites au pere vicaire Judocus Stercks qui est décédé le 15 mai 1661.

Pede fol. 109 : Fundatio anniversarij domini Danielis Cappon, patris hujus, etc. in hac domo : « Nous soussignez Conventuels de la Chapelle de Nôtre Dame de Herines, aiant entendu que Mademoiselle Anne Lionielles veuve de feu Daniel Cappon de Lille en flandres, nous offre an aumosne la somme de cinq cens florins de vingt patars la piece; a la charge qu' on donnera tous les ans a l' entour de la fete de S^te^ Lucie vierge qui est la jour de la profession de son fils nôtre Confrere Dom Joseph Cappon, au Couvent une bonne pitance de poissons et a chaque Pere une pinte de vin d' Espagne, et qu' on chantera semblablement tous les ans au meme jour une messe Conventuelle de Requiem, et chaque Prêtre dira une messe, non celebrants les sept psaumes de penitence cum Litanijs pour l' ame dudit defunt Daniel Cappon ses parents et amis tant vivans que trepassez. Nous accordons et acceptons tant qu' en nous est pour nous et successeurs et promettons a la susdite Demoiselle qu' on le fera ainsi apres qu' aurons reccu l' argent. fait a Herines le 11 de mars 1627. Signe frater Pierre Daems Prieur, f Robert de Belle vicaire frater **Judocus Fortius Antiq^r^** frater Henricus Byl Procurator. frater Franciscus Boissart**.** frater Ludovicus Bourlart. f Balthasar de Wolff. f Joannes de La Motte, frater Josephus Cappon. in ferius habetur: nous accordons la dite Requete. fait durant Le Chapitre general 1627 f Bruno Prieur de Chartreuse »
Pede fol. 110 – 111 : domnus Robertus van Belle Binchiensis Monachus professus hujus Domus anno 1577 qui sequenti anno 1578 propter hæreticos cum alys Conventualibus hanc Domum deserere coactus fuit missus ad aliam et securiorem Domum. erat industrius Tornator et huc reversus Procurator diversis vicibus pecunias recepit ab illis quibus ex ejus operibus quædam presentaverat, et anno 1598 summam quandam ab abbate S. Autberti pro cavea ad includendam in ea avem ab illo recepit, quas sic receptas pecunias portat in annuo Computu Domus. Anno 1606 erat in hac Domo vicarius, et mense novembri 1609 in visitatione absoluto domus Adriano Dorpio hujus D priore et Convisitatore Provinciæ per Plenipotentianrios Patres Reverendi Patris Generalis cum data fuisset electio Conventualibus in qua non concordarant, hic domnus Robertus vicarius, ab illis nominatus est hujus Domus Rector et sequenti anno 1610 per cartam institutus est prior. hanc tamen Præsidentiam diu non tenuit, nam Carta capituli generalis anni 1614 a prioratu fuit absolutus. Anno 1615 sequenti supplicæ subsignavit presentatæ a Conventualibus hujus Domus Reverendo Patri et Capitulo Generali : quoad misam De Behault. Reverendo Patri priori majoris Cartusiæ, totiusque Ordinis Cartusiensis
Ministro generali Exponunt cum omni reverentia et humilitate prior et Conventus Cartusiæ Capellæ B^a^ Mariæ prope Angiam: quod ex virtute et tenore cujusdam Contractus olim ante annos circiter 87 initi, inter priorem et Conventuales ejus temporis; et honorandum virum Joannem de Behault Montium Hannoniæ incolam: obligati sint ad celebrationem quotidianæ unius Missæ in perpetuum, ob certam septingentorum viginti florenorum summam, tunc eisdem numeratam; quam ex eodem contractu cujus est hic annexa Copia constat fuisse consumptam in quibusdam debitis quibus tunc domus gravabatur persolvendis, necessarijs que provisionibus ordinarijs coemendis cum intentione tamen impendendi in futurum, quando uberiores suppeterent facultates similem summam in comparandis Redditibus annuis pro securitate ejusdem fundationis: quod nihilominus nunquam factum est, quare missarum numerum venerandus P^r^ Hercules hujus Provinciæ Teutoniæ non ita pridem Visitator, ad quatuor singulis septimanis redegit. quod onus tamen adhuc satis molestum et grave sentientes ob Religiosorum paucitatem et quo immerito se gravari quandoquidem nullum ex inde pereipiunt emolumentum censent se posse conqueri, supplicant humillime ut cum auctoritate et permissione R^dæ^ vestræ Paternitatis et benigna dispensatione super obligatione præfati contractus eidem liceat eis supplicantibus satisfacere per missam privatam de B^a^ Maria quæ ex ordinis more legitur; quandoquidem nulli hujus Domus Benefactori adhuc dicata est; addita oratione proprîa Inclina in plurali pro Fundatoris intentione orabuntque pro felici prosperitate R^dæ^ P^a^ Vestræ frater Hieronymus de Wydts prior frater Adrianus Dorpius vicar^s^ frater Joannes Roost senior f Jacobus Goossens pro et sacrista frater Robertus de Belle ejusdem Domus professus frater Augustinus van Doren prof ejusdem D° frater Petrus Lamberti Proc, frater **Judocus Fortius** professus.
infra : committimus Patribus Visitatoribus ut nostra authoritate provideant supplicantibus. Cartusiæ sedente Capitulo1615 frater Bruno prior Cartus

Et inferius: Juxta authoritatem nobis concessam, considerata Domus necessitate, supplicantium petitioni libenter annuimus. Datum in Cartusia Domus Capellæ in actu visitationis ejusdem 8[a] 7bris 1615 f Jacobus Dionysius prior Cartusiæ Gandensis. frater Van Emechove prior Cart° S. Sophiæ, Visitatores provinciæ Teutoniæ. Nota: descripsi suprascripta sicuti orginaliter jacent. Anno 1619 defuncto hujus domus vicario domno Dorpio, hic domnus Robertus iterum fuit institutus vicarius in quo officio perseveravit ad mortem usque quæ illi
venit 9[a] Marty 1634 postquam 58 annis laudabiliter vixisset in ord[ne].

Pede fol. 116 – 117 : domnus Jucodus Stercke alias Fortis, Angiensis Monachus professus in hac Domo Capellæ circa annum 1610. qui ut videtur semper in hac Domo fideliter et constanter mansit. Signat Chartam capituli nostri generalis vel ejus copiam anno 1638 ut vicarius hujus Domus, quo in officio perseveravit ad obitum usque 15[m] scilicet maij 1661 post quam 51 anñ laudabiliter vixit in ordine.

PB:

AC 100/28, p. 158, c.1662 (RABg CE 37): domnus Judocus Fortius prof et vicarius ds Capellæ
AC 100:27/5, p. 122, L17, c.1662: domnus Judocus Fortius, professus et Vicarius domus Capellæ

ChM177a
**Justinus**
f -   24 juin ?

---

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 24 junius : domnus Justinus, monachus Capelle (entre 1464 et 1492 ?).

*NCM019*

***Lambertus van Hoekelen.***

*e -  P c.1381- †.*

*f -  21 décembre 1385.*

---

*<u>Lamale, p. 12</u> : (catalogus priorum) domnus Lambertus quondam prior huius domus.*

*<u>Lamale, p. 34, note 3</u> : en 1384, le prieur de Bopis-Saint-Martin, Jacque de Honschoete, avait déjà vendu au prieur d'Hérinnes, Lambert Van Hoekelen, des rentes qsur des biens sis à Deurne près d'Anvers. Cartul. des chartreux d'Anvers, f. 53 (SAL, n° 14)*

*<u>Lamale, p. 38</u> : ab anno 1381 ad annum 1411 creduntur in hac domo prioratum tenuisse (quantum potuit coniici ex scriptis vel auditis) domins Lambertus, qui non scribitur huius domus monachus fuisse sed prior…*

*<u>Pede fol. 5</u> : domnus Lambertus prior hujus Domus ad cujus nomen non reflexi quia obscuré scriptum in antiquo Calendario, cui hic locum dedi. obyt 21 Xbris. apparet alterius domus professus.*

*Ne figure pas dans le catalogue des prieurs !*

*AC 279, Calendarium : 21 december, domnus Lambertus, prior domus Capellæ.*

ChM178
**Lambertus van Rotselaer**
alias **van Nossegem, Roeselaer.**

d - tons et ord min 15 juin 1565
subd 16 juij 1565
sds 22 décembre 1565.
e - proc ? - ?
SA subvic ? - ? (ca 1570/1575)
Tückelhausen vic ? -c.1580
Ch P c.1580- †.
f - Tückelhausen 29 mai 1580.
g - décédé a Tückelhausen avant l'arrivée de sa nomination comme P a Ch.

---

AC 100:27/3, p. 249, L19-20, c.1581: domnus Lambertus Roliseluer, professus et prior domus Capellæ, hospes domus in Tuckelhausen.
AC 100:37, p. 71, L25-28, c.1580: prior domus Capellæ fit misericordia, propter bonum ad quod vocatur in domo Leodii; et præficimus in priorem dictæ domus domnum Lambertum a Nossegem, subvicarium domus monialium Brugis, professum dictæ domus Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 8 octobris : domnus Lambertus van Retsselare, designatus prior domus Capellæ, cuius erat professus sepultus in Tuckelhausen.
de Wal, 7044, f° 150:

Le Vasseur, *Ephemerides*, II, 272, Lambertus Rotselaer, Herne, 1580, 29 mei. Prior Capellæ. — Professus huius Cartusiæ, ubi egit magistrum novitionum et Procuratorem; factus postea subvicarius monialium Brugis, fit deinde Vicarius Cellæ Salutis in Tuckelhausen. Per Capitulum generale a.1580 instituitur prior Capellæ, sed antequam Charta reciperetur, ibidem diem extremum clausit, c. 29 maii. Fuit eximisericordia. sanctitate exornatus, tantæque apud omnes existimationis, ut Visitator Alemaniæ Inferioris, inter cæteras Lamberti defuncti laudes, non dubitaverit asserere quod talis ac tantus vir Catalogo Sanctorum inscribi deberet. Fuit ita orationi addictus, ut in illius exercitio spiritum Deo reddiderit, mortuus in oratorio inventus. *Ex manuscriptis.*

Delvaux, MB, p. 1447:

Lamalle, p. 14 : (catalogus priorum) domnus Lambertus Retsselaer huius domus professus qui tunc vicarium agebat in domo Ruscii (chartreuse de Reinschaw). Hic fuit per capitulum generale institutus prior huius domus, sed non resedit quia obiit antequam charta capituli reciperetur.
Lamalle, p. 14186.

Pede fol. 87 : domnus Lambertus van Rotselaer monachus professus hujus Domus qui primitias suas celebravit anno 1565, et factus est Procurator in hac Domo circa 20 Juny 1570 in quo officio perseveravit usque ad annum 1577, quo verosimiliter missus est subvicarius ad Domum monialium Brugas, et inde creatus est vicarius in Domo de Tuchelausen. Anno autem 1580 absoluto per cartam D° Nicolas Huart priore hujus Domus et ad prioratum domus Ziriczeæ translato, per eandem cartam domnus Lambertus hujus Domus Capellæ institutus fuit prior. sed antequam charta hæc ad Domum illam de Tuchelausen pervenerat pie in suo oratiorio obierat et sic fuit inventus mortuus. orationi addictissimus semper fuerat, et tam sanctæ famæ ut visitator Provinciæ Allemaniæ scripserit de eo visitatori hujus provinciæ quod talis et tantus vir Cathalogo sanctorum merito deberet inscribi, hæc Wallius Bruxellensis.

Pede fol. 85 – 87 : domnus Judocus de Moor alias Morus monachus professus hujus Domus Ante ingressum ordinis venerabilis sacerdos et Decanus Bergensis ad zomam vir doctus vestem Cartusianam in hac Domo recepit anno 1573 initio may, professionem emisit in maio 1574. Tribus annis post hanc suam professionem vix completis advenit Cartha capituli generalis per quam facta misericordia D° Nicolao Huart domnus Judocus hic nominatur prior his verbis : priori domus Capellæ fit misericordia, et ad instantiam sanioris partis Conventus Domus præficimus in priorem dictæ Domus domnum Judocum de Moor monachum ibidem professum. domnus autem Nicolaus Huart missus est prior ad Domum Ziriczeæ.
Anno 1577 hæc acta fuerant : et anno sequenti 1578 D Judocus ascendit ad generale Capitulum indicta illi Collatione, et Carta inde veniens dicit de eo articulo Capellæ : quem rogamus, ut in suis multimodis tentationibus patienter præstoletur divinum auxilium. Hoc anno Wallius de Cartusia prope Bruxellas in Scheut : 5ª februarij ait, fugientibus ex conflictu ( queratur ille conflictus alibi )

cæteris militibus ordinum, dispersi sunt per pagos Bruxellæ vicinos, et magnus erat tumultus in civitate Brux ita ut fugerent multi Cives et Ecclesiastici timentes obsidionem civitatis : et eodem die recesserunt ad Domum Capellæ relicto monasterio : D° Christianus Nouts prior, domnus Franciscus Caveneer, domnus Nicolaus Coen sacrista, D Petrus Leuwis et domnus Joannes de Broyere cum frater Joanne Lamberti Donato; quos omnes domnus Judocus de Moor prior noster humanissime excepit et in quantum potuit fovere conatus est per totam quadragesimam, cæteris Religiosis Bruxellensibus ad civitatem se conferentibus ibique remanentibus. Sed qui ad hanc Domum confugerant supradicti diu hic subsistere non potuerunt, propter Hæreticos qui et hic prævalere incipiebant. Nam ex nostris 6[a] aprilis cum dicto D° Petro de Leeuwis missus est ad Domum Ultrajectensem frater Cornelius Eeckhaut de Alosto novitius in hac Domo qui anno præterito 1577 in festo S. Brunonis habitu monachali donatus fuerat de quo infra. Carta capituli nostri glis hoc anno hortatur domnum Judocum priorem nostrum his verbis: quem rogamus ut in suis multimodis tentationibus patienter prestoletur: ut supra. Hoc anno circa Pascha cessavit hic divinum officium in cantu celebrari propter Hereticorum rabiem, nec fuit hæc Domus Capellæ a nostris fratribus inhabitata ab hoc anno, usque ad annum 1593 circa festum S. Joannis baptistæ et Tabula summi altaris de qua supra iterum est separata et translata Angiam, ubi adhuc adservabatur anno 1595.
Carta capituli generalis anni 1580 habet: priori domus Capellæ fit misericordia. propter bonum ad quod vocatur in Domo Leodij, et præficimus in priorem dictæ Domus domnum **Lambertum a Rossegem** subvicarium monialium Brugis, sed adveniente Carta vicarium agebat in Domo de Tuchelausen; de quo infra.

Pede fol. 97 : domnus Adrianus van den Dorpe Ninovita monachus prof[s] hujus Domus circa annum 1566; sed anno 1578 propter hæreticos cum alys ad exteras Domos exulare compulus, missus fuit ad Domum Erffordiæ ubi non diu post factus est Procurator.
Anno autem 1580 per cartam capituli nominato hujus Domus Capellæ priore D° **Lamberto van Rotselaer** sed ante adventum Cartæ in Provincia, defuncto; domnus Adrianus per P. Visitatorem e domo Erffordia evocatus est, et hujus Domus institutus est Rector, in qua diu residere non potuit, quia hoc eodem anno ut superius vidimus in V.P. Huart Dominica infra Octavas B.V. Mariæ fuit exustum nostrum monasterium vel maxima pars illius ab hæreticis qui præsidium habebant in Ninive junctis Angiensibus sicut et totus Pagus Herinensis, Ecclesia vero Parochialis Herinensis anno 1581 feria 2[a] ante Palmas.

AAM, Acta Episcopalia Cameracensia, register nr 25, f° 200: Feria sexta quatuor temporum post festum Penthecostes que erat decima quinta mensis junii 1565 in ordinibus generalibus Angie celebratis fuerunt tonsurati juvenes infrascripti … Eodem die accoliti ordinati … fratres Lambertus Roeselaer ordinis carthusianorum conventus de Herinnes prope Angiam
f° 200: subdiaconi altero die (16 junij 1565) ordinati frater Lambertus Roeselaer ordinis præmonstatenser conventus de Tongerloe.
f° 204: presbiteri eodem die (22 decembris 1565) ordinati frater Lambertus Roeselaer conventus carthusianorum de Herinnes prope Angiam.
AAM/kartuizers/Arnhem/3:
Exposita pro personis ordinis provintiæ Teutoniæ iussu V. P. Prioris Arnemisericordia.ni
Anno 1580 14 Aprilis missus DE. Lambertus domus Capellæ professus in duobus f… brugon…… Moguntiam, addii pro viatico
Bde Chartreuse, P. Basti, A-V 245a, chartreuse de Tuckelhausen : nécrologe c.1581, obiit domus Lambertus Roliselver, professus et prior domus Capellæ, hospes in domo Tuckelhausen.

ChM179
**Laurentius (van) Musschezele**
alias **Merkensele.**
b - Alost (Flandre Orientale).
c - prêtre séculier.
d - nov 1432.
e - P 1437-1445
vic 1445- †.
f - 3 décembre 1477.

---

PB:

Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Laurentius de Aelst quondam monachus vicarius et prior huius domus.
Lamalle, p. 46: in contina l'œuvre commencée par Jean d'Arras et continuée par Jean de Montegys « sed aliquas perfecit dominus Ioannes Montegys successor eius, item dominus Laurentius postea tres vel quatuor. »
Lamalle, p. 53-54 : anno igitur 1437 domius Laurentius Muschesele de Aelst, professus huius domus, electus est in priorem huius domus qui fuerat 3 vel 4 annis tantum in ordine, vir religiosus devotus ac timens Deum, et rexit domum hanc circiter 8 annis et ipsam tam in ædificiis cellarum quam idoneus personis multum valde decoravit. Iste fuit hic prior tempore magnæ caritatis et quia dominus Gerardus de Delft cum esset in officio prioratus fuit vir parcus, solaria reliquit plena annona et bladis : quæ iste dominus Laurentius tam largiter erogavit tempore præfatæ caritatis et alia quæ habere potuit, ut inde magnam famam acquisierit in vulgo. Et post hæc incidit in magnam infirmitatem ita ut desperatus fuerit a medicis et ideo tempore visitationis absolutus fuit a visitatoribus. Postea tamen convaluit et plusquam 30 annis vixit ac vicarius hic fuit.
Lamalle, p. 53-54 : dominus Laurentius Muschesele, Alostanus, professus Capellæ, electuqs est anno 1437. Hunc scriptores omnes sanctum prædicant et miraculis clarum ; post octo annos præsidentiæ in gravissima infirmitate absolutiones petiit, qua obtenta convalescens, per 32 annos vicariatum exercuit. Ordinis gloria, principum refugium, pater pauperum, suorum exemplar fuit et amor ; ante fuerat rector scholarum Alosti. Obiit in profesto Sanctæ Barbaræ specialis eius patronæ anno 1477.
AC 100:3, p. 26, L14-15, c.1438 : priori domus Capelle Beate Marie non fit misericordia, et super licentiis quas petit respondebitur sibi ad partem.
AC 100:10, p. 209, L12-13, c.1438 : priori Capelle Beate Marie non fit misericordia, & super licencijs quas petit respondebitur sibi ad partem.
AC 100:24, p. 161, L8-9, c.1438 : priori Capelle Beate Marie non fit misericordia Et super licencias quas petit respondebitur sibi ad partem.
AC 100:3, p. 47, L8, c.1439 : priori domus Capelle Beate Marie non fit misericordia.
AC 100:10, p. 224, L18, c.1439 : priori domus Capelle Beate Marie non fit misericordia.
AC 100:24, p. 169, L31, c.1439 : priori domus Capelle non fit misericordia.
AC 100:3, p. 67, L24, c.1440 : priori domus Capelle Beate Marie non fit misericordia .
AC 100:11, p. 8, L2, c.1440 : priori domus Capelle Beate Marie non fit misericordia.
AC 100:24, p. 176, L48, c.1440 : priori domus Capelle Beate Marie non fit misericordia.
AC 100:3, p. 87, L17, c.1441 : priori domus Capelle Beate Marie non fit misericordia.
AC 100:24, p. 182, L39, c.1441 : priori domus Capelle Beate Marie non fit misericordia.
AC 100:3, p. 108, L34, c.1442 : priori domus Capelle Beate Marie prope Angiam non fit misericordia.
AC 100:11, p. 26, L2, c.1442 : priori domus Capelle Beate Marie prope Angiam non fit misericordia.
AC 100:24, p. 191, L16-17, c.1442 : priori domus Capelle Beate Marie prope Angiam non fit misericordia.
AC 100:3, p. 129, L23, c.1443 : priori domus Capelle Beate Marie prope Angiam non fit misericordia.
AC 100:3, p. 150, L237-29 c.1444 : priori domus Capelle Beate Marie prope Angiam non fit misericordia. Et super licentia quam petit super absolutione in casibus reservatis habeat recursum ad visitatorem principalem cui est commissum.
AC 100:11, p. 42, L16-18, c.1444 : priori domus Capelle Beate Marie prope Angiam non fit misericordia; & super licenciam quam petit super absolucione in casibus reservatis, habeat recursum ad visitatorem principalem cui est commissum.
Pede fol. 18 : domnus Henricus de Loe, Lovaniensis, monachus professus hujus domus receptus a domino Laurentio priore, anno 1441 quo sancto viro absoluto ut supra vidimus anno 1445, hic ex vicario electus est prior.

Pede fol. 18 : deinde anno 1445 ut supra vidimus, in visitatione domus ad suam maximam instantiam a prioratu absoluto dominio Laurentio de Muschezele, hic domnus Henricus de Loe prior a conventualibus electus est et confirmatus.

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore prioratus domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Laurentius, vicarius noster de Alst.
AC 100:31, p. 17, L2-5, c.1478 : obiit domnus Laurentius van Merkensele professus domus Capellæ, habens anniversarium perpetuum [cum] associatione 3 decembris, et missa de Beata Maria a singulis sacerdotibus, cum penultima oratione : « Da nobis » in singulari.
Lamalle, p. 79 : anno eodem (1477), in profesto Sanctæ Barbaræ Virginis obiit domus Laurentius de Muscheseele de Aelst, qui fuerat rector scholarum in Aeslt. Vir bonæ vitæ et famæ, et bonus clericus licet grammaticus. Receptus hic ad ordinem a domino Ioanne Montegys priore huius domus circa annum 32 vel 33. Qui valde rigorose et religiose se in ordine habuit et devote, ita quod postquam fuerat circiter 4 annis hic monachus factus est prior huius domus circiter 8 annis ; sed propter infirmitatem ut putabatur incurabilem absolutus a dicto officio, postea fere 33 annis vicarius huius domus fuit, on quo officio obiit, vir bonæ vitæ et famæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis* : 3 december : domnus Laurentius Muschezele, prior et vicarius domus Capelle.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis* : 4 december, domnus Laurentius de Musscchzele, quondam prior domus Capellæ, postea 33 vicarius.
Arsenal : 3 decembris, obitus domni Laurencij Musschezele quondam monachi, prioris et postea fere XXXIIJ annis vicarij huius domus.

Pede fol. 10 : item postea domnus Laurentius tres vel quatuor, et domnus Arnoldus unam.
Pede fol 12-17 : domnus Laurentius Musschezeele, patria Alostanus, professus hujus domus, post chartam anni 1437 data electione conventui hic prior electus est. Is fuit in ordine receptus a domno Joanne de Montignies circa annum 1432 et fuerat Alosti rector scholarum. Cornelius van Gestel in suo Archiepiscopatu Mechliniensi scribit eum fuisse ibi decanum capituli quod cum eo et alij dicunt. Hoc autem non habent nostra documenta, nisi forsan verum sit quod nobis asseruit piæ memoriæ reverendus dominus van Uffel cantor capituli Harlebekensis, qui fuerat ante canonicus Alosti, decanatum fuisse conjunctum rectoratui tunc temporis fuisseque unam eamdemque dignitatem.

Referam hic paucis verbis quæ de hoc venerabili viro scribunt Dorlandus, Raissius, Bostius, Vinchant, Colins et alij quos vidimus.

Cum dives esset Alosti et magnarum opum haberetque plures opulentos commensales clericos, tactus divino spiritu introrsum subito domus suæ præclaram supellectilem vendidit et in pauperes aurum omne distribuit : quod ut amici ejus agnoverunt, interrogant eum an stultus factus sit, qui sic repente res suas omnes profundat ac dissipet. Quibus ille : consulit ait, Christus in Evangelio ut si quis cupiat esse perfectus, vendat cuncta quæ possidet ac det pauperibus, nudusque nudum sequatur pro se crucifixum Dominum. Publice igitur a judicibus vel magistratu prohibitum fuit ne quis aliquid a Laurentio emat. Ille sic coarctatus argentea vasa et pretiosa quæque integra ut erant pauperibus erogavit. Dehinc possessionibus cunctis hoc modo distractis in tantum pauper ut ne obulum sibi vel unicum retinuerit, Christum pauperem secutus est, itaque ad cartusiam Capellæ tendens, pauxillum cerevisiæ quo sitim suam exstingueret emere in via nequivit quia non habebat unde. Quod hic mirandum magis, hic vir Deo dignus ante bonis omnibus se spoliaverat, quam sciret sibi locum in hac domo patere ; sed erat illi fiducia in Deo, non se posse ab eo deseri, ob cujus amorem omnia deseruisset. Atque ideo statim ut locum petijt, a sacro conventu susceptus est, censu pauper, sed fide ac devotione ditissimus. Audivi dici quod hanc domum instituerit (constituerit, Lamalle) hæredem reddituum et terrarum suarunt (suarum, Lamalle) in Alosto et in vicinia, unde et provenisse dicunt ea quæ et in hanc usque diem domus nostra ibi possidet ; sed hoc licet maximo studio in chartis illarum possessionum exquisiverim (exquisierim, Lamalle), invenire non potui. Fratres conversi duo, scilicet frater Joannes de Alosto et frater Joannes de Teneramunda in vicinia Alostensi (Alosti, lamlle) aliquas nobis terras dederunt. Benefactores varij cætera, de quorum numero esse possunt ex parentela ejus aliqui ejusdem nominis Musschezele quorum anniversaria habet antiquum nostrum calendarium.

… Longo ante mortem tempore, tibias habuit horrendis ulceribus deformatas, exesas et putridas, ex quibus vermes innumeri scaturiebant : qui rodentes tabefactam carnem, immanissimis eum doloribus exagitabant, quorum tanta erat copia ut foris sub aspectu fratrum ebullirent. Patientia opus perfectum habet, ut merito sanctum vocitemus et perfectum quem (qui, Lamalle) in magnis adversitatibus invenerimus patientem. In ijs (his, Lamalle) pœnis maximis nedum patientissimus videbatur Laurentius noster, sed et jucundissimus : exultans et laudans et gratias Deo agens et tamquam prudens mercator sciens his doloribus, mansuras semper delitias emereri…

Pede fol. 18 : domnus Joannes de Haycruyssen, monachus professus hujus domus et secunda postmodum professione domus S[æ] Anna Monialium prope Brugas. considerati facile potest qualis hic vir fuerit, quippe qui magister novitiorum fuit et domnum **Laurentium Musschezele** in spiritualibus educavit ( obyt 7[a] septembris 1442 ) vel potius illum stabilivit.

Pede fol. 22 : defuncto domno Laurentio de Musschezele, vicaris hujus domus in profesto Sanctæ Barbaræ anno 1477, domnus Henricus de Loe iteram vicariatum suscepit et in officio illo perseveravit ad mortem usque sive felicem transitum ad alteram vitam uti speramus. erat tanc annorum circiter 75 ex quibus 40 in ordine laudabiliter explevit. Anno 1481. Vide infra in morte ejus quid acciderit cum priore suo domino Arnoldo Kaerman.

Sed pene fui oblitus adscribere quam ab ipso audivirem memoratu dignam, « cum essem junior, inquit, et multis annis in ordine non fuissem, pater Arnoldus Kaerman diu fuit hujus provinciæ visitator principalis et propterea frequenter oportebat eum abesse domo. Interim vero domnus **Laurentius de Musschezele** vicarius fuit hujus domus, quod ministerium laudabiliter etiam exequebatur. Sed quoties pater Laurentius visitandi gratia venit (veniebat, Lammalle) ad me in cellam, sermonibus suis et exhortationibus sic erexit me, stabilivit et confortavit, ut posteaquam fuit in cella mea, per duas hebdomadas mihi gratiam Dei sentirem adesse. Eram siquidem pronior ad modestiam, proclivior ad pietatem, promptior ad fraternam dilectionem, ferventior in precibus, subtilior in divinarum (divinorum, Lamalle) contemplatione, et in cunctis observationibus ordinis publice et privatim (privatis, Lamalle) alacrior. » Sed de prædicto domno Laurentio alia multa referuntur. Porro quales aliquando vicissitudines et ipse magister meus domnus Judocus in ordine sit expertus, non etiam mihi tacuit omnino ; alias namque dicebat : « interdum gratia Dei visa est mihi sic adfuisse ut post vigilias nocturnas et officium matutinale, ita me sentirem robustum et alacrem ac si non amplius quam ad dimidiam horam (dimidia hora, Lamalle) in choro fuissem. Hoc modo sane divina gratia mecum egit, sed non semper. Nam et interdum ita (sic, Lamalle) relictus sum infirmitatibus meis et miserijs, ut non solum tæderet me vitæ mea, sed etiam ut non numquam (sed nonnumquiam etiam, Lamalle) optarem mihi terram dehiscere, quo liberatus a tentationibus in ea (quo libaramu in ea quiescerem, Lamalle) quiescerem.

Kiekens, 'Deux chartreux d'Alost honorés dans leur ordre du titre de bienheureux', dans *Précis historiques*, 1873, p. 395.

Tou, f°48v.

Schrije 167:

*LoM107*
***Laurentius Serjant.***
*e - P c.1629-c.1642.*

---

Delvaux, MB, p. 14 2004:

AC 100/34, p. 34, c.1621 (RABg CE 1502): priori domus Diestensis non fit misericordia.
AC 100/28, p. 44, c.1623 : priori ds Diestensis non fit misericordia.
AC 100/28, p. 54, c.1624 : priori ds Diestensis non fit misericordia.
AC 100/28, p. 64, c.1625 : priori ds Diestensis non fit misericordia.
AC 100/28, p. 74, c.1626 : priori ds Diestensis non fit misericordia.
AC 100/28, p. 83, c.1627 (RABg CE 738): priori ds Diestensis non fit misericordia.
AC 100/28, p. 91, c.1628 (RABg CE 739): priori ds Diestensis alibi Instituto fit misericordia.
AC 100/28, p. 98, c.1629: : priori ds Diestensis non fit misericordia.
AC 100/28, p. 98, c.1629 (RABg Aanw 593): … præficimmus in priorem dictæ ds (Capellæ) domnum Laurentium propterea a prioratu ds Diestensis absolutum
AC 100/34, p. 18, c.1630 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/28, p. 108, c.1631 : priori ds Capellæ non fit misericordia.
AC 100/28, p. 118, c.1632 : priori ds Capellæ non fit misericordia.. Et ds quampreimum visitetur
AC 100/34, p. 28, c.1633 : priori domus Capellæ non fit misericordia
AC 100/34, p. 37, c.1634 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/34, p. 46, c.1635 : priori domus Capellæ non fit misericordia
AC 100/34, p. 56, c.1636 : priori domus Capellæ non fit misericordia.
AC 100/34, p. 67, c.1637 : priori domus Cappellæ non fit misericordia.
AC 100/28, p. 127, c.1638 : priori ds Capellæ non fit misericordia.
AC 100/34, p. 77, c.1639 : priori domus Cappellæ non fit misericordia
AC 100/28, p. 137, c.1640 : priori ds Capellæ non fit misericordia.
AC 100/34, p. 86, c.1641 (RABg CE 2494): priori ds Capellæ non fit misericordia
AC 100/28, p. 145, c.1642 (RABg CE 731): priori ds Capellæ alibi instituto fit misericordia. … et præficimus in priorem dictæ ds domnum Laurentium Serjants, propterea a prioratu ds Capellæ absolutum
AC 100/34, p. 95, c.1644 (RABg CE 1504): priori domus Gandavi non fit misericordia
AC 100/34, p. 103, c.1645 (RABg CE 2410): priori domus Gandavi non fit misericordia
AC 100:27/5, p. 89, L13-16, c.1656: domnus Laurentius Scharians, professus domus Lovanij, alias prior domorum Diestensis, Capellæ, et Gandavj, ac Convisitator Teutoniæ, habens plenum monachatum et missam de Beata per totum ordinem, obijt [……].
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 27 januarius : Laurentius Sergans, convistator prov. Theut.

AAM, Acta Episcopalia Mechliniensia, 60, niet gefolieerd: Die XX septembris 1602, Tonsurati sunt Bruxellæ, frater Laurentius Jacobeuns ordinis carthusianorum Lovanij.
Eodem die promoti ad minores ordines, frater Laurentius Jacobeyus ord. Carth. Lovanij.
die XXJ sept 1602 promoti sunt ad subdiaconatum, frater Laurentius Jacobeyus, ordinis Carthusianorum Lovanij.
Die 24 Maij 1603 promoti ad diaconatus … frater Laurentius Serjanss ordinis Carth:
… eodem die (18 7bris 1604) promoti ad sacrum presbiteratus ordinem, frater Laurentius Serians carth. …

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 27 januarius : domnus Laurentius S'herjans, professus domus Lovanij et alias prior domorum Diestenssis, Capellæ et Gandavi et convisitator provinciæ Teutoniæ.

Lamalle, p. 15 : (catalogus priorum) Franciscus Schot patricius Bruxellensis itidem professus domus Lovanii ; is præfuit usque ad annum 1625, quo missus fuit per cartam ad regimen domus Lyræ et his per cartam substitutus est in eius locum dominus Petrus Daems Antwerpiensis, professus dictæ domus Lyræ, qui vum gubernasset domum hanc usque ad annum 1629, facta est per cartam mutatio pioratuum inter ipsum et dominum Laurentium Sherians middelburgensem, professum domus Lovanii, priorem domus Diesthensis, qui tunc administrationem domus huius suscipiens magna cum laude eam exercuit. Sub eius regimine omnis ferme preciosa suppellex argentea, necnon altariorum ornamenta comparata sunt ecclesiæ nostræ.

Anno 1642 iussus est dominus Laurentius Sherians per chartam capituli præesse domui Gandavensi, eique hic subrogatus fuit dominus Adrianus Buyckx, professus huius domus.

Pede fol. 103-105 : Hoc anno chorus noster aperibus tectus est et anno sequenti 1602 domnus Adrianus Dorpius prior hujus domus iterum institutus est convisitator provinciæ et anno 1608 ascendit ad capitulum generale anno 1609 factum est sub generali Brunone D'Affringues, memorabile quid non solum in hac domo sed et in tota provincia : hic reverendus pater et capitulum generale provinciam nostram integram quod officiales subverterunt suscitati a quo, ignoratur. Deputati aut commissarij pro visitanda provincia erant domnus Petrus Serval prior domus Montis Dei et domnus Martinus Bleneau prior domus Noviomi visitatores ordinarij provinciæ Picardiæ, hi circa calendas novembris hoc anno domum Bruxellensem visitarunt in qua prior erat domnus Hercules Winckelius prof domus ~~Lovany~~ Bruxellæ et visitator hujus provinciæ. Hoc actu visitationis finito, venerunt ad hanc domum Capellæ in qua domnus Adrianus prior erat et provinciæ convisitator, quem in visitationis actu absolverunt dante: conventualibus electionem. ad hanc ut se rite prepararent secundum statuta interea temporis domum Sylvæ Sancti Martini adierunt ibique domini illi plenipotentiarij, idem fecerunt et absolverunt priorem domnus Jacobum Denijs, qui tamen tam egregius vir erat ut postea factus sit visitator, et miserunt illum Gandavum ad domum suæ professionis functurus in illa officio vicarij. tunc repetentes hanc domum Capellæ in qua conventuales in electione non concordarant instituerunt in rectorem domnum Robertum van Belle vicarium, et priorem absolutum domnum Adrianum fungi jubent officio vicarij in quo officio obyt. Domnum Augustinum van Doorne instituunt procuratorem absoluto procuratore domus tum Bruxellam reversi absolvunt domnum Herculem priorem hujus domus provinciæ visitatorem qui absolutus elegit domum habitationis suæ Diestensem in qua ex hydropisi brevi post obyt 5[a] scilicet july præfecerunt autem domui Bruxellensi domnum Joannem Emmechoven professum et priorem domo Lovanij in qua domnum Godefridum de Haelmale constituerunt rectorem.
Erat in domo Leodij prior domnus Joannes de Steelant, quem ad se Bruxellas venire jusserunt et ibidem illum absolverunt et mittunt ad domum Diestensum vicarium. Deinde Brugas pervenientes absolverunt in domo monachorum vicarium et procuratorem, vicariatum imponentes in domnum Joannem Marensem professum domus Leodij et procuraturam dantes domni Guidoni. In rectorem domus Sylvæ Sancti Martini instituunt domnum Livinum de Jaghere professum domus Gandavi, in vicarium domnum Cornelium La Rousse professum domus monachorum Brugis, in procuratorem domnum Egidium Blitterswyck professum domus Bruxellarum præcedenti procuratore domno Petro Lamberti professo domus Lovanij remisso ad domum suæ professionis. qui brevi post factus est hic procurator, absoluto domno **Augustino**. In domo Diestensi similiter vicarium ac procuratorem absolverunt in vicarium eo miserunt absolutum domnum priorem Leodiensem ut supra in procuratorem instituentes domnum Petrum Eikermans.
Gandavi absolutis officialibus illis etiam duobus mittunt ad illam Domus vicarium ut supra, et alterum domnum **Laurentium t Serjants** professum domus Lovanij In Domo Leody Rectorem nominarunt domnum Joannem Brial professum majoris Cartusiæ et anno sequenti domnus Henricus Orto Vicarius fuit missus hospes ad Domum Sophiæ. in qua et Patres Commissarij et priorem absolverunt et novum priorem posuerunt domnum Joannem Taperum professum domus Leodij et absoluto pariter ibidem Procuratore Procuraturam dederunt domni Joanni Nanningio professo domus Leodij debebant etiam per egregios illos Reformatores turbari moniales, nam apud illas absolventes Procuratorem, loco ejus posuerunt domnum Melchiorem Charles, professum domus Lovanij quod officium (teste Wallio) proficue exercuit illisque ædificavit Ecclessiam et in eo officio usque ad mortem perseveravit, quamovi electus (addit) in priorem D Capellæ.

Pede fol. 113 – 114: domnus Petrus Daems Antverpiensis professus domus Liræ Hic per suos parentes et amicos reverendum patrem generalem circa annum 1620 sollicitaverat ad habitandum in majori Cartusia promittentes expensas ipsius solvere quamdiu ibi degisset : tandem accepta ad hoc licentia et litera obedientiali reverendi patris hoc anno hinc discessit. adveniens autem in Cartusiam assignavit illi reverendus pater magistros qui melius eum formarent in cantu et cæremonijs ordinis. post paucos annos reverendus pater qui erat domnus Bruno d'Affringues misit cum vicarium ad domum Vallis Sancti Hugonis quod officium adhuc gerens anno 1625, misso per cartam capituli generalis domno Francisco Schotte priore hujus domus Capellæ ad prioratum domus ~~Diesthemij~~ Liræ, domnus Petrus Daems institutus est hujus nostræ domus prior. Sub hoc priore anno 1627 sequens supplica presentata fuit revendissimo patri nostro generali a domno Joanne Ernault pastore hujus pagi nomine communitatis Herinensis. Reverende domine prior. Aliquot præteritis ab hinc annis cæpta fuit restaurari anterior pars Capellæ Beatæ Virginis monasterij vestri Herinensis, prout fabrilia ligna ad opud illud incadem ecclesia aptata testantur. Patres interea illius temporis, quo consilio ducti nescio, partem fabrilium lignorum in usum structuræ illius ex opposito majoris portæ vestræ impenderunt hac lege et promisso ; ut si suo tempore ædificium Capellæ perficeretur, se tantumdem vel æquivalens reddituros. Quia in erectionem tam pij quam necessarij operis plærique beneficium satis liberale contulerunt, abbas inprimis Camberonensis selectissimas aliquot suarem Sylvarum quercus donavit. fecit idipsum Rev: Abbas S[ti] Autberti Cameracensis, nec inferior in hac

liberalitate exhibenda fuit nobilissimus Princeps noster (piæ memoriæ) domnus Comes d' Arenberg pietate motus erga B$^{æ}$ Virginis Capellæ honestissimum et pijssimum ædificium, eoquod ruina hæc maxime dehonestaret monasterium hoc vestrum Cartusiarum quapropter obnixe rogamus ut ad Dei opt. max. gloriam et B$^{æ}$ Virginis honorem, ac Monasterij decus et ornamentum hanc Capellæ partem restaurari faciatis; quo facto, obloquentium hominum sæcularium loquacitatem, qui interdum sive in processionibus nostris duabus, sive in Concionibus audiendis sub dio residere coguntur ) obmutescere facietis. Hoc unum optat et precatur Dñs Joannes Ernault Pastor Herinensis nomine suæ Communitatis supplicans etc

Infra scriptum est: Conventus præfatus satisfaciat prima sua opportunitate. Cartusiæ sedente Capitulo 1627. frater Bruno prior Cartusiæ.

Anno sequenti 1628 Ecclesia anterior ædificata, fuit operta scalijs, simul numero 47500 et constarunt cum opere 567 fl: 16 assibus et circa hujus anni finem antiqua Cella Procuratoris quæ pariter a Geusijs combusta

fuerat, ædificata est et operta scalijs.

Anno 1629 venit Carta Capli per quam domnus Petrus Daems ex prioratu domus hujus translatus est ad prioratum Domus in Zeelhem et successor ejus nominatus fuit domnus **Laurentius Serjants** prior Zeelhemensis de quo infra. de Hoc D° Petro scribit Wallius: iste venerabilis Pater hanc Domum Capellæ multum reparavit ac picturis et suppllectili decoravit atque novim Ecclesiæ per Geusios destructam tegere incepit, imo texit. obyt 13 July 1653. Ante obitum tamen suum A° 1632 a prioratu D

~~Diesthemij~~ $^{Zeelhem}$ per cartam absolutus, remissus est ad Domum Ripaliæ unde venerat, ex qua sequenti anno 1633 iterum per talem cartam ad hanc nostram Provinciam remissus fuit ut prior D Antverpiæ.

Pede fol. 115-116 : domnus **Laurentius Serjants**, monachus professus domus Lovanij ex prioratu quem exercebat in domo Diestensi, ad prioratum hujus domus Capellæ transfertur per cartam capituli nostri generalis anni 1629 quo anno familia nostra consistebat incluso priore in quatuordecim monachis inter quos duo hospites. Anno 1637 prior noster factus est convisitator provinciæ quod tamen non mansit nisi tribus annis hic est prior qui inter alios varios in hac domo recepit ad ordinem Antonium Pecquium filium defuncti cancellarij Brabantiæ qui professus est circa ultimam aprilis 1633, de quo plura inferius. per cartam capituli generalis anno 1642 a prioratu domus hujus domnus Laurentius ivit ad prioratum domus Gandavensis et domnus Adrianus Buycx professus noster qui Gandavi prior erat translatus est ad prioratum hujus domus suæ professionis. Prior hic absolutus domnus Laurentius 3$^{a}$ july antequam hinc discederet reddidit statum hujus domus, in quo videre est quantum bonus hic pater pro hac domo fecerit tempore sui prioratus. Ex illo statu in lingua nostra Flandrica scripto exscripsi quæ sequuntur. primo emit 20½ jornalia terræ et sylvæ pro quibus solvit 3476 florenos, deinde recepit pro ecclesia quæ sequuntur. Van de moeder van Heer Joseph Cappon 50 guldens, van M$^{r}$ Van Helleweghen 30 guldens, van den aertsbischop van Mechelen voor eene venster in den clynen pandt 50 guldens, van jouffrouwe Isabelle Pecqius 50 guldens, van den baillu van Beveren Hendrick Cogen 25 guldens, van H$^{r}$ Niclaes Francq proost van Vorst 25 guldens; van frere Michiel stervende my overgegeven 26 – 10, van frere Pier 91 gulens. Item van weghen frere Pier noch ontfanghen 900 guldens om daer voor te doen maken een autaer kleet en silvere candelaeren. Item is ons gelegateert by testamente van mevrauw Anne de Croij, hertoginne van Aerschot tot maecken van eenen gauden celck 1000 guldens ex ijs pecunijs fieri fecit et solvit :

voor een silveren becken met 2 silvere ampullen op de canten vergult ---- 120 = 0<br>
voor eenen silveren vergulden kelck ---------------------------------------------- 145 = 0<br>
voor eene silvere doose om de hostien in te leggen ----------------------------- 40 = 16<br>
voor eene silvere vergulde remonstrantie ---------------------------------------- 386 = 16<br>
voor de custodie van de selve remonstrantie ----------------------------------- 11 = 6<br>
voor een silvere reliquatre ---------------------------------------------------------- 10 = 0<br>
aen M$^{r}$ Joachim dilversmit tot Brussel voor 6 silvere candelaers ------------ 1230 = 0<br>
aen den selven voor t' maecken van 2 silvere vergulde kelcken die<br>
gemaeckt syn uyt het legaet van Anna de Croij van 1000 generalis ----------------- 358 = 0<br>
Item voort maecken van den derden kelck waer van de cuype en patene gaut 650 = 0<br>
Item soo heb ick noch doen maecken 4 silvere vergulde kelcken en een silvere<br>
cruys om in de processie te dragen en op rekeninge gegeven ---------------- 857 = 15<br>
Item in volle betalinghe daervan ----------------------------------- ------------- 263 = 19 ½

voor 3 gelase vensters samen ----------------- f 4073 = 12 ½<br>
in den clynen pandt f 108 = 0

Voor ornamenten.

| | |
|---|---|
| Voor 14 ellen silvere laecken met gaude bloemen a 26 guld d'elle ------------ | 364 = 0 |
| 14 ellen wit damast met gaude bloemen a 18 guld d'dlle ------------------------ | 252 = 0 |
| 58 ellen groen armesyn a 3 = 10 d'elle -------------------------------------------- | 203 = 0 |
| 80 ellen groen seyen damast a 3 = 15 --------------------------------------------- | 300 = 0 |
| 30 ellen wit seyen damast a 3 = 0 ------------------------------------------------- | 92 = 0 |
| 2 ellen wit seyen damast met gaude Bloemen a 11 gl d'elle --------------------- | 22 =0 |
| 20 ellen silvere laecken voor O.L.Vrauwe Capelle ----------- ------------------- | 280 = 0 |
| f 1513 = 0 | |

Obyt hic V. Pater de domo hac tam egregia meritis 1 aprilis anno 1655, habuitque in carta capituli generalis anni sequentis plenum cum psalterijs monachatum et missam de Beata Maria per tot ordinem.

Pede fol. 119 – 120 : domnus Petrus Antonius van Pecque alias Pecquius [Bruxellensis] Monachus hujus Domus in qua ad novitiatum est receptus a D° **Laurentio Serjants** priore anno 1632 et professus est anno sequenti 1633 in fine mensis aprilis, nam 28° mensis hujus fecit suum Testamentum jam jam profiteri intendens in hoc Testamento relinquit huic Domui aut Domibus in quibus in ordine postea mansurus erat Redditum 200 florenorum annue pro emendis ornamentis ad Ecclesias vel altaria. Tunc succedentibus annis sacros ordines suscepit et initio anni 1642 ex hac Domo vicarius missus est per obedientiales P. Visitatoris ad Domum Bruxellæ: et per sequentem cartam confirmatus. deinde in illa Domo Bruxellensi factus est Coadjutor donec per cartam capituli generalis anno 1652 super Candelabrum positus missus est prior ad Domum Diestensem. defuncto autem hujus Domus priore domno Adriano Buycx 30[a] Octobris 1654 et data electione Conventui noster domnus Pecquius electus hic prior est et anno sequenti per cartam Capli confirmatus. tunc anno 1656 pingi fecit ab Excellentissimo Pictore Gaspare de Crayer Tabulam Altaris S[te] Annæ pro qua solvit 220 florenos. circa finem anni 1657 vel initio anni sequentis 1658 per obedientiales Literas Reverendi P. nostri Generalis ex hac Domo missus fuit ad prioratum Domus Valencenarum et data fuit hic Conventualibus facultas eligendi sibi novum priorem quod fecunt eligentes domnus De Wolf qui fuit in Carta 1658 confirmatus. ab illo prioratu Domus Valencenarum translatus est ad prioratum Domus Antverpiæ per cartam anno 1664 in quo per biennium tantum mansit nam inde translatus est ad prioratum Domus Liræ per cartam anni 1666. Convisitator hujus Provinciæ designatus est per Capitul gle anni 1668 et pricipalis visitator per Capitulum gle anni 1672. In hoc officio moritur in Domo Lyræ 19 Decembris 1679. supra scriptis lucet hic adscribere quæ de hoc excellenti viro scripsi in Cathalogo priorum hujus Domus Capellæ scilicet: domnus Petrus Ant. Pecquius claris ortus parentibus Patre nimirum incomparabili viro D: Petro Pecquio Brabantiæ Cancellario, matre pyssima femina domina Barbara Maria Boonen Archiepiscopi Mechliniensis sorore. huic æpplicamus ut paucis hunc priorem depingamus illud Ciceronis: nullum monumentum clarius relinquere pater potest, quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenij, filium. Tale parentibus suis gloriosum monumentum Pecquius noster fuit: qui licet prioratus et Visitatoris officijs ad finem usque vitæ gravatus, ita studijs se occupavit ut in
quinque Domibus in quibus præfuit, rarus liber sit, quem doctissimis ubique notis ac observationibus fuse non illustrarit. Tanta nitidissimo Charactere et pulcherrimo, elegantissimoque stylo scripsit, ut si sic ubique sparsa in unum colligi possent, varia efficerent volumina pyssimi ac doctissimi operis. Visitatoris officio fungens elegantissimas Visitationis Chartas in Visitatis Domibus composuit et reliquit. ex his judicamus Pecquium nostrum, magno Bibautio si non majorem equidem in scientia non inferiorem.

*SMM100*
***Livinus van Couckelaer***
*alias* ***van Reimlant, Reunlandt, Renaulamdus.***
*e -*	*To P ? - 1391*
*SM P 1391-1396*
*Ch proc 1401, 1402, 1407.*
*f -*	*11 mars [c.1415].*

---

*Pede fol. 7/Lamalle, p. 39, note 3 : domnus Livinus van Coeckelaer (Reunlandt) erat hujus domus procurator anno 1401 usque 1407 dubitatur ex rationibus in præcedenti allatis an fuerit hujus domus professus.*
*AC 100:27/1, p. 52, L15-17, c.1391 : priori Tornaci fit misericordia. ; et præficimus in priorem dictæ domus domnum Thomam nuper per nos absolutum a prioratu Vallis Sancti Petri, nec possit ibi reeligi tanquam monachtus dictæ domus.*
*AC 100:27/1, p. 52, L18-20, c.1391 : priori domus Silvæ Sancti Martini fit misericordia. ; et præficimus in priorem dictæ domus domnum Livinum Renaulandum, absolutum ab officio Prioris Tornaci*

*RAR, I, f° 97 :*
*RAR, I, f° 130v :*
*Arsenal :*
*RAR, 3 :*

ChM180
**Livinus vander Haeghen**
alias **van Haght, Dumens.**
b - Gand (Flandre Orientale)/ Hérinnes (Brabant).
e - sac ? - ?
vic ? - ?
proc ca 1553
AL hos ? -1559
Ch P 1559- †.
f - 10/11 septembre 1566.

---

Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Livinus gandavensis præfuit octo annis.
Pede fol. 81 – 82 : Livinus van der Haghen alias Oumens vel Dumens, natione Gandensis, profsus hujus domus, qui factus est sacrista, tum circa annum 1553 ex vicario factus procurator. quod gerens officium scripsit registrum bonorum nostrorum quod adhuc vocamus Haghen. Circa finem autem vitæ domni Nicolai le Cauchie missus fuit hospes Liram, mortuo vero domno Le Canchie priore prædicto 18 aprilis 1559 electus est in hujus domus nostræ priorem; quod officium gessit usque ad 11[m] septembris 1566, dum defunctus est: vero similiter ex merore et tristitia super illis quæ paucis diebus antea, hic accederant. scriptum autem invenimus in registro vocato vel intitulato 1508, de hoc anno 1566, sequentia : hoc anno 1566, 27 augusti fuit ecclesia nostra ab Hugonistis iconoclastis contaminata, altaribus dejectis, imaginibus confractis et libris permultis dissectis et dilaceratis. Venerant hi Prædones ex Aldenardo et locis vicinis acciti ab Angianis hæreticis qui tamen impune hæc non fecerunt ; si quidem 28[a] ejusdem jussu illustrissimæ ducissæ Parmensis Belgy gubernatricis, multi ex ijs capti fuerunt, aliquot etiam occisi circa bello pratum, ex captivis 30[a] ejusdem mensis juxta Gerardi Montes fuerunt 22 suspensi, et 31 in toro Gerardi Montensi ligati ad scalas cujusdam currus egregie virgis cæsi, atque hæc fuerunt iitia tot dolorum et laborum tot ærumnarum quas passum est nostrum Belgium totis his 30 annis. hæc ultima fuerunt his addita postea et (pergit) ad quas enarrandas vix sufficit lingua humana et necdum finis. Deus tandem nostri misereatur.
Hoc eodem anno ut habet Libellus quidam in procuratura antequam supra dicti nebulones hæc inceperant absconsa fuerat tabula summi altaris nostri in horreo sub straminibus, ubi salva remansit. Hæc est illa qua jam pendet ad murum anterioris ecclesiæ nostræ cum imaginibus et figuris deauratis de Passione Domini nostri. Per totum Belgium impij iconoclastæ illi furorem et rabiem suam in imagines ostenderunt hoc anno, unde Chronicon sanCta tUa ConCULCata sUnt et Contra MInata ypris 15[a] augusti. Antverpiæ 20 augusti, Liræ 21 augusti. Delphis 24 augusti. Leydis 22[a] augusti. Gandavi 22 augusti. Mechliniæ eadem die. Et eadem etiam die Amstelodami. In Sylva Ducis 24[a] augusti. Ultrajecti 10 octobris. Tornaci 24 augusti et eadem die Valencenis.

AC 100:40, p. 39, L6, c.1560 : priori domus Capelle non fit misericordia. Quem in Domino rogamus, ut sicuti bene cepit, ta perseveret.
AC 100:40, p. 72, L30, c.1562 : priori domus Capelle non fit misericordia.
AC 100:40, p. 96, L3, c.1563 : priori domus Capelle non fit misericordia.
AC 100:40, p. 119, L22, c.1564 : priori domus Capelle non fit misericordia.
AC 100:49/1, p. 10, c.1564 : priori domus Capelle non fit misericordia
AC 100:40, p. 144, L31, c.1565 : priori domus Capelle non fit misericordia.
AC 100:40, p. 173, L11, c.1566 : priori domus Capelle non fit misericordia.
AC 100:27/3, p. 171, L5, c.1567: domnus Livinus, prior domus Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 10 septembris : domnus Livinus vander Hagen, prior domus Capellæ.
de Wal, 7044, f° 112:
Arsenal : 11 [septembris] Livini vander Haght prioris huius domus et quondam procuratoris et vicarij et sacristiæ Liræ.

ChM181
**Livinus Zoet**
alias **Dulcis.**
b - Gand (Flandre Orientale).
d - entré 25 novembre 1476.
pfs 25 novembre 1477
e - cité 1487
SM hos 1488-1489
Ch 1489- ?
Grande Chartreuse hos ? - ?
Val-St-Hugues hos ? - ?
maison d'Italie hos 1499- ?
Val-Ste-Marie hos ? – c.1503
Seillon hos c.1503 - ?
Dijon hos ? -1503
Avignon hos ? - c.1505
Montrieux hos c.1505- ?
Vallis Benedictionis hos ? –c.1508
Valbonne hos c.1508-c.1509
Ch c.1509- ?
Valenciennes hos ? - †.
f - 4 février 1516 [c.1517].
g - copiste.

---

Scholtens, Bossche Bijdragen 16 (1939) 75 : … Eligius doelt hier op moeilijkheden, die onder het prioraat van Van Loon hebben plaats gehad. Zij betroffen een tweetal monniken. te weten Adriaan (niet Adam), professus van S. Sophia, en Joost Sterc, monnik van Zeelhem, die in 1505 als *hospes* bij de Vughtsche kartuizers verbleef. Reeds in laatstgenoemd jaar moest het generaal kapittel tegen Sterck optreden. In 1506 werden zij als *fugitivi* beschouwd en deswege door de Grande Chartreuse uit hun provincie uitgesloten. D. Adriaan schijnt een onderdak te hebben gevonden in de chartreuse van Villeneuve (?). In 1509 gelastte het bestuur der orde dat beide monniken, benevens een derde, D. Livinus, die professus was van het klooster bij Edingen, terug zouden keeren naar hun conventen en daar vreedzaam moesten leven.[3] Nadien wordt niets meer over het geval vernomen, zoodat kan worden aangenomen, dat het drietal zich verder rustig heeft gedragen.

de Wal, 7043, f° 125$^{V}$:

PB:

Lamalle, p. 78 : Anno 76 receptus fuit a domino Arnoldo priore in hac domo in festo S. Catharinæ Virginis et Martyris (25 novembre ?) Livinus Zoeten de Gandavo, qui hodie vivit hic monachus et sacerdos.
Lamalle, p. 89 : Anno domini 1487 fuerunt in hac domo hi 27 fratres habitum ordinis portantes, scilicet monachi, conversi et donati : … dominus Livinus Soeten de Gandavo professus huius domus.
Lamalle, p. 109/n1 : Per cartam 1500 quasi de parcitate videtur accusatus, nam habetur in illa : « Priori domus Capellæ non fit misericordia et solvat sine mora priori domus Antwerpiæ 6 ducatos Hungariæ de pondere quæ muto dedit domno Livino pro viatico ad domum Capri hospitatum misso per capitulum generale, nec recuset solvere taxam annuam pro redemptione illorum florenorum domus S. Annæ sicut per patres provinciales concordatum est. »
Lamalle, p. 125-128 : De domino Livino Dulci monacho. Anno 1476 Livinus Dulcis civis Gandavensis a domino Arnoldo priore receptus fuit ad statum monachi in festum S. Catharinæ Virginis et martyris. Hic naturaliter habuit bonam vocem eratque mediocriter in arte musica peritus et satis eleganter et nitide sciebat scribere. Qui professus in ordine et factus sacerdos, libros conscripsit diversos. Parum litteratus erat ; utcumque tamen assiduitate legendi, scribendi, audiendi et interdum loquendi, scripturas intelligere potuit. Sed postquam dominus Arnoldus prior obiit, successit ei in prioratu doinus Iaspar, cuius tempore nescio quam ob causam missus fuit ad

---

[3] *c.*1509; “Priori domus Sanctæ. Sophiæ non fit misericordia. Ordinamus et volumus, quod Domni Livinus, Judocus et Adrianus. monachi dictæ provinciæ [sc. Teutoniæ] revertatur ad domos suarum professionum, monentes priores et conventuales dictarum domorum quatenus benigne eos recipiant; et ipsi vice versa religiose et pacifice vivant; alias visitatores, sinqulorum paci consulentes, culpabiles puniant.”

hospitandum in domo Silbæ Sancti Martini prope Gerardimontem. Ubi supra modum graviter (sicut ipse mihi dixit) ægrotatione et dolore capitis fuit afflictus. Inde reversus ad domum professionis suæ, non invenit requiem. Tentatus fuit et a fratribus quibusdam afflictus nec habuit consolatorem. Quapropter clam abiit et profectus est ad domum Cartusiæ Maioris, deducente eum viroquodam amico et ibi receptus habitavit ad tempus. Et magister illi datus est domnus Ioannes Binchois scriba domus Cartusiæ, qui oriundus erat a Binchio civitate Hannoniæ ; magistrumque discipulus adiuvabat in litteris legendis et notandis quæ plurimæ feruntur undique ad illam domum. Quod tamen nonnullis non placuit quod hospes et extraneus sciret ordinis secreta, quæ fiunt ibi et pene in toto ordine. Ibi igitur dum moraretur, a domino Petro Rufi patre Reverendo missus est in domum Vallis Sancti Hugonis cum prædicti reverendi patris litteris sigillo munitis ut ibidem vicarii officium administraret. Quod etiam fecit et aliquot ibi novitios instituit. Prædictas litteras postquam ad domum Capellæ rediit ostendit nobis. Hinc absolutus rediit ad Cartusiam atque inde missus in Italiam hospitatum fuitque hospes in multis domibus ordinis ; quarum tametsi quædam fuerunt opulentæ, quædam pauperes, in nulla tamen earum facere professionem voluit. Dixitque se nobis in loco fuisse ubi Hanibal pœnus dux Cartaginiensium quondam deduxit scopulos et montem rupit aceto ut exercitu suo transitum faceret in Italiam. Sed quotannis quando potuit Livins noster ventitabat ad capitulum generale vel privatum in Cartusiam eatque facultas ibi non difficulter acquiritur. deinde fuit hospes in diversis domibus provinciæ Franciæ, præsertim in domo Divionis. Interim multum sibi profuit quod accurate sciebat scribere, namque scribendo libros illo tempore commodius acquirebat sibi necessara.
Porro circiter anno 1503, cum suo more solito esset in capitulo generali et dominus Petrus Vassor, prior domus Vallis Regalis prope Gandavum principalis visitator huius provinciæ, esset etiam ibi et sermonem habuisset et congregatos ibi patres, Livinum et duos alios adhuc fratres curavit reduci ad domos professionum eorum. Quorum unus erat monachus domus Buscoducensis dominus Adrianus, et alter monachus domus Diesthensis dominus Judocus ; quos quidam vir sæcularis reduxit cui nomen erat Iudocus, qui fuit germanus frater domini Ioannis Binchois scribæ domus Cartusiæ Maioris. Livinus autem posteaqam habitaverat 4 aut 5 annis in domo Capellæ, iterum per litteras reverendi patris domini Francisci de Puteo iussus est ire hospitatum in domo Valencenarum. nam Livinus frequenter scribere solebat, vel ad Ioannem Binchois, vel ad vicarium domus Cartusiæ, domnum Ioannem Gillardi quorum litteras et rescripta mihi quoque ostendit. In divina re peagenda Livinus aut Corporis Christi sumptione semper lachrymari solebat. Et quotidie unum brevem legere præter id quod habebat legere ex parte ordinis. At in domo Valencnarum non diu commoratus finem vitæ mortalis habuit obiitque pridie nonas februarii anno 1516.

Pede fol. 54-57 : domnus Livinus Zoeten alias Dulcis, Gandensis monachus professus hujus domus. Receptus a domno Arnoldo Kaerman priore et vestitus in festo Beate Catharinæ Virginis et Martiris A° 1476, professus cadem die A° 1477. deinde primam missam cantavit in die Dedicationis Ecclesiæ nostræ factus sacerdos. Hic teste Chronico fol. 81 naturaliter habuit bonam vocem eratque mediocriter in arte musica peritus et satis eleganter et nitidé sciebat scribere. Libros scripsit diversos, parum literatus erat, utrumque tamen assiduitate legendi scribendi, audiendi et interdum loquendi, scripturas intelligere potuit. (hactenus Chronicon) Anno 1488 cœpit cogitare de mutatione loci et scripsit super hoc reverendo patri generali, nam in carta illius anni dicitur articulo domus Capellæ " Et hortamur domnum Livinum monachum ibidem, ut se stabiliat in domo suæ professionis; alioqui committimus visitatori principali ut eidem provideat sicut bona conscientia pro ipsius salute viderit expedire, tunc missus videtur ad domum Sylvæ Sancti Martini, nam A° 1489 habetur in computu hujus domus : pro expensis fratris Livini in domo Sylvæ 30 ct et anno sequenti in computu " priori Sylvæ præter 30 ct quas habuit anno præterito, ad huc habuit pro expensis fratri Livini 24 ct item pro vestitu ejusdem Livini 9 ct 12 solid[e]. Inde huc redyt et iterum scripsit ad reverendum patrem, nam A° 1492 carta capituli generalis articulo Capelle illum iterum monet his verbis " Et domnus Livinus ibidem professus stabiliat se in eadem domo, hoc apparenter facere non valuit, nam et hoc anno ad hanc domum vocatus fuit visitator provinciæ, qui tunc erat domnus Arnoldus Huckelen prior domus monachorum, cui solvimus ut in computu 6 ct 7 solid[e], et addit propter fratres Andream et Livinum. sequentia prosequimur ex 2° Chronico, loco prædicto: sed postquam domnus Arnoldus prior obijt, successit ei in prioratu domnus Gaspar, cujus tempore (nescio quam ob causam) missus fuit ad hospitandum in dommo Sylvæ Sancti Martini ubi supra modum graviter (sicut ipse dixerat mihi) ægrotatione et dolore capitis fuit afflictus. inde reversus in domum professionis suæ non invenit requiem: tentatus fuit et a fratribus quibusdam afflictus, nec habuit consolatorem. Quapropter clam abijt et profectus est ad domum Cartusiæ Majoris deducente cum viro quodam amico ; et ibi receptus habitavit ad tempus et magister illi datus est domnus Joannes Binchois scriba domus Cartusiæ, qui oriundus erat a Binchio civitate Hannoniæ ; magistrumque discipulus adjuvabat in litens legendis et notandis, quæ plurimæ feruntur undique ad illam domum. quod tamen quibusdam non placuit quod hospes et extraneus sciret ordinis secreta quæ fiunt ibi et pene in toto ordine. Hic

igitur cum moraretur, a domno Petro Rufi patre reverendo missus est in domum Vallis Sancti Hugonis Cartusiæ provinciæ et non longe a Cartusia Majore cum prædicti patris reverendi literis sigillo munitis : ut ibidem vicariatus officium administraret, quod etiam fecit et aliquot ibi novitios instituit. prædictas literas postquam ad domum Capellæ redijt ostendit nobis. Hinc absolutus redyt in Cartusiam, atque inde missus est in Italiam hospitatum, fuitque hospes in multis domibus ordinis (hæc Chronicon. suspicor ego quod in Italiam et nominatim ad domum ordinis nostri in Insula Capri ex adverso civitatis Neapolis, A° 1499 expensis domus professionis ejus, hujus Capellæ, quas et prior noster tunc domnus Joannes de Etterbeke restituere recusavit priori domus Antverpiæ a generali capitulo reverso qui ibidem has expensas solvisse videtur, unde et prior noster in carta anni 1500 monebatur his verbis : Et prior Capellæ solvat sine mora priori domus Antverpiæ 6 ducatos Hungariæ depondere quos mutuo dedit domno Livino pro viatico ad domum Capri hospitatum misso per capitulum generali : sine dubio anni 1499. (pergit Chronicon) quarum domorum tametsi quædam fuerunt opulentæ quædam pauperes, in nulla tamen earum facere professionem voluit ; dixitque nobis se in loco fuisse ubi Hannibal pænus dux Carthaginensium quondam, satyra 10 Juvenalis.

Deduxit scopulos et montem rupit acetout Exercitui suo transitum faceret in Italiam. Sed quotannis quando potuit Livinus noster ventitabat in Cartusiam vel ad capitulum generali vel ad capitulum privatum. eaque facultas ibi non difficulter adquiritur (sic ille) Deinde fuit hospes in diversis domibus provinciæ Franciæ, præsertim in domo Divionis. Interim vero multum sibi profuit quod accurate sciebat scribere, namque scribendo libros illo tempore commodius acquirebat sibi necessaria. Porro circiter anno 1503, cum more suo solito esset in domo Cartusiæ tempore generalis capituli et domnus Petrus Vassor prior domus Gandavi, principalis visitator hujus provinciæ esset etiam ibi et sermonem habuisset ad congregatos ibi patres: domnum Livinum et duos alios fratres curavit reducendos ad domos professionis eorum. quorum unus erat monachus domus Buscoducensis domnus Adrianus, et alter monachus erat Diestensis domnus Judocus. quos reduxit quidam vir sæcularis cui nomen erat Judocus qui fuit germanus frater domnus Joannis Binchois scribæ domus Cartusiæ Majoris. (hactenus iterum Chronicon) sed ego maxime dubito an reditum domni Livini aliorumque, duobus vel plus annis quam oportet non retulent. Computus hujus domus anno 1505 tantum habet expensas quasdam fuisse solutas pro frater Livino, et A° tantum 1509 dum domus hæc visitaretur per priorem domo Gandavensem, solvimus illi 21 ct et 14 solidos pro expensis inquit factis et expositis pro frater Livino, et A° 1510 ex parte frater Livini solvimus domnus Joannes Binchois 8 ct 20 solidos quidquid sit, erat in hac domo residens A° 1509 et habetur in catalogo professorum hujus domus hoc anno tertius a priore vel immediate post antiquiorem. (pergit Chronicon) Livinus autem postea quam habitarat quatuor aut quinque annis in domo Capellæ, iterum per literas reverendi patris domni Francisci de Puteo jussus est ire hospitatum in domo Valencenarum nam Livinus frequenter scribere solebat vel ad domnum Joannem Binchois vel ad vicarium domus Cartusiæ domnum Joannem Gillardi, quorum literas et rescripta mihi quandoque ostendit. In divina re pergenda Livinus ante Corporis Christi sumptionem, semper lachrymare consuevit, et quotidie unum brevem legere, præter id quod habebat legere ex pare or dinis. At in domo Valencenarum non diu commoratus finem vitæ mortalis habuit, obytque pridie nonas februarij hoc est 4[a] anno 1516.

AC 100:22/1, p. 21 :
AC 100:27/2, p. 98, L4-5, c.1503 : domnus Livinus, qui fuit ibi hospes [domus Vallis Sanctæ Mariæ], vadat hospitatum ad domum Sellionis.
AC 100:27/2, p. 113, L19, c.1505 : domnus Livinus ibidem hospes (domus Avenionis] vadat hospitatum ad domum Montis Rivi.
AC 100:21/2, p. 121, L6-7, c.1508 : domnus Livinus ibidem hospes Vallis Benediccionis vadat hospitatum ad dmum Vallis Bone ad ordinis voluntatem.
AC 100:27/2, p. 134, L41-43, c.1508 : domnus Livinus ibidem hospes [domus Vallis Benedictionis] vadat hospitatum ad domum Vallis Bonæ.
AC 100:21/2, p. 149, L1-3, c.1509 : domnus Livinus ibidem hospes [domus Vallis Bonæ] revertatur ad domum Capelle sue professionis in provincia Teuhonie, ibique se stabiliat.
AC 100:27/2, p. 140, L7-9, c.1509 : domnus Livinus ibidem hospes [domus Vallis Bonæ] revertatur ad domum Capellæ suæ professionis in provincia Theutoniæ, ibique se stabiliat.
AC 100:27/2, p. 184, L8-9, c.1517 : domnus Livinus Dulcis, hospes in Valencenarum, professus domus Capellæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis* : 4 februarius, domnus Livinus Dulcis, monachus domus Capelle.
Arsenal : 4 februarius, domni Dulcii monachi domus huius.

Arsenal : 12 [februarius] parentum fratris nostri Livini Zoete monachi huius domus ac omnium pro quibus idem obligatur.
Schrije 170:

Tou, f°50.

ChM182
**Lucas.**
f - 19 juillet 1318.

---

PB:

Lamalle, p. 18 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Lucas, monachus domus huius.
Pede fol. 6 : domnus Lucas qui obyt 19 july.
Arsenal : 19 julius, domni Luce monachi domus huius.

Schrije 171:

AC 100:29, p. 83 et 85.

*ChM182a*
*Lucas*
*d – Covis*
*e – cité hos c.1573*

---

AC 100:37, p. 22, L31, c.1573: in domo Capellæ. Et domnus Lucas ibidem hospes, professus domus de Covis, habeat patientiam in sua petitione quo ad usque per mare licebit sine periculo redire ad domum suæ professionis, cum consilio tamen visitatoris provinciæ (domnus Lucas, hospes, profes van Covis, moet geduld uitoefenen in zijn vraag of het hem zal toegelaten zijn over zee zonder gevaar terug te keren naar zijn huis van professie.)

ChM183

**Ludolphus van Bomal**

alias **(de) Bomel, Feye, Feys, de Zantboemel.**

d - 1° Ch ca 1390 ???? ou Ch > 1390
    2° AL (ALM174).

e - Ch cité 1390
    AL P 1405-1408
    Ch hos 1408- †.

f - 31 octobre 1422.

---

PB:

Lamalle, p. 20 : (anno domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellæ XVII personæ aliis vestibus indutæ, scilicet istæ) dominus Ludolphus monachus guius domus et postea domus Antwerpiæ et prior. Un d. Ludolf Feys, « prior van den Tsartroysen te Antwerpen », est nommé dans cinq actes du 9 juillet 1405, 2 juillet 1406 et du 1 mai 1408. Cart. de la chartreuse d'Anvers, f. 305-306 et 335-336)

Pede fol. 8 : domnus Ludolphus de Bomel monachus professus 1° hujus domus 2ª domus Antverpiæ in qua et prior fuit, obijt 31 octobris 1422.

AC 100 :8, p. 38, L6, c.1423 : domnus Lodulphus (*sic*) Bomel monachus domus Capellæ … pro quibus fiat idem.
AC 100:10, p. 68, L3-4, c.1423 : domnus Ludolfus de Bomel monachus domus Capelle, & post monachus & prior Antwerpie, pro quibus fiat [unum tricennarium per totum ordinem].
AC 100:24, p. 49, L50-51, c.1423 : domnus Ludolfus de Bomel monachus domus Capelle et post monachus et prior Antwerpie.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 31 octobris : domnus Ludolphus de Zantboemel, monachus ac prior domus hujus.
Arsenal : 31 october, domnus Ludolphus de Zantboemel monachus ac prior domus hujus.

ChM184
**Ludovicus Bourlart.**
d - ca 1618.
e - cité 1625
SM hos 1641-1642
Ch ? - †.
f - 20 aout 1649.

---

de Wal, 7043, f° 106v:

Lamalle, p. XXV:

Pede fol. 109 : Fundatio anniversarij domini Danielis Cappon, patris hujus, etc. in hac domo : « Nous soussignez Conventuels de la Chapelle de Nôtre Dame de Herines, aiant entendu que Mademoiselle Anne Lionielles veuve de feu Daniel Cappon de Lille en flandres, nous offre an aumosne la somme de cinq cens florins de vingt patars la piece; a la charge qu' on donnera tous les ans a l' entour de la fete de S[te] Lucie vierge qui est la jour de la profession de son fils nôtre Confrere Dom Joseph Cappon, au Couvent une bonne pitance de poissons et a chaque Pere une pinte de vin d' Espagne, et qu' on chantera semblablement tous les ans au meme jour une messe Conventuelle de Requiem, et chaque Prêtre dira une messe, non celebrants les sept psaumes de penitence cum Litanijs pour l' ame dudit defunt Daniel Cappon ses parents et amis tant vivans que trepassez. Nous accordons et acceptons tant qu' en nous est pour nous et successeurs et promettons a la susdite Demoiselle qu' on le fera ainsi apres qu' aurons reccu l' argent. fait a Herines le 11 de mars 1627. Signe frater Pierre Daems Prieur, f Robert de Belle vicaire frater Judocus Fortius Antiq[r] frater Henricus Byl Procurator. frater **Franciscus Boissart.** frater Ludovicus Bourlart. f Balthasar de Wolff. f Joannes de La Motte, frater Josephus Cappon. in ferius habetur: nous accordons la dite Requete. fait durant Le Chapitre general 1627 f Bruno Prieur de Chartreuse »
Litera domni **Ludovici Bourlart** professi hujus domus V.P. domno Petro de Wal vicario Bruxellensi: de obitu domni Josephi Cappon.

Pede fol. 112 : domnus Ludovicus Bourlart Binchiensis monachus in hac domo professus circa annum 1618, qui non videtur loco mutasse nec ad aliam domum fuisse missum sicut passim legimus tunc temporis fuisse usitatum. Obyt 20 augusti 1649. Emisit in lucem: schema de vanitate mundi et brevitate vitæ hominis impressum Montibus Hanoniæ apud Fanciscum Wadræum 1632 scripsit etiara metrice de illustribus viris sua domus

Arsenal.

AC 100:27/5, p. 55, L19, c.1650; domnus Ludovicus Bourlat, professus domus Capellæ.

ChM185
**Martinus de Beir**
alias **de Beer, de Boer, de Retz.**
b - Enghien (Hainaut).
d - 1538.
e - P 1549-c.1556
vic c.1556-c.1560
Ga hos c.1560, 1565
Ch ? - †.
f - 7 février 1580.

---

de Beir/de Retz : est-ce le même ?

PB:

AC 100:27/3, p. 133, L34-35, **c.1560**: domnus **Martinus de Retz**, professus et olim prior domus Capellæ.
(Ne figure pas dans c.1580)
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 7 februarius : domnus Martinus de Bar (alias de Beer), prior Capellæ.
AC 100:40, p. 39, L8-10, c.1560 : domnus Martinus, ibidem vicarius, ad suam magnam instanciam, vadat hospitatum ad somum Gandavi.
AC 100:36, p.118, L29-31, c.1560 : (*In domo Zerichzee*). Et domnus N. pacifice vivat cum suo priore et alias patribus, alias ordo providebit. *Idem dictum fuit alicui monacho in domo Gadavi*(sic).

Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Martinus ab Angia quondam prior huius domus (Martin de Beir d'Enghien)
Lamalle, p. 185:

Pede fol. 78-79 : domnus Arnoldus a Tilia alias van der Linden, Bruxellensis, monachus hujus domus receptus a domno Sebastiano Petri, priore et professus sub eodem circa finem januarij 1536 quo etiam anno factus est in urbe Montensi subdiaconus et tandem gradatim consecratus est sacerdos. Postea factus est in hac domo vicarius et anno 1554 missus est ad domum Hollandiæ procurator, in quo officio confirmatur in carta capituli generalis anni 1555. fuit etiam in illa domo vicarius per aliquot tempus. Anno 1556 sublato circa mensem julij sive per cartam sive alio modo hujus domus priore domo **Martino de Beir** ; hic domnus Arnoldus per conventualium electionem hic prior constituitur ad hoc evocatus e procuratura prædicta domus Hollandiæ, sed brevi tempore præfuit et sex tantummodo mensibus, nam obyt 8 januarij anno 1556 si vereri stilo computemus qui stilus tunc ad huc perseverabat.

Pede fol. 83 : domnus **Martinus de Beir**, Angiensis, monachus professus hujus domus in qua et prior fuit anno 1555, adeoque ante domnum Arnoldum a Tilia qui supra. quid postea de eo factum sit an alibi suffectus an hic manserit, invenire non potuimus. Hoc solum inveni quod anno 1538 fuerit hic novitius. cum calendaria nostra præcedentia, diem quidem obitus nostrorum sed annum non indicare soleat, nec chartas capituli generalis habeamus, hoc solummodo dicere de illo possumus quod obierit 7ª februarij.

Arsenal : 7 februarius, domni Martini de Beez Angiani quondam prioris huius domus.

*ALM184*

***Martinus Mellaerts.***

*e - vic ? - ? (1756 ?).*

*SMM104*
***Martinus vander Perre.***
*e -    hos c.1597-c.1598.*

ChM186

**Martinus de Pierpont.**

d - nov ca 1446.

e - sds 1449

Val-St-Pierre hos ca 1450

Ch 1454

Noyon P 1462-1470

Ch ? - ?

SA coa(?) c.1474-1481

Ch 1481- †.

f - 24 juin 1485.

---

Gde Chartreuse, P. Bastin, liste des prieurs de A-V 170a, Chartreuse de Noyon : 1462 à ????, dom Martin de Pierrepont. c.1463, priori domus Montis Sancti Ludovici non fit misericordia ; c.1464, idem ; c.1465, idem ; c.1466, idem. Et de his quæ scribit conventus contra priorem, habemus priorem sufficienter excusatum nec meruisse propter hoc absolutionem ab officio prioratus. Et super his plenius informabit eos prior Abbatisvillæ visitator eorum. c.1467 prior non fit misericordia ; c.1468, idem ; c.1469, idem. Je ne sais combien de temps le dit prieur est resté à Noyon.

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore prioratus domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Martinus de Pierpont, monachus doms huius.

Lamalle, p. 87 : anno 1485 in nocte Sancti Jonnis Baptistæ obiit frater Martinus de Pierpont monachus professus huius domus, qui ante ingressum ordinis fuerat de familia domini de Fienis, receptus ad ordinem a domino Henrico Loe, anno 1° vel 2° prioratus eius ; qui postea fuit missus ad Franciam, unde huc rediit. Postea iterum factus est prior Noviomi per aliquot annos et inde iterum rediit huc. Et post hoc missus est ad domum Sanctæ Annæ anno 74 et inde iterum rediit huc invalidus et fere inutilesanno 81, et sic fuit hic usque ad obitum suum.

Pede fol. 32-33 : domnus Martinus de Pierrepont ex nobili familia de Fiennes monachus, professus hujus domus, receptus anno 1447 a V.P. Domino Henrico de Loe, et ordinatus sacerdos Cameraci anno 1449. Missus fuit hospes ad domum Vallis Sancti Petri anno 1454 unde ad hanc domum reversus, postea factus est prior domus Noviomi per aliquot annos, tunc iterum redijt huc. Et post hoc anno 1474 missus est ad domum Sanctæ Annæ Monialium nostrarum prope Brugas, indeque iterum huc redijt invalidus et ferme inutilis anno 1481 et sic fuit hic usque ad obitum suum qui contigit 24 Junij in nocte Sancti Joannis Baptistæ anno 1485

Arsenal:

Schrije 174.

ChM187
**Mathias a Mak (a Marcq ?).**
d - ca 1507.
f - c.1564.

---

PB:

AC 100:27/3, p. 156, L34 – p. 157, L1, c.1564: domnus Mathias Amolir, professus et olim vicarius [……] (notes 13 & 14: ms. GC= a Make) qui [……] annis laudabiliter vixit in Ordine
AC 100:36, p. 136, L5-6, c.1564 : obiit domnus Mathias a Mak, professus domus Capellæ, qui 58 annis laudabiliter vixit in ordine.
AC 100:40, p. 108, L14-15, c.1564 : domnus Mathias a Make, professus doms Capelle, qui LVIII annis in ordine laudabiliter vixit. Pro quibus fiat [unum tricenarium defunctorum oer totum ordinem].

Schrije 175.

***LoM111***
***Melchior Charles***
*a - p.: conseiller à Malines.*
*b - Leeuwarden (Frise, Pays-Bas).*
*d - 1596.*
*e - SA proc 1610- †.*
*f - 3 août 1625.*
*g - aurait été Di et Bois-le-Duc proc.*

---

Delvaux, MB, p. 1449:
Delvaux, MB, p. 1480:

d'Ydew 210:

PB:

*Lamalle, p. 14 : Domino Roberto de Bel absoluto successit dominus Hieronymus Wyts, professus domus Audomarensis, qui cum præfuisset domui annos duos et menses tres migravit ex hac vita in festo Exaltationis sanctæ Crucis anno 1616. Tunc electus fuit a conventu in priorem domnus Melchior Charles professus domus Lovanij, procurator domus monialium Brugis. Sed cum is humeros oneri subdere detrectaret, contulerunt in dominum Michaelem Ienseman Lovaniensem, professum eiusdem domus Lovaniensis, qui præfecturam domus huius tenuit usque ad annum 1621, quo absolutus una cum procuratore suo et comprofesso domno Peteo Lambert, electus fuit a conventu in domini Michaelis*
*Lamalle 188 : (catalogue des prieurs) domnus Melchior Charles, professus domus Lovanii, procurator monialium Brugis, quem PP. visitatores, vel quia erat ibi necessarius, vel aliam ob causam confirmare noluerunt. Re ad reveendum patrem transmissa et maxime renuntiante electos, decisa nova electio fuit.*
*Lamalle 222 : conventuales Herinenses in locum domnus defuncti Hieronymi elegerunt domnus Melchiorem Charles, procuratorem monalium Brugis, professum domus Lovanii, sed P. visitator noluit eam confirmare quia erat utiles et necessarius œconomus dictæ domus et non videbatur habere sufficientem litteraturam pro officio prioris ; quamvis moniales prætendant se privilegium habere quo sibi invitis non possint subtrahi officiales.*

*ALM189*
***Melchior Deschamps.***
*e - proc c.1700-1703.*

*ALM190*
***Melchior Hebscap***
***alias Hecpscap, Restrac, Vilvordia, van Vilvuerden.***

*a -*
*b -*
*c -*
*d -*
*e -* *cité 1540, 1541*
*Ch hos c.1557*
*AL ? –c.1560*
*Ch hos c.1560- ?*
*AL 1573*
*sen ? - †.*
*f -* *7 décembre 1583.*
*g -*

---

*PB:*

*AC 100:40, p. 17, L33-34, c.1557 : domni Johannes Goy, ibidem professus et Melchior ibidem hospes habeant patientiam in petitione sua.*
AC 100:40, p. 39, L15-16, c.1560 : domnus Melchior domus Lyre professus vadat hospitatum ad domum Capelle prot petit.
*AC 100:27/3, c.1584: n'apparaît pas dans la liste*
*AC 100:27/4, p. 1, c.1586: domnus Melchior Restrac, professus et antiquior domus Lyræ*

*de Wal, 7044, f°69v:*

AC 279/2, Obituaria Cartusiæ Lirensis, *7 december : Melchior Hebscap, a Vilvordia professus domus hujus.*
AC 279/2, Obituaria Cartusiæ Lirensis, *7 december: domnus Melchior Hebscap a Vilvordia, professus domus huius.*
*SAL, kartuizers, doos 35, akte van (op de omslag staat 2de moitié du XVIe s. +/- 1551): Wij broeder Pieter van Scherpenisse prior, Symon vanden Roije procurator, Aerd van Aerschot, Jacob van Antwerpen, Henrick van dermonde, Chystopher Overheet, Huijbrecht Knobbaert, Melchior van Vilvuerden, Willem vicaris, Henric van Loeven ende Pauwels van Loeven (?) alle conventualen professien des godtshuijsvan Sinte Catherine der ordinem van de chartroisen binnen de stad van Lyere.*

ChM188
**Melchior Pletinckx**
alias **Pletincx.**
a - p.: Arnoldus
m.: Anne Breynaert.
b - Hérinnes (Brabant);
22 janvier 1631.
e - tons & ord min (Bruxelles) 7 mars 1653
subd (Bruxelles) 8 mars 1653
proc 1658- ? janvier 1676
SA vic 25 janvier 1676-c.1677
Ch P c.1677- †.
cvs 1680- †.
f - 21 décembre 1691 (c.1692).

---

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 63, f° 86 : Bruxellæ anno Domini millesim sexcentegesimo quinquagesimo tertio die septimo martij feriam sextam quatuor tempore quadragesimæ ad requisitionem illustrissimi et reverendissimi domini archiepiscopi ab illustrissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo Ephesino clericali insigniti sunt tonsura … frater Mechior Pletincx ordinis cartusianorum diœcesis Cameracensis vigore dimissorialium.
f° 87 : minores ordines … frater Mechior Pletincx ordinis cartusianorum diœcesis Cameracensis vigore dimissorialium.
f° 87v : Bruxellæ anno Domini MDC LIII die octavo martij sabbato IV temporum quadragesime ad requisitionem illustrissimi et reverendissimi domini archiepiscopi ab illustrissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo Ephesino in Sanctæ Catharinæ ordinati sunt subdiaconi … frater Mechior Pletincx ordinis cartusianorum diœcesis Cameracensis vigore dimissorialium.

PB:

d'Ydew, p. 295:

E. Lamalle, p. 16 : (cathalogus priorum) in huius adeo seduli defuncti regimine per viam electionis successit dominus Henricus Petit, Angiensis et huius domus professus, qui præfuit a mense mai 1669 usque ad annum et mensem maii 1677 ; tunc per cartam capituli missus Brugas, ut fungeretur officio vicarii in domo monialium nostrarum et per idem capitulum generale institutus fuit hic prior dominus Melchior Pletincx Herinensis, eo tempore exercens officium vicarii monialium Brugis, ex procuratore domus Capellæ suæ professionis, quo officio functus est magno labore sub VV. patribus Wolf et Petit ab anno 1658 ad annum 1676 in ianuario, quando fuit missus Brugas pro functione muneris supradicti vicarii scilicet monialium quo functus est uno anno cum dimidio. Hic prior dominus Melchior Pletincx vita mortali defunctus est in fine anni 1690, qui antea notabili tempore fuerat procurator in hac domo sub domino Balthazare de Wolf qui pariter operati sunt in exstructione maioris ædificii anterioris.

Pede fol. 117 – 118 : domnus Balthasar de Wolf dictus Lupus Teneramundanus Monachus hujus Domus professus anno 1620. Primitias suas celebravit in augusto 1624 et sequenti anno factus est sacrista cum per cartam Capli A° 1632 domnus Adrianus Buycx hujus Domus Procurator factus esset prior in Domo Diestensi, domnus Balthasar ex sacrista factus est Procurator in quo laborioso officio, summo Domus hujus bono perseveravit ad annum usque 1658 per viginti scilicet ~~annos~~ quinque annos: nam mense martij 1658 misso D° Petro Antonio Pecquio hujus Domus priore ad prioratum Domus Valencenarum, domnus Balthasar Conventualium electione constitutus est hic prior et a Capitulo generali sequente confirmatus. Initio sui prioratus non vidit nisi hic bellorum calamitates et ruinas, Rusticos vininos ad se suaque animalia grana etc conservanda ad hanc Domum confugientes quibus mediante contributione varia monastery loca elocabat ad tempus, varios interea ac inter illos egregios Juvenes ad novitiatum recipiens et professione monastica huic familiæ adscribens, a quibus non paucas pecuniarum summas in eleïmosinam accepit. Anno autem 1661 jussit per architectum nomine Jan du Can Edificij novi Ichnographiam exarare, quam munitus approbatione conventualium et P.P. Visitatorum ad Capitulum generale ascendens ostendit illi et Reverendo Patri, unde et approbationem et
consensum reportavit. Initio anni 1663 capit antiqam Culinam et alia ædificia antiqua destruere quæ locum novi Edifii construendi occupabant, et 16[a] Marty domnus Melchior Pletincx Procurator primum posuit ex eo lapidem. ædificavit autem gravem illam variorum ædificiorum molem quam

videmus, scilicet caveas Culinam cameras pro Hospitibus et fratibus ambulæra etc spatiosa et commoda cuncta.

Turrim quoque pro Horologio et in anteriori parte ædificij Frontispicium satis superbum ( quod fatemur) omnia autem incæpta complevit, et constitit totum hoc opus in numerata pecunia 16396 fl: et 18 stuferis. Solvit ulterius cuidam Latomo dicto Richart ex Escaussinnes 17 July 1665 quadraginta Libras pro sculpendis armis D : Ducis Arembergy, quas in frontispicij altiori parte poni jussit. fecit quoque Testitudines amborum Chororum et possessiones nostras varijs terrarum Bonarijs acquisitis auxit et anno 1666 pingi fecit ~~Antverpiæ~~ [Bruxellis] Tabulam altaris S. Brunonis per pictorem J.B. van Heil et alias parvas quo anno iterum grave hic exarssit Bellum et coacti fuimus prætiosa nostra Bruxellas ducere et vicinos Rusticos etc iterum in hanc Domum ad mittere. combustum Horreum et cetera in Cromrycke incæperunt reædificare anno 1669 quo mortuus est domnus Balthasar die 12[a] aprilis de hac morte sic scribit in suo Registro Procurator D **Pletincx**: obyt domnus Balthasar de Wolf vir æconomus Teneramundanus, prior et alias Procurator hujus Domus, sub quo multa ædificia sunt constructa, omnes cameræ Hospitum, culina et cætera ædificia, tota vaccaria, Tesudo Chori Monachorum et Donatorum, multa immobilia empta, Cellæ Religiosorum reparatæ. obyt bonus Pater septuagenorius R.I.P. propter majus ædificium et præcipue propter Frontispicium passus est ab uno vel altero Monachorum magnas contradictiones; nam scriptum quoddam satis extensum ad me a V.P. Priore Lirano missum est, quo videtur quasi ad Illust[m] Nuntium desuper appellatum fuisse. in hoc scripto non solum nos accusamur super illa superba ædificatione sed et Patres nostri Leodienses, imo Patres nostri Lirani et Lovanienses super ornatu sedilium suorum in Choris suis. sed nihil cum hoc scripto videntur effecisse. aliqua reprehensione dignum videtur quod in frontispicio poni permiserit bonus Pater illa verba: me Lupus ædificat. vera causa ignoratur ab quam in Frontispicio posuerit arma Ducis Arembergij a quo omnino nihil acceperunt, vero similiter putaverunt aliquid ab eo in recognitionem recipere ut ædificium perficerent, quod inperfectum ab una parte remansit; vel forsan etiam propter murmur supradictum Religiosorum, non perfecerunt illud.

Pede fol. 121 : domnus Egidius Tienpont Monachus hujus Domus et in illa professus anno 1637 dum solverunt Parentes ejus 400 Libras Turõn pro renovanda et ornanda cella sub Littera in qua per 43 annos laudabiliter admodum imo pie et sancte vixit ab officijs liber et simplex Religiosus et in qua obyt 29[a] aprilis circa horam 9[m] matutinam anno 1680 . cætera judicari possunt ex sermone quem ad Religiosos habuit V.P. Prior domnus **Melchior Pletincx** in die sepulturæ ejus, cujus sermonis hic partem jungo. Vigilate etc vigilavit revera Confrater noster, sicut ego et vos omnes Fratres mei Testes estis, qui ut in Domino vixit in Dño pie obyt.

serio vigilavit in custodia et arce sua tanquam fidelis Christi miles, vigilavit super animam suam quæ est omni arce pratiosior et nobilior, cujus et inimicus violentior et cui hora imminet irruptionis incertior. disposuit Confrater noster domui suæ secundum consilium Christi salvatoris sui dicentis per Isaïam: dispone Domui tuæ quia morieris tu et non vives. disposuit Confrater noster Domui suæ id est vitæ suæ conscientiæ suæ, sibi intendit et saluti, quæ sursum sunt ei placuerunt, non quæ super terram. Vere Israelita fuit in quo dolus non est, silentij ac solitudinis amator et verus cultor, zelosus statutorum et regularis disciplinæ observator, sedulus ac strenuus ad laudes Dei concinnandas, sobrius modestus et quietus; Cellæ sincerus amator nec non pacis et quietis. Votorum suorum perfectus executor; qui non tantum stabilitatem in hac suæ professionis Domo manendo adimplevit sed et in eadem Cella habitando plus quam 40 annis et uti spero e Cella in cælum evolavit. hic non est spatiatus per plateas agros sylvas et virentia pascua; modo spatiatur ut spero in Paradysi amenissimo loco, ut ab ubertate loci illius pascatur et delectetur in bonis Domini ac salvatoris sui. Quidni pascatur et delectetur in bonis Domini sui ? cum locum aptissimum sincerum et purum Domino suo quoque preparavit quando disposuit vitæ suæ, bene scilicet vivendo, devote quotidie assistendo, in divinis officijs canendo et psallendo tam nocte quam die; pie celebrando et alia ordinis officia perficiendo. quidni delectetur in bonis Domini sui qui viam preparavit juste pie ac sobrie vivendo, cellam diligendo, solitudinem exacte servando et Deum super omnia diligendo ? quidni pascatur ab ubertate domus Domini sui; qui priusquam æternitatis viam ingrederetur, sacramentis Ecclesiæ rite est præmunitus; confessione, sacra Christi Corporis refectione, et extrema unctione ? quidni delectetur in bonis Domini sui, qui durante sua infirmitate exemplum fuit patientiæ cum plena et integra resignatione voluntatis suæ et conformatione voluntatis divinæ usque ad ultimum momentum, ad stuporem omnium nostrum ?

Verum V. Patres quia tum purum tam splendidum esse debet quod æternaliter lucere et splendescere debet etc Ex qua mortuus sit infirmitate non invenimus; invenio autem quod ab anno 1677 Chirurgus habuerit ad curandum Genu ipsius 15 Libras similiter post mortem ejus, solutæ sunt adhuc Chirurgo ad Genu ejus 30 Libræ; unde judicare licet: quod ex assiduis genuflexionibus hoc malum ad genu contraxerit quod sepe fit. quidquid de eo sit; sanctus et bonus odor vitæ ejus etiamnum hic perseverat sicut in vulleseele unde ortus dicitur, et in tota vicinia.

Pede fol. 122 – 124 : domnus Melchior Pletincx Herinensis, Monachus hujus Domus et in illa professus 28a Januarij 1653. Procurator institutus in illa in Martio 1658 loco domnus Balthasar de Wolf prædecessoris Procuratoris in priorem hujus Domus electi; quem in diligentia et oeconomisericordia.e scientia insecutus est et maximam partem habuit in erectione ædificiorum omnium tunc constructorum: et in bellorum tempestatibus continuis infatigatus. Procuraturam sic gessit in hac Domo per 18 annos, donec anno 1676 initio anni per Litteras obedientiales factus fuit vicarius apud moniales nostras Brugis, quod non mansit nisi ad cartam usque capituli nostri generalis anno 1677 sequenti, per quam domnus Henricus Petit prior hujus Domus loco ejus missus fuit ad vicariatum illum monialium, et domnus Melchior institutus fuit hujus Domus prior. domnus Petit creaverat sibi Procuratorem Dm Hieronimum de Hoppenbrouwer professum D° Antverpiæ ex vicario Domus hujus. hunc domnus Melchior prior prima Dominica adventus sermonem habens in Capitulo nostro iterum in vicariatu restituit his verbis: Huic Domui nostræ cum a quatuor mensibus vicario orbatæ necesse est ut provideatur, et quidem tali omnes in observantia regulari ædificare possit etc post ex tollentiam oculorum in diversas personas, tandem illos conjeci in personam domni Hieronimi de Hoppenbrouwer
illi igitur gratias ago de labore, sudore et obsequio prestito in officio Marthæ eumque absolvo ab officio Procuratoris et instituo vicarium hujus Domus,autem Gummarum van den Eynde denomino et instituo Procuratorem hujus Domus in nomine Patris etc Anno 1679 pro prima vice ascendit ad Capitulum generale unde descendit cum onere visitandi ut Collega Domos Mogunty et Molshemij visitatorum ascendit iterum ad Capitulum anno 1681, unde reversus est tunc Convisitator provinciæ. Anno autem 1687 cum iterum ascendisset in periculosam infirmitatem incidit Rhemis quo missus fuit frater Anthelmus Donatus, sanus
autem factus iter iterum arripuit. Interea toto prioratus sui tempore semper hic bellum erat, annis singulis prædationes, depopulationes agrorum, spoliationes villarum, concursiones Rusticorum ad hanc Domum cum
suis Equis et pecoribus et mobilibus ut ea conservarent sub militibus salvegardis quos continuo habebamus ad hoc: et quorum stipendia quæ erant maxima, pro majori parte solvebant illi Rustici, sicut et nos. super omnia illa damna quæ continuum nobis Bellum intulit, habuimus hic initio augusti 1690 tantam inundantiam aquarum ut quasi dilivium esset, vivarium nostrum in hac Domo et ante portam et omnia Receptacula
piscium nostrorum in unum diffluebant, it aut quasi mare viderentur, in Scibbeke vivarium vel vivaria terminos suos egrediebantur ad plateam usque, unde et pro majori parte pisces nostros amisimus . anno 1691 gravius exarsit bellum in his partibus, et 18 februarij cum Procurator noster, Nicolaus de Vroede villicus noster in Nevioele cum Hortulano Domestico nostro tenderent versus Tornacum, inter Tuilain et Mogrez prope Maude fuerunt arrestati et ducti athum ad Gubernatorem nomine Fareau; allegantes quod carerent salvo conducto et quod certe Equos ducebant ad Gallos: quidquid in contrarium dicerent nil juvabat et fuerunt coacti ut liberi evaderent dare 24 paltacones ne bona nostra situata in flandria in confiscationem caderent, cessimus illa hac æstate, facto Instrumento desuper Patribus nostris Gandensibus et Sylvæ S. Martini, insuper per totam æstatem habuimus una die hic salvagardum Hispanum, altera die salvagardum Gallicum et sic semper unum vel alterum, uni dandim erant 106 Imperiales alteri 60 Imperiales et sic continuo. 12 aprilis huc venerat cum maximis minis, flammis ora nostra devastandi Gallus Capitaneus
Le Fevre Regiminis de Roussillo n, quod fecerat alijs, nisi dedissemus illi in promptis pulcherrimum Equum, quem ad illum duci jussimus in Braniam Comitis. Procurator noster 7a Junij cum esset cum Gregorio de
Smet majero de kestergewaut Angiæ in platea e regione de Witte Leirse et simul indecerent, fuit majerus occisus duobus ictibus pistoleta per unam partem Copiarum Lunenburgicarum; Procurator feliciter evasit a
fractione capitis quam illi minabantur. Huic tristissimæ vitæ succumbere debuit venerandus prior noster sic zelans domum suam; nam volens loqui priori nostro Bruxellensi, locum collocutionis mutuæ elegerant villam Cartusiæ istius in Liniaco S. Martini, ad quam cum advenissent 20 Xbris 1691, prior et Convisitator Melchior Pletincx subitanea quasi morte defunctus est scripsit egregium Registrum Bonorum nostrorum et alios utiles Libros in Procuratura Vir vita longiore dignissimus ad bonum Provinciæ et hujus Domus.

Pede Fol. 124 : domnus Henricus Petit Angiensis Monachus hujus Domus professus anno 1649, subdiaconus ordinatus vigore Dimissorialium ab Epise Mechliniensi 12 Marty 1650, eodem anno Diaconus, et in Mayo
1651 factus sacerdos. Deinde post aliquot annos missus est vicarius ad Domum Liræ deinde ad Domum Antverpiæ, ubi existens defuncto 12a aprilis hic domno priore de Wolf A° 1669 electus est in hac Domo suæ professionis prior in qua non invenit nisi, ratione belli continui, calamitosa tempore post octo annos præsidentiæ translatus est hinc per cartam 1677 ad vicariatum Monialium

nostrarum Brugis loco domni **Melchioris Pletincx** qui jussus est hanc præsidentiæ sedem occupare. apud moniales nostras non nisi per Tres annos mansit nam per cartam capituli generalis 1680 venit ad prioratum Domus Liræ ubi et mortuus est 30 7bris 1693. hic præsidens ædificavit villam nostram in Cromrycke Grangiam stabula etc varios fratres Donatos ad ordinem recepit et aliquos monachos.

Pede fol.125 : domnus Hugo Segers Angiensis, ante vocatus Christophorus, Monachus hujus Domus, vestitus 22 Octobris 1679 et anno sequenti professus. 1681, 3[a] May Mechliniæ minores et subdiaconatum recepit, in
Pentecoste Diaconatum et eodem anno sacerdos ordinatus Primitias suas celebravit 18[a] octobris. ex his apparet quod ætatis fuerit ad Presbyteratum dum fecit professionem, videturetiam quod vestem nigram deferret, forte Clericus Theologus dum receptus est, quia ut invenio ex veste ejus serica nigra facta est casula anno eodem 1681. post unum aut alterum annum post quam sacerdos factus esset, missus est ad Domum Sylvæ S. Martini, unde huc redijt anno 1684. Anno sequenti fuit missus ex hac Domo cum D° Pirot professo D Gandavi qui hic hospitabatur, per cartam ad Domum Monachorum Brugis, unde eodem iterum anno huc est reversus. habentur hic in originali versus aut Carmen ab illo compositum et dicatum D° **Melchiori Pletincx priori** suo, anno 1683, quod ingenium suum ostendit. Cæterum ab anno 1684 quo huc Bruga est reversus, nihil amplius de eo invenire potui; nec ejus obitus habetur in Calendario nec in ulla Carta capituli generalis quæ malam suspicionem præbent. unicum quod invenio in quodam manuali Procuratoris anni 1696 quod V.P. Visitator hic fuerit ut caperet (inquit) informationem super negotia P[r] Seghers.
Non possum tacere quod alias audivi dici, an verum aut falsum sit, novit Deus quod hic et D: Amandus Claes cum ~~essent~~[fuissent] optimi studiosi amentes facti, ad invicem scriptis litigaverint, inclusi vel ambo vel saltem unus ex ijs. interrogatus a me V.P. kelders dum viveret sacrista noster et Jubilarius an nihil audivisset de obitu domnus Segers, retulit: quod audisset quod desperatus obient et ideo corpus ejus non in Cæmeterio sed in horto sacristæ sepultum sit. quid de hoc etiam sentiendum non audeo dicere, et quomodo hæc res se habeat Deus solus scit. Pater ejus fuit nobis magnus Benefactor, habuimus enim ab illo Tria plus minus Bonaria Terræ.

Pede fol. 128 : domnus Henricus Raeymaekers professus Domus Bruxellensis. in hac Domo fuerat institutus vicarius per cartam capituli generalis anno 1691 quo anno 20 Xbris obijt hujus Domus prior **domnus Melchior**
**Pletincx** Convisitator. Monachi Herinensses electione data 10 Januarij 1692 suum vicarium D Henricum sibi priorem elegerunt hoc infelicissimo tempore, nam eodem electionis hujus anno Gallorum totus Exercitus in hoc Pago castrametatus est usque ad Pagum de Steenkerke in quo famosa illa pugna accidit dicta de Steenkerke 3[a] augusti eodem anno 1692. anno sequenti 1693 Hollandi Exercitus Cohors ex Lennicke hoc monasterium invasit et deprædavit obvia quæque diripientes milites et confringentes, inter cætera plusquam 24 millia tegularum vel ardosiarum in Tectis fregerunt; furatæ sunt una nocte omnes vestes P vicarij ex cellas
ejus. in via Montensi fuit Procurator a militibus grassatoribus aggressus, et coactus se redimere datis 16 Libris. cæterum annis 1693 et 1694 Terræ omnes hic et in vicinia incultæ manebant, milites fructus omnes
deprædantes continuo. Anno 1693 ab initio fere augusti ad finem usque (tekst hier afgebroken)

AC 100/13, p. 63, c.1677 : … præficimus in priorem dictæ domus (Capellæ) Melchior Pletinx, prof eiusdem, propterea a vicariatu monialium Brugis absolutum; p. 64: Vicario Monialium Brugis alibi instituto fit misericordia.
AC 100/13, p. 70, c.1679 : priori Capellæ non fit misericordia.
AC 100/13, p. 78, c.1681 : priori Capellæ non fit misericordia.
AC 100/13, p. 84, c.1682 : priori Capellæ non fit misericordia.
AC 100/35, p. 7, c.1689 : priori domus Capellæ non fit misericordia
AC 100/35, p. 16, c.1690 : priori domus Capellæ non fit misericordia
AC 100:27/6, p. 146, L15-17, c.1692 : domnus Melchior Pletinx, professus et prior domus Capellæ, convisitator Teutoniæ, alias vicarius domus monialium Brugis, habens missam de Beata Maria per totum ordinem.

*BgM171*

***Michael vander Borght.***

*e -    hos ? -c.1679.*

*LoM112*
***Michael Jensema.***
*e - P 1617-18 février 1621.*

---

Delvaux, MB, p.1479:
Delvaux, MB, p. 1481:

PB, Gde Chartreuse, ms 32a: 1595-1598, domnus Michael Jansema, professus domus Lovanii.
PB, Gde Chartreuse, ms 32a: 1608-1609, domnus Michael Jansema. Obiit cité ch. 1622.
AC 100:38, p. 90, L9-23, c.1596 : hortamur priores provinciæ Teutoniæ, ut aliquid suis necessitatibus subtrahant, et istas bonas vigines (*moniales domus Brugis*) in extrema penuria constitutas sicut omnibus dat affluente perceturi, quia cum domus ista sit membrum provinciæ Teutoniæ, iustum iudicamus si uno membro dolente, reliqua compatiantur. Ordinamus igitur et præcipimus, ut domus subscriptæ persolvant taxam pro auxilio dictarum virginum prout sequitur, dimidietatem statim recepta charta, et alteram dimidietatem ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum ; prior Capenn solvet 24 florenos ; prior Brugis 18 florenos ; prior Lyræ et Hollandiæ 30 florenos ; prior Gandavi 36 florenos ; prior Leodii 50 florenos ; prior Diestensis 40 florenos ; prior Traiecti 24 florenos ; prior Bruxellæ 36 florenos ; **prior Sophiæ** 30 florenos. Receptorem huius taxæ constituimus priorem domus Leodii, convisitator provinciæ Teutoniæ.
AC 100:38, p. 98, L18-20, c.1597: priori domus Sophiæ curet emere vicinas ædes, ut sui monachi melius solitudinem sevent, et excludatur ab eis prospectus hominum secularium, maxime mulierum.
AC 100:39, p. 9, L24-25, c.1602 : priorem domus Leodii hortamur, ut viriliter inquietos corrigat, et observantiæ regulari studeat
AC 100:39, p. 15, L6-7, c.1604 : Et domnus N. ibidem hospes, propter falsatas Reverendi Patris literas incarceratur
AC 100/28, p. 8, c.1617: domnum Michaelem Jensema prof ds Lovanii a conventualibus ds Capellæ in priorem dictæ ds Capellæ electum confirmamus
AC 100/28, p. 16, c.1618: priori ds Capellæ non fit misericordia.
AC 100/28, p. 25, c.1619: priori ds Capellæ non fit misericordia.
AC 100:39, p. 70, L5-6, c.1620 : (In domo Capellæ). Et Patres Visitatores, sive alter eorum cum socio,n provideant super ædificiis contentiosis, nostra authoritate plenaria.
AC 100/28, p. 34, c.1620: priori ds Capellæ non fit misericordia.
AC 100:27/4, p. 170, L3-6, c.1622: domnus Michael Gersema, professus et senior domus Lovanij, alias prior eiusdem, nec non domorum Leodij, sanctæ Sophiæ, et Capellæ, qui ultra 52 annos laudabiliter vixit in Ordine, per quem habet missam de Beata.
AC 100:39, p. 76, L14-16, c.1622 : Obiit domnus Michael Jensema, professus et senior domus Lovanij et alias prior eiusdem, et domorum Leodii, Sanctæ Sophiæ, et Capellæ, qui ultra 52 annos laudabiliter vixit in Ordine.
Stiennon, MB, 513:

RABg Aanw. 593:

JLA, p. 159.

Lamalle, p. 14 : Domino Roberto de Bel absoluto successit dominus Hieronymus Wyts, professus domus Audomarensis, qui cum præfuisset domui annos duos et menses tres migravit ex hac vita in festo Exaltationis sanctæ Crucis anno 1616. Tunc electus fuit a conventu in priorem domnus Melchior Charles professus domus Lovanij, procurator domus monialium Brugis. Sed cum is humeros oneri subdere detrectaret, contulerunt in dominum Michaelem Ienseman Lovaniensem, professum eiusdem domus Lovaniensis, qui præfecturam domus huius tenuit usque ad annum 1621, quo absolutus una cum procuratore suo et comprofesso domno Peteo Lambert, electus fuit a conventu in domini Michaelis locum dominus Franciscus Schot patricius Bruxellensis itidem professus domus Lovanii.

Pede fol. 106 – 107 : domnus Michael Jensema, monachus professus Domus Lovany qui mortuo hujus Domus priore domno Hieronimo de Wydts mense septembri 1616 electione Conventualium electus est hujus Domus
prior. de hac electione scribit Wallius: Conventuales Herinenses in locum defuncti domni Hieronimi elegerunt domnum Melchiorem Charles Procuratorum monialium Brugis professum domus Lovanij. Sed P[r] Visitator noluit cum confirmare quia erat uilis et necessarius æconomus dictæ Domus, et non videbatur habere sufficientem Litteraturam pro officio prioris; quamvis moniales prætendant se

privilegium habere quo sibi invitis non possint subtrahi officiales . quidquid sit, ipse libens cessit electione de se factæ, et R[dus] Pater dedit rursus Conventui electionem qua agre satis electus est domnus Michael etc jam ætate grandævus et qui prioratum in varijs Domibus gesserat, ut Lovany, Leodij et Buscoducis; quare D, van Emechoven [Con]visitator subridendo, multos annos ei precabatur. Hæc Wallius. qui anno 1620 scribit: Hoc anno ait circa festum S. Joannis Baptistæ venit Bruxellas domnus Joannes Meldeman Namuramus professus Majoris Cartusiæ et ibidem Coadjutor
quem Reverendus Pater cum domno Emmechovio Convisitatore post Capitulum gle dimiserat ut propius cognosceret de statu Provinciæ. dissimulabat rem propter quam venerat et agebat cum quodam Comite de negotijs majoris Cartusiæ et visitabat suos Parentes etc officiales Domorum ad quas divertebat, omnibus obsequijs illum excolebant itaut Reverendus Pater gratias per Literas egerit, quod Religiosum a se missum tam amice tractassent. querelæ autem publicæ erant de domno Michaele Jensema priore et domno Petro Lambrecht Procuratore quod sine requisita auctoritate Domum nostram Angiæ reædificassent, unde in Charta [hujus] anni ~~presedentes 1619~~ [1620] jam de illis querelis jam mentio facta fuerat per hæc verba: priori D Capellæ non fit misericordia. et P.P. Visitatores sive alter eorum cum socio provideant super edificijs contentiosis nostra plena auctoritate. Pater ille Namuranus sine dubio hæc retulit Reverendo Patri, nam scribit Wallius ad annum sequentem 1621, visitata Domo Bruxellensi 18[a] februarij ab ordinarijs visitatoribus prior domus Capellæ Bruxellas adveniens vocatus a P[r] Visitatore invenit se absolutum cum suo Procuratore ex mandato Reverendi Patris, eo quod contra Bullam summi Pontificis et Statuta nostra ædificassent Domum in oppido Anghiæ, non habito consensu totius Conventus, cujus potior pars scripsit desuper ad Illustrissimum Nuntium, qui Conventualibus rescripsit: ut primo scriberent ad superiorem ordinis et si ille non faceret justitiam, tunc suis partibus non defuturum.
domnus Michael (pergit Wallius) fuit Pater Venerabilis et vir antiquis moribus nec panum spiritualis qui alijs quoque Domibus præfuit, in Domo Capellæ familiam aliquot personis auxit; et quia senio premebatur, curam externorum in Procuratorem suum domnum Petrum Lamberti rejecerat et permisit eum conceptam fabricam, utilem quidem sed non plane necessariam perficere etc. ambo hinc discesserunt reddito statu Domus paulo ante quadragesimam. domnus Michael obyt 9 Martij 1622, vixerat in ordine ultra 52 annos, habuit in Carta Capli generalis missam de B[a] per totam ordinem. domnus Petrus Lamberti factus Procurator est in Domo Lyræ.

Pede fol. 111 – 112 : domnus Franciscus Schotte Bruxellensis, Monachus prof[s] Domus Lovanij qui absoluto D° **Michaele Jensema** Domus hujus priore cum suo Procuratore D° Petro Lambrechts de mandato Reverendi Patris 18[a] february 1621, a Conventualibus hujus Domus electus est prior, vir (teste Wallio) admodum pius et religiosus: quam electionem Carta capituli generalis anno 1622 confirmavit. Sed anno 1625 per cartam ejusdem capituli ad prioratum Domus Liræ fuit translatus eet hic prior positus domnus Petrus Daems de quo infra. Obyt domnusFranciscus Schotte prior in Domo illa Lyræ 1 9bris 1639.

ChM189
**Michael du Mont Cassel**
alias **de Casselleto.**
b - Cassel (Nord, France).
d - Entré 1477 (Cathedræ S. Petri)
1478.
e - cité 1487.
f - sen 5 septembre 1528.
g - copiste.

---

PB:

Lamalle, p. 78, 89 et 142-145:

Pede fol. 60 – 63 : domnus Michael de Monte Casleto in West Flandria. Monachus professus hujus Domus, vestitus in die Cathedræ S. Petri A° 1477 sub D° Arnoldo Kaerman priore et sequenti anno professus. Juvenis probus (inquit Chronicon fol.94) qui cum D° Joanne Pauli qui hic supra fol. 50 Daventriæ Literis operam dedit latinis. ubi in studio Literarum usus est Præceptore Joanne Synthenio, cujus ob singularem eruditionem (prout illa ferebat ætas) nomen longé lateque clarum erat. Fuerat ille Joannes Synthenius et Magister famosi Eramsi Roterdami. frater autem Michael posteaquam fecit professionem in ordine, factus est vir admodum religiosus et sacerdos Deo devote serviens. habuitque naturaliter bonam fortemque vocem, et ob id piuribus annis fuit Cantor Chori, quod ministerium laudabiliter exequebatur quia non erat musices imperitus: et fuit elegans bibliographus, scripsitque in hac domo pulchre diversa volumina. Et in primis quidem unum missale cujus crucem quæ ante Canonem ponitur venuste admodum depinxit quædam Puella Bruxellensis.
Literas autem Capitales domnus Judocus Hinckaert frater noster monachus hujus Domus concinné formavit: quod missale poni solet in quinto altari ante B^m Mariam. Scripsit item domnus Michael Vitas Patrum, quo Libro nunc fratres utuntur qui legunt in Refectorio, et in Choro semper solet reponi. Item scripsit magnum Librum in quo sermones et Homiliæ Doctorum continentur cum residuis quæ per totum annum in Conventu fratrum leguntur, tam de tempore quam de Festis. Multa scripsit insuper ad usum suum parva Litera in papyro: nam prædicta volumina scripta sunt in excellenti pergameno. fuit autem domnus Michael iste multum solitarius et silentium stricte servabat, aliasque ceremonias ordinis. perquam raro consuevit ad alios fratres venire aut
eorum velle Cellas intrare, nisi forté operum communium tempore. Neque visitantes recipiebat in Cellam suam nisi coactus, idque satis ægré. gratanter tamen fratres suos et amicos a Casleto venientes excipere consuevit. Raro admodum tempore colloquij manebat in fratrum societate commentandi gratia, nec libenter ad spaciamenta veniebat. Tentationes e afflictiones quas homo ille religiosus et Deo charus perpessus est quis sufficeret enarrare ? Homo simplex et rectus ac timens Deum recedensque a malo, blandimenta mundi fugitans mansitabat is Cella secum habitans, intra cubiculum et clauso ostio, orans Deum Patrem in abscondito. Semper autem habitavit in Cella cui titulus est C. erat præterea domnus Michael in victu sobrius, in supellectili cellæ purus; non tamen curiosus neque preciosus; quia magis animam suam Deo cultam reddere studebat quam exornare parietes, quemadmodus B^s Cyprianus docet Donatum suum Libro Epist^m 2° Epistola 2^a circa finem. Libros etiam qui mentem legentis inflammant perlibenter consuevit legere et scribere; quorum de numero sunt Libri Thomæ kempensis " qui sequitur me, et reliqui ejusdem. Item de spiritualibus ascensionibus mentis in Deum Gerardi de Sutphania. Hæ fuerunt deliciæ domni Michaelis. Item scripsit pro suo usu sermones D Alberti magni de tempore en de sanctis. Item Bonaventuræ et Bernardi Libros curiosé legebat. Ex quibus tamen ut quibusdam videbatur factus est nimis scrupulosus conscientiæ et id quidem saltem in uno. Siquidem in quodam Libello qui S^ti Bernardi habet titulum scriptum reperit : quod sacerdotes divinum persolventes officium, ad minimam usque literam, tenentur omnia vel audire vel pronuntiare quæ ab Ecclesia catholica sunt eis ordinata. Quale exaggerationis præceptum somnolentis fortassé et pigris et negligentibus non importuné proponitur, ut vigilanter et alacriter divinum persolvant officium stantes in conspectu Dei et in conspectu sanctorum Angelorum ejus. at domnus Michael (quod sciamus) non consuevit esse somnolentus in choro. quoties tamen vel parum quid in Choro fuit tectum aut cantatum, quod non intellexerat aut non pronuntiaverat, protinus a statione sua exijt, et accepto lumine privatim extra chorum, illud quidquid esset, repetivit et relegit. Et hoc ipsum sepius illi veniebat usu præsertim in senectute sua, quando et auditus paulatim ejus deficeret et memoria. quidam vero consolabantur eum suadentes ei ut ita facile ob hujusmodi rem non exiret Chorum, dicentes que id nequaquam esse neccessarium, sed divino officio finito si quid relegendum putaret, relegeret. Nos aiebant omnes unum sumas, et omnes in unum pariter convenimus: ut quod ab uno satis per fecte nequit fieri, ab alys adimpleatur.

et quamvis cuncti mortales sint imperfecit Deus tamen perfectus est, et opera ejus perfecta sunt omnia, quem suppliciter invocamus et rogamus etiam; ut quiequid in nobis aut in actis nostris est imperfectum, ipse misericorditer adimplere dignetur, sicut de viro justo canimus : Honestavit illum Dominus in laboribus, et complevit labores illius. At hujusmodi verbis non penitus domni Michaelis scrupulositas potuit abstergeri. quapropter nocturno tempore matutinas horas legebat solus in Capitulo, et item alias horas quando voluit; idque permissu prioris cumque postea magis indies magisque senetudine deficeret; sæpenumero flebat ubertim, quod divinum persolvere nequibat officium. optabat quidem alacriter Deo laudes cantare et honorem illi debitum exhibere; sed in semetipso per experientiam didicit verum esse quod scriptum est: corpus quod corrumpitur aggravat animam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Proinde Visitatores ordinarunt ut quotidie septes dumtaxat aut octies si bene recordor, legeret orationem Dominicam, atque omnem conscientiæ scrupulum deponeret; ut nihil amplius legere teneretur, utque bono consilio magis adquiesceret, essetque corde tranquillus, injunctum fuit hoc illi in poenitentiam salutarem. Denique paucis diebus ante obitum suum, in Oratorio suo suscepit venerabiliter et religiose de manu prioris nostri sacramentum Corporis Christi. postremum die quodam sabbati celebratis missis privatis convocati sunt monachi ad ægrotum, qui jacebat super lectum suum. quando autem intravimus Cellam ejus; longum adhuc ille trahebat anhelitum, sic, ut non statim mihi videretur esse moriturus. at inchoante priore coepimus legere Litaniam Sanctorum flexis genibus ante lectum ejus. quibus finitis, cum alys precibus, Passionem Domini secundum Joannem prior etiamnum legit: et interea decurtari coepit anhelitus egroti. deinde precationes adhuc alias ad Deum et commendationes religiosas prior legit clara voce. Interimque spiritum ille reddidit et migravit ad Dominum, sic; ut antequam pergeremus ad prandium circiter horam decimam, defunctus esset. Nonis hoc est 5 septembris 1528.

Pede fol. 78 : domnus Joannes ab Asca monachus professus hujus Domus, quo autem precisé anno et die vestitus et professus sit non invenimus. erat hujus Domus Procurator anno 1526 et forsan anté quod adhuc erat anno 1538. Anno autem 1528 defuncto ejus Parte aliqua nobis bona in Assche devenerunt quæ postea sunt vendita. Procurator existens scripsit parvum Libellum qui Ascanus inscribitur et est in Procuratura; in quo multa Domui huic utilissima scripsit et annotavit sed difficili admodum Charactere inde tamen videmus illum Bonorum et Reddituum hujus Domus perfectissimam habuisse notitiam. de illo habet 2[m] Chronicon fol. 95 quod defuncto domno **Michaele de Casleto** de quo supra in Cella notata Littera C, eam inhabitare cæpit domnus Joannes de Ascha procurator nolens amplius habitare in parva cella quæ est prope januam nolæ ubi antecessores ejus habitarant. Voluitque facere ostium in pergula illius Cellæ, per quod exitus esset sibi ad exteriorem cortem, et a corte introitus in Cellam, sed prior non permisit. Absoluto per cartam capituli generalis anni 1546 priore hujus Domus Sebastiano Petro Amstelodamense, Conventuales in suum priorem elegerunt hunc domnum Joannem Ascanum qui tamen non nisi duobus annis prior mansit. invenimus eum fuisse in hac Domo Vicarium sicut et vicarium monialium propé Brugas, quos vero similiter vicariatus post suam absolutionem a prioratu exercuit. obyt 6 7bris 1554 et in Carta capituli 1555 habet missam de B[a] Maria per totum ordinem, tamquam de ordine optime meritus.

Le Vasseur (L.), *Ephemerides*, t. III, p. 190ab. V die Septembris. Michael de Casseleto. Monachus Capellæ. De quo hæc habet Chronicon hujus Cartusiæ: — Michael de Casseleto de Westflandria, indutus anno 1477, in die Cathedræ S. Petri, professus anno sequenti. Vir fuit admodum religiosus ; factusque sacerdos, devotissime Deo servivit. Imprimis stricte servabat silentium : ita solitudinis amator, ut raro Fratres visitaret, reciperetque visitantes nisi coactus, idque satis ægre; rarissime cum cæteris remanebat in loco colloquii, cellam repetens, ut clauso ostio, secum habitans, Deum deprecaretur. Erat præterea in victu sobrius, in supellectili mundus quidem sed non curiosus, animam suam potius satagans exornare quam parietes. Tandem postquam multas tentationes ac tribulariones patientissime sustinuisset, repositam sibi coronam percepturus ad vitam immortalem transivit, anno 1528, 5 Septembris, in eadem, in qua vixerat, cella mortuus.

AC 100:23/1, p. 97, L 40-41, c.1529: domnus Michael de Casselleto , monachus professus domus Capelle senior.
AC 100:27/2, p. 264, L4, c.1529: domnus Michael de Casseleto, professus Capellæ senior.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 5 septembris : domnus Michael de Casleto, professus domus Capellæ.
Schrije 177.

ChM190
**Michael Zarenbergh**
alias **Saremontanus, Zarembergh.**
b - Bruxelles.
c - études a Louvain.
d - nov 1501.
e - sac 1511- ?
sac ? mai 1531- †.
f - 29 septembre 1531.
g - copiste.

---

de Wal, 7044, f° 33:

Lamalle, p. 111 et 147-150:

Pede fol. 64-65 : domnus **Michael Zarenbergh**, Bruxellensis, monachus professus hujus domus, receptus en vestitus a domno Carolo Serraes, priore, in festo Sanctæ Luciæ virginis et martyris 13 Xbris 1501 et sequenti anno 1502 eadem die professus. Sequamur nostum Chronicon fol. 99. Hic Michael et domnus Joannes Bruno cujus etiam supra mentionem fecimus, pariter operam latinis dederunt literis in ludo primum Anderlacensi, deinde Lovany in Ludo M Joannis Standonici. a quo simul venerunt ad ordinem nostrum et ad domum istam. et frater quidem Micheal posteaquam fecit in ordine professionem, tametsi nondum sacerdos erat, tamen anno primo 1503 post professionem suam, loco domni Frederici Brant, factus est sacrista hujus domus, tempore quo visitatores ordinis nostri domum hanc ordinarie visitarunt, quod ministerium pluribus annis ad: ministravit, a quo deinde per priorem absolutus ad cellam suam redijt et iterum factus est sacrista domnus Fredericus Brant, qui sesqui anno fuerat ante fratrem **Michaelem** executor hujus officij. domnus igitur **Michael** incola cellæ vir fortis et robustus et eminenti statura præditus diversa interim habui exercitia, et per totam ferme vitam suam sanus et incolumis inter nos vixit, raro admodum fuit ægrotus quamvis esset melancholicæ complexionis, habuitque naturaliter bonam et claram liquidamque vocem, artis musicæ non penitus imperitus et erat illi visus corporalis acutus admodum. Scripsitque nonnullos etiam in hac domo libros, et multa opera manualia probe sciebat operari. et quoties aliquis indigebat adjutorio, convocatus non illibenter fratribus inserviebat. Libros quoque non inconcinne sciebat compaginare, quod et quandoque fecit apud nos officium. atque in postremis annis vitæ suæ fuit cantor chori. Sed circiter an: 1514 quando Desyderius Erasmus Roterdamus emisit novum Testamentum e græco in latinum recenter versum, et grecæ literæ inciperent apud nostrates passim esse in pretio. rei novitate pellectus domnus **Michael** diversos paulatim sibi studuit libros adquirere, non modo latinos sed etiam græcos et hebræos complusculos. quibus indagandis ac discendis multam dedit operam. Sed quia neque ducem neque præceptorem habuit, per se multum non potuit proficere. pervenit tamen ad id scientiæ, ut legere et scribere et nonnihil intelligere posset tum græce tum hebraice. Namque Testamentum novum habebat græcæ impressum cum Desyderij Erasmi interpretatione prima, scholijs ejusdem adjectis.
Habebat et Psalterium Davidicum grece impressum in volumine perpusillo, et aliud volumen cui titulus est Lexicon grecum cum interpretatione latina. Itemque Eteromata Constantini Lascaris, et primam partem Gramatices Theodori Gasæ cum Erasmi interpretatione latina. Itemque Isagogica et progymnasmata in græcam linguam quinquies ad huc aut sexies auctorum diversorum. Item in hæbraicis habuit Gramaticam Volphangi fabricij Capitionis cum ejusdem interpretatione latina. Itemque Gramaticam Joannis Campensis, ex dictis et varijs literis sui præceptoris Eliæ collectam. Itemque Lexicon hæbraicum cum interpretatione latina. Itemque Psalterium Davidicum in parvo volumine. Itemque Isagogica in linguam hebræam ad huc ter aut quater diversorum habuit autorum. et alios etiamnum habuit libros cum aliorum quidem tum præsertim Erasmi Latinos, nempe colloquia et Paraphrases ejusdem aliquas, et alia quædam ejusdem opuscula. Novumque Testamentum quinquies aut sexies habuit et alia multa. quibus evolvendis sæpe numero magnum coepit delectationem et assiduus in hujusmodi fuit studijs. neque dubium est quin amplius profecisset in eis, si ducem ac præceptorem habuisset ac sodalitatem ad conferendum cum alijs; quandoquidem non omnino fuit obtusus ingenio. porro menses quinque ante obitum suum fuit iterum Edituus templi constitutus. at paucis diebus antequam coepit egrotus esse, cum sepulta fuisset apud nos mater aurigæ nostri, quidam frater laicus secum portarat ad Cellam suam linteum magnum quo libitina solet operiri ; quod postea cum videret ibi domnus **Michael** : heus inquit et hoc querebam, nesciens brevi se moriturum et illo tegmine se propediem operiendum. hæc ubi sepultus **Michael** fuit Laicus ille frater satis admirans mihi narravit. Cæterum circa festum imo post festum Beatorum martyrum Maurity et sociorum ejus domnus **Michael** coepit male habere, venitque ad me quidem dicens: vade inquit et paululum agita pro me campanam, erat nimirum hora

tunc nona ante prandiam. et cum hæc dixiset febricitans, omnino vigore et spiritu amisso, ibat ad cellam suam; atque indies magis magisque coepit ægrotare, nec amplius fungi suo quivit officio. denique in profesto Sancti Michaelis Archangeli, tempore vesperarum cum esset in Choro, velut syderatus et apoplexia percussus, stans in sede sua pene obmutuit obstupuitque, sic ut ocyus allato sedili et in eo positus ad suam Cellam deferretur a pluribus. ibi super lectum suum positus jacuit sine cognitione et sine loquela ad diem usque sequentem. quo die facta coena in coenaculo, pariter omnes ad ægrotum properavimus cum Extrema unctione, quod sacramentum prior illi ministravit. Lectisque precibus diversis, postea unusquisque ad cellam suam accessit lecturus completorium. remanseruntque apud eum duo fratres qui ambo fuerunt primi in hac domo post eum morituri, quod minime suspicabantur. denique post sesqui horam, cum quidam rursus adessent fratres domnus **Michael** expiravit pridie calendas octobris hoc est 30 7bris 1531. Triginta annis fuit in ordine, vocabatur **Michael** et in die Sancti Michaelis obyt.

AC 100:23/2, p. 67, L32-33, c.1532: domnus Michael, monachus professus et sacrista domus Capelle. Sacerdotes; pro quibus fiat [unum tricennarium].
AC 100:27/2, p. 283, L29-30, c.1532: domnus Michael, professus et sacrista domus Capellæ.
Schrije 178.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 30 septembris : domnus Michael Zaremberghe, sacrista Capellæ.

**N.**

a -
b -
c -
d -
e - c.1478.
f -

---

AC 100:31, p.18, L23-28, c.1478 : Et super ineptis scriptis fratris N. monachi dictæ domus Capellæ, quibus contra ordinem et suos superiores verba et scripta multiplicat, quæ secundum ordinationem capituli Generalis responsum non merentur, imo nec inspectionem, imponimus sibi perpetuum silentium, sub pœna carceris ; sitque in disciplina generali si se non emendaverit et quoties recidivaverit.

**N.**

a -
b -
c -
d -
e - c.1481.
f -

---

AC 100:31, p.28, L29-31, c.1481 : Etliteris prædicatoriis domni N. monachi eiusdem domus Capellæ supervacuum iudicamus respondere, et omponimus ei silentium, et ut conformet se bene instituto conventui suo.

**N.**

a -
b -
c -
d -
e - c.1485.
f -

---

AC 100:31, p.40, L8-13, c.1485 : Et domnus N., eiusdem domus Capellæ pofessus, caveat de cætero Reverendum Patrem atque Capitulum Generale suis superfluis scriptis inquietare sicut actenus fecit, alioquin carceri mancipetur quemadmodum prius iniuntum fuerat ; et studeat in pace vivere cum priore suo atque conventu, neminem quovis modo inquietando ; alioquin statim puniatur secundum formam Statutorum.

**N.**

a -
b -
c -
d -
e - c. 1488, c.1489, 1493
f -
g –

---

AC 100:31, p. 50, L6-12, c.1488 : Et monemus denuo domnum N. ibidem (Capellæ) monachum, ne contradictum sapientis suæ innitatur prudentiæ, sed superiorum monitionibus et ordinationibus humiliter acquiescat ; et si quos proclamatione dignos noverit, potius in privato quam in publico denuntiet, ut caritas et emendatio potius quam confusio proximi quæri videatur ; et amodo non inquietet Capitulum velReverendum Patrem super huiusmodi re, alioquin ipso facto sit in disciplina Ordinis.
AC 100:31, p. 56, L41-44 /p.57, L1-7, c.1489 : (In domo Capellæ). Et domnus N. [idem qui anno superiori in eadem domo monitus est], monachus dictæ domus, qui, Dei timore postposito, suis inepsis scriptis tam temere quam mendaciter præsumpsit non solum reprehendere sed etiam mendaciter, sine omni reverentia, lacerare Capitulum Generale, dicendo quod dictum Capitulum decipit suos novitios, legendo eis Statuta tanquam leem, et post professioem cum tenentur ligati, cogit eos ad ordinationes dictis Statutis contrarias, quod utique falsum est, ut omnis deinceps iniquitas oppilet os suum, et discat aliquando reticere qui nunquam didicit bene loqui, sit ipse in disciplina generali ad Ordinis voluntatem ; et si de cætero simile aliquid attentaverit, Ordo providebit quod cedet cæteris in exemplum.
AC 100:31, p. 68, L3-5, c.1493 : Et domnus N. in domo Capellæ alios non molestet, et confiteatur iuxta dictamen prioris, alioquin per abstractionem vin etr victualium ad discretionem prioris puniatur donec se aliis conformaverit.

**N.**

a -
b -
c -
d -
e - c. 1498.
f -
g –

---

AC 100:31, p. 85, L34-38, c.1498 :desessorum priorum domus suæ ; et declaramus quod omnes ordinationes de ipso factas, tam per Capitulum Generale quam per Visitatores Provinciæ sive priores domus suæ, innovamus et ratificamus, et in vigore permanere volumus.

***N.***

*a -*
*b -*
*c -*
*d -*
*e -   c. 1501.*
*f -*
*g –*

---

*AC 100:31, p. 96, L24-25, c.1501 : Et committimus Visitatoribus, ut domno N. hospiti in domo Capellæ propter suas insolentias debitam imponant disciplinam.*

*N*

*a -*

*b -*

*c -*

*d -* *Zierikzee*

*e -* *Ch hos ? – c.1558*

*Kampen hos c.1558- ?*

*f -*

---

*AC 100:36, p. 107, L11-21, c. 1558 : (In domo Capellæ) Et domnus N. professus domus Zerichzee ibidem hospes, qui superioribus annis missus ad provinciam Alemaniæ Superioris cartusiam inordinate venit, visitatoribus non obedivit, ad provinciam Teutoniæ absque mandato ordinis rediit, vadat hospitatum ad domum Campensem, ubi tam quiete et religiose se emendet et conversetur, ut merito omnes contentari possint ; alioquin præcipitur et mandaztur priori dictæ domus Campensis, quod si aliquem excessum sive inquietudinem de novo feverit, licet pœnam carceris non mereatur, nihilominus eo casu dictum N. incarceret, donec per visitatores ordinatum fuerit an pœnas et disciplinas per eum incursas pati debeat vel non (D. N. hospes, profes Zierikzee, wegens ongehoorzaamheid, gaat nu naar Kampen.)*

N

a -

b -

c -

d -

e - Ch cité c.1569

f -

---

AC 100:36, p. 174, L12-14, c. 1569 : (*In domo Capellæ*) Et domnus N. qui ex dicta domo, confracto carcere, aufugit, non recipiatur ad ordinem nisi ad carcerem, a quo non possit relaxari, nisi de speciali mandato reverendi Patris (D. N. is uitgebroken uit de kerker en gevlucht, mag niet weer opgenomen worden in de orde tenzij in de kerker.)

**N**
a -
b -
c -
d -
e - AL hos ? – c.1598
SM hos c.1598 - ?
f -
g -

---

AC 100:38, p. 103, L8-10, c.1598 : prior domus Lyræ curabit novitios recipere, ut habeat illa domus professos suos; ad quorum adventum domnus N. ibidem hospes migrabit hospitatum ad domum Sylvæ Sancti Martini. (Lier de P moet ervoor zorgen dat hij novicen ontvangt opdat zijn huis zijn eigen prof. heeft; bij hun komst zal D. N . hier hospes verhuizen als hospes naar SSM)
AC 100:38, p. 109, L15-18, c.1599 : (In domo Sylvæ Santi Martini). Domnus N., professus domus Capellæ, ibidem hospes, iustis de causis alias per visitatoresincarceratum, ad domm suæ professionis revertatur ibique incarceretur, propter minationem fugæ, inobedientiam et proterviam in superiores.

ChM191
**Nicolaus Behault**
alias **Bechennus.**
a - p.: Jean (riche marchand), †c.1530.
b - Jean;
Mons (Hainaut).
d - 21 janvier 1509.
e - sds 1512
sac ? - ?
f - 10/11 janvier 1559.

---

de Wal, 7043 f°

PB:

AC 100:27/3, p. 133, L36, c.1560 : domnus Nicolaus Bechennus, professus et senior domus Capellæ

Lamalle, p. 133-135, 155 et 208 :

Pede fol. 79 – 81 : domnus Nicolaus de Behault, Montensis, monachus hujus domus receptus a domno Carolo Serraes, priore et vestitus in festo S. Agnetis Virginis et Martyris 21 januarij 1509 professus sub eodem priore eadem die anno sequenti 1510. et eadem die anno 1512 cantavit hic primam suam missam. de illo scribit noster Joannes Ammonius de Harena in 2° Chronico fol. 86, et de beneficijs a parentibus ejus huic domui collatis, quæ sequuntur : Hujus fater Nicolai parentes ordinaverunt ut quotannis ad vitam, eorum filij Nicolai, in festo S. Agnetis Virginis et Maryris ad portam monasterij nostri daretur pauperibus de uno frumenti modio panis, et fratribus pitantra et vini pinta et spaciamentum. Et idem frater Nicolaus quando primam cantavit missam suam, habuit a parentibus suis ornamenta sacerdotalia valde pulchra et pretiosa quæ deinceps habebantur pro optimis in hac domo : et eodem die obtulerunt etiam calicem et duas ampullas argenteas. Et fecerunt in Montibus Hannoniæ per **Joannem LeCat pictorem** ibidem deaurari magnam tabulam summi altaris (quæ nunc pendet ad murum in anteriori Ecclesia) quam paucis annis anté fecerat fieri Bruxellæ domnus Joannes Thielmanus vir admodum venerabilis sacerdos curatus de Tollenbeke suis expensis et valvas ejus ibidem depingi fecit : qui in senectute sua fuit in hac domo præbendarius. Vide de hac tabula f° 82 ydem parentes fratris Nicolai dederunt quatuor peripetasmata de rubro serico pellucenti cum vittis et fimbrijs etiam sericis et annulis æneis ad ornatum summi altaris et petierunt ut in festo Sancti Agnetis ornamenta prædicta semper in usu solemniter haberentur. Item anno 1529 ordinaverunt, ut una quotidie missa votiva privatim in hac domo celebraretur, vel a monachis si vellent; aut si nollent ab alio quovis sacerdote et pecuniam dedêre sufficientem pro hujusmodi ministerio rite peragendo. Item ordinarunt 50 Rhenenses aureos ad vitam domni Nicolai, levaridos annue semper a ministris domus illius in qua domnus Nicolaus moraretur qui 50 Rhenses ad ministros seu priorem mittebantur ab illis. Anno 1528 acceptavimus a patre domni Nicolai onus

missæ quotidianæ de qua fundatione litteram hic supra descripsimus folio 68 pro 720 florensis semel, quod onus nunc gravissimum nobis est licet adhuc aliquo modo reductum, ob paucitatem sacerdotum. Item A° 1529 piæ memoriæ domnus Joannes de Behault, pater confratris nostri Montibus Hannoniæ obyt et pro eo religione celebratæ sunt a nobis Exequiæ, et mariti filiarum ejus liberaliter apud nos parentaverunt. Item venerabilis vidua et religiosa fæmina mater domni Nicolai, mantellum valde prætiosum postea donavit ad ornatum imaginis Beatæ Mariæ quæ est in sacello anterioris ecclesiæ. Itemque alio tempore bina ornamenta sacerdotalia dono recepimus a domni Nicolai parentibus ; quorum artificium fuit hujusmodi ornamenta parare ac vendere et Phrijgiones quoque erant et mercatores divites. Item frequenter nobis vinum propinaverunt. Item a sororibus domni Nicolai aut ab ejus matre singulis monachis donata fuere ploralia. Præcipue tamen nobis succurerunt commodando pecunias, quando nobis exactiones a dominus terræ fuerunt impositæ. præterea diversis temporibus innumera nobis præstiterunt beneficia, vasa halecum et similia. Ut de laicis fratribus nostris interim non sileam, ipsi quoque sæpe grata munuscula benevoléedonata ab ipsis receperunt. Porro domnus Nicolaus semper habitavit in cella super sacristiam, quam cellam accurate reparavit ad commodum suum et pellucide adornavit. Et ipse quidem acri ingenio præditus, literisque latinis mediocriter eruditus : præstantissimorum eccclesiæ doctorum sibi volumina comparavit. Nempe originis, divi Cypriani, divi Basilij, Joannis Chrysostomi, Athanasij, Augustini, Bernardi, Joannis Damasceni, Joannis Cassiani, Prosperi et aliorum alia multa; quibus evolvendis utiliter semet occupavit et fructuose tempus deduxit. Verum ne videar in os laudare eum, videlicet qui inter nos etiamnum vivit ; ad alia nunc transeamus. hæc domnus Ammonius loco supradicto. Recordor alicubi me legisse quod domnus Nicolaus fuerit hic sacrista, sed hoc in præsenti invenire non possum : quidquid de eo sit, quinquaginta annis laudabiliter vixit in ordine et obyt 11 januarij 1559.

Familia hujus domnus de Behault
Joannes de Behault dives mercator et artifex ornamentorum ecclasiasticorum habitabat Montibus circa domum ubi venduntur blada, et uxorem habebat piam matronam ..... Hic relicta vidua obyt 1529. eorum filij fuerunt : domnus Nicolaus religiosus noster.
Franciscus de Behault nuptus A° 1517
Joannes de Behault
Filiæ : una nupta Michaeli Malapert
Una vocata Germana, nupta Huberto Hildewere
Patrui domni Nicolai nostri : Michael de Behault. cujus uxor obyt 1517. Cujus filius Joannes sæpe nobis benefecit ; habebat et filiam professam in domo sororum grisearum in Montibus.
Dominus Quintinus de Behault alter patruus domni Nicolai nostri.
Isabella de Behault amita nostri domni Nicolai, nupta Huberto Mils Doliario, qui obyt 10 Octobris 1518
Hi omnes varijs vicibus nobis benefecerunt, ut videndum est in manualibus procuraturæ hujus domus. Requiem in Pace.

AC 100:27/2, p. 275, L5-6, c.1530: honorabilis vir, Joannes de Behault, magnus benefactor domus Capellæ.
AC 100:23/2, p. 9, L27-28, c.1530: Et honorabilis vir, Ioannes de Behaut, magnus benefactor domus Capelle.

Arsenal : 11 [januarius] domni Nicolai Behautij, Montensis, qui quinquaginta annis laudabiliter vixit in ordine.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 10 januarius : domnus Nicolaus de Montibus, professus et secundo domus Capelle.
Arsenal : 28 [januarius] parentum fratris nostri Nicholai de Behault ac omnium pro quibusdem obligatur.

Schrije 180.

ChM192
**Nicolaus le Cauchie**
alias **a Marka.**
b - Marcq (Hainaut).
e - sac ? - ?
vic ? - ?
P 1557- †.
f - 18 avril 1559.

---

Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Nicolaus a Marca, duobus annis et tribus mensibus.
Lamalle, p. 185 et 213:

Pede fol. 81 : domnus Nicolaus Le Cauchie a Marka, monachus profes hujus domus, qui anno 1551 hic erat sacrista et anno 1555 in hac domo vicarius quando celebravimus exequias patris ejus Alexandri van der Catsie, defuncto autem 8ª Januarij 1556 domno Arnoldo a Tilia hujus domus priore, hic domnus Nicolaus prior est electus ex vicario. Tempore prioratus hujus invenio scriptum in fine computus hujus domus : Anno 1557 in æstate valebat sextarium bladi sive siliginis sex florenis, nunquam meminit se homo legisse, blada fuisse tam cara: miserabile erat videre homines fame marcessere. sed dominus eam inopiam magna cumulavit benedictione ; ita ut messe peracta, quod anté venijt sex florenis, dabatur novem stuferis. Deo laus æterna ! In procuratorem suam hic domnus Nicolaus a P.P. visitatoribus petierat et obtinuerat domnum Franciscum de Cavenere professum domus in Scheut, qui defuncto priore Nicolao Le Cauchie 18° aprilis 1559 ad suam domum rediens in illa institutus procurator fuit.
Pede fol. 81 – 82 : Livinus van der Haghen, alias Oumens vel Dumens, natione Gandensis, professus hujus domus, qui factus est sacrista, tum circa annum 1553 ex vicario factus procurator. quod gerens officium scripsit registrum bonorum nostrorum quod adhuc vocamus Haghen. Circa finem autem vitæ domni **Nicolai le Cauchie** missus fuit hospes Liram, mortuo vero domno **Le Cauchie** priore prædicto 18 aprilis 1559, electus est in hujus domus nostræ priorem ; quod officium gessit usque ad 11[m] septembris 1566, dum defunctus est : vero similiter ex merore et tristitia super illis quæ paucis diebus antea, hic accederant.

Arsenal.

AC 100:40, p. 17, L33, c.1557 : priori domus Capelle non fit misericordia.
AC 100:27/3, p. 133, c.1560 : domnus Nicolaus de Marca, prior domus Capellæ.

ChM193

**Nicolaus Deken.**

a - m.: Catherine Ameyden.

b - Colard
Enghien (Hainaut).

e - proc 1329, 1332, 1336, 1339, 1340.

f - 26 novembre ?

---

Lamalle, p. 19 : (monachorum fuerunt defuncti ante 1390) dominus Nicolaus Deken de Angia, monachus et procurator huius domus.

Lamalle, p. 27 : anno millesimo tercentesimo quadragesimo fuit procurator huius domus dominus Nicolaus Deken de Angia, quot annis nescio et de bonis eius ac parentum eius habuit hæc domus multa ut patet in pluribus litteris. Obiit in die Lini papæ.

Pede fol. 3 : domnus Colardus alias Nicolaus Deken, Angiensis professus hujus domus a cujus matre domina Catarina de Ameyden multa mobilia recepimus. Fuit hujus domus procurator ab anno 1329 ad annum usque 1340 et forsan ultra obitus hujus in calendario 26° novembris.

Arsenal : 26 november, domni Nycholay Deken monachi domus hujus.

ChM194
**Nicolaus Gravesande**
alias **Scravenzande, Sgravesande.**
e - sac <1390 - ?
f - 31 janvier 1433.

---

PB:

Lamalle, p. 21 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui non fuerunt hic anno M°CCC°XC° sed postea venerunt et sunt defuncti usque ad anum M.CCCC.LVI.), dominus Nicolaus de Gravesande, monachus et sacrista huius domus
Lamalle, p. 50 : anno 1433 obiit dominus Nicolaus de Gravesande, monachus huius domus, dictus antiquis sacrista.
Pede fol 9 : domnus Nicolaus de 's Gravesande monachus professus hujus domus et sacrista, qui obyt 31 januarij 1433
AC 100:10, p. 160, L1-2, c.1433 : dompnus Nicholaus Scravenzande monachus domus Capelle pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:24, p. 118, L33, c.1433: domnus Nycolaus de Scravenzande monachus domus Capelle pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
Arsenal : 31 januarius, domni Nycholai de Tsgreevensande monachi domus huius.

Schrije.

ChM195
**Nicolaus Huart**
alias **Huwardus.**
b - Marcq (Hainaut).
d - ca 1556.
dia 12 juin 1557
e - cité 1557-1558
proc 1559-1570
P 20 juin 1570-c.1577
Zierikzee P c.1577-c.1578
Utrecht vic c.1578
Li hos 1578-1580
Ch proc 1580-1584
Geertruidenberg rec 1584
Geertruidenberg P 1584-1595
Ch moi 1595-1597
proc 1597-1601.
f - 10/14 mai 1602/9 avril 1603.
g - Delvaux le cite proc a partir de 1557, mais a ce moment Franciscus de Cavenaere est cité proc, et ce jusqu'en 1559.

---

de Wal, 7044, f° 145:

Le Vasseur (L.), *Ephemerides*, t. I, p. 442ab. IX die Aprilis. Nicolaus Huard. Prior Capellæ. — Cartusiarum Capellæ, Ziriczææ et Hollandiæ Exprior, in Ordine nostro nominatissimus ; exemplis enim religiosæ conversationis quæ per annos quadraginta septem in ordine præbuerat patientiæ coronam addens, feliciter ad Dominum emigravit anno 1603 circa hoc tempus, postquam per plures annos innumeras persecutiones, contumelias ab Hæreticis sustinuisset, e quibus tandem eductus est a Domino in locum refrigerii. *Chronicon Cartusiæ Capellæ. Franciscus Ganneron in suo Martyrologio ad hanc diem.*

AAM, Acta episcopalia Cameracensia, 25, f° 132v: Diaconi ordinati eodem die (12 junij 1557) Nicolaus Huwardus ordinis carthusianorum prope Angiam

AC 100:37, p. 35, L38-39, c.1575: priorem domus Capellæ rogamus, ut secularium frequentiam inter quos periclitatur sobrietas devitet
AC 100:37, p. 48, L34-39, c.1577: Domui Zerichzee præficimus in priorem domnum Nicolaum Huardi, propterea a prioratu domus Capellæ absolutum; quem hortamur ut recuperationi, restaurationi et reædificationi dictæ domus invigilet, secundum quod illi mandabitur a Visitatoribus, et sine consilio eorum nihil faciat; et resideat in aliqua domo Ordinis diu noctuque, frequentando divina, donec ad dictam domum pateat accessus
AC 100:37, p. 58, L16-19, c.1578: priori domus Zerichzee ad suam magnam instantiam fit misericordia, &c.; et V isitatores Provinciæ habeant diligenter respectum tam ad dictam domum quam etiam ad duos monachos domus professos, donec, pace reddita, aliter Ordo de prædicta domo disposuerit
AC 100:38, p. 22, L1-2, c.1590: (*In domo Hollandiæ*). Committimus visitatori, ut conventuales dividat prout melius expedire iudicaverit.
AC 100:38, P. 65, L1-3, c.1593: quia nulla adhuc apparet spes recuperandi bona domus Holandiæ situata in Holandia, volumus ut prior se cum suis transferant ad domum Lyræ, ibique vivant ex illis bonis quæ sunt in ipsorum potestate adhuc relicta.
AC 100:38, p. 82, L27-34, c.1595 : (*In domo Lyræ*) volumus ut iuxta ordinationem capituli anni præteriti administratio bonorum domus Holandiæ sit penes priorem domus Lyræ ; et monachi domus Hollandiæ professi ad dictam domus Lyræ per visitatores missi tractentur et habeantur ut eiusdem domus professi, et hoc per modum provisionis, donec pax reddita fuerit patriæ. Et quia domus Holandiæ non indiget alio priore, domnus Nicolaus ultimus prior dictæ domus resideat in domo Capellæ suæ professionis ; quem ab officio prioris absolvimus.
AC 100:27/4, p. 78, L25-28, c.1603: domnus Nicolaus Suardus, professus domus Capellæ, quondam prior domorum Zerichzee, et Hollandiæ, qui multis superatis laboribus 47 annis laudabiliter vixit in ordine.

AC 100:39, p. 11, L19-21, c.1603 : Obiit domnus Nicolaus Hicardus, professus domus Capellæ, alias prior eiusdem et domorum Zerizeæ et Hollandiæ, qui multis superatis laboribus 47 annis laudabiliter vixit in Ordine, per quem habet missam de Beata.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 14 maius : domnus Nicolaus Huardus, prior domus Capelle et Hollandie.

Lamale, p. 13 : (catalogus priorum) domnus Nicolaus Huardus professus huius domus, electus et confirmatus a visitatoribus circiter XXa iunii anno1570, qui circiter decem annis functus fuerat officio procuratoris in hac domo. Fuit autem prior septem annis et hinc missus est prior Siriczee.

Pede fol. 85 – 87 : domnus Judocus de Moor alias Morus monachus professus hujus Domus Ante ingressum ordinis venerabilis sacerdos et Decanus Bergensis ad zomam vir doctus vestem Cartusianam in hac Domo recepit anno 1573 initio may, professionem emisit in maio 1574. Tribus annis post hanc suam professionem vix completis advenit cartha capituli generalis per quam factc misericordic domno Nicolao Huart, domnus Judocus hic nominatur prior his verbis : priori domus Capellæ fit misericordia, et ad instantiam sanioris partis conventus domus præficimus in priorem dictæ domus domnum Judocum de Moor monachum ibidem professum. Domnus autem **Nicolaus Huart** missus est prior ad domum Ziriczeæ.
Anno 1577 hæc acta fuerant : et anno sequenti 1578 domnus Judocus ascendit ad generale capitulum indicta illi collatione, et carta inde veniens dicit de eo articulo Capellæ : quem rogamus, ut in suis multimodis tentationibus patienter præstoletur divinum auxilium. Hoc anno Wallius de cartusia prope Bruxellas in Scheut 5[a] februarij ait, fugientibus ex conflictu (queratur ille conflictus alibi) cæteris militibus ordinum, dispersi sunt per pagos Bruxellæ vicinos, et magnus erat tumultus in civitate Bruxellæ ita ut fugerent multi cives et ecclesiastici timentes obsidionem civitatis : et eodem die recesserunt ad domum Capellæ relicto monasterio : domnus Christianus Nouts prior, domnus Franciscus Caveneer, domnus Nicolaus Coen sacrista, domnus Petrus Leuwis et domnus Joannes de Broyere cum frater Joanne Lamberti donato; quos omnes domnus Judocus de Moor prior noster humanissime excepit et in quantum potuit fovere conatus est per totam quadragesimam, cæteris religiosis Bruxellensibus ad civitatem se conferentibus ibique remanentibus. Sed qui ad hanc domum confugerant supradicti diu hic subsistere non potuerunt, propter hæreticos qui et hic prævalere incipiebant. Nam ex nostris 6[a] aprilis cum dicto domno Petro de Leeuwis missus est ad domum Ultrajectensem frater Cornelius Eeckhaut de Alosto, novitius in hac domo, qui anno præterito 1577 in festo Sancti Brunonis habitu monachali donatus fuerat de quo infra.
Carta capituli nostri generalis hoc anno hortatur domnum Judocum priorem nostrum his verbis : quem rogamus ut in suis multimodis tentationibus patienter prestoletur : ut supra. Hoc anno circa Pascha cessavit hic divinum officium in cantu celebrari propter hereticorum rabiem, nec fuit hæc domus Capellæ a nostris fratribus inhabitata ab hoc anno, usque ad annum 1593 circa festum Sancti Joannis Baptistæ et tabula summi altaris de qua supra iterum est separata et translata Angiam, ubi adhuc adservabatur anno 1595.
Carta capituli generalis anni 1580 habet : priori domus Capellæ fit misericordia. propter bonum ad quod vocatur in domo Leodij, et præficimus in priorem dictæ domus domnum Lambertum a Rossegem subvicarium monialium Brugis, sed adveniente carta vicarium agebat in domo de Tuchelausen; de quo infra.
In his nostris afflictionibus, persequentibus nos hæreticis, junxerunt se rustici Herinenses qui nos defendere debuissent (ad exemplum futuri temporis) scribit namque P. **Huart** de quo infra: sub annum 1579 sicut jam aliquoties ante fecerant, exigebant a nobis scabini Herinenses duos equos et dimidium unius custus in subsidium Exercitus Regij cum quibus jam convenerat P[s] Judocus prior et promiserat se illis pro illo onere numeraturum sex Libras magnas. Ego vero cum jam redijssem ab exilio ( status enim Brabantiæ et Baillivus Angiensis cogerant me vertere solum, cum mandarent omnibus que liberum fecerant me interficere quocumque loco et habitu invenire : eo quod me opponerem ipso …………tibus et audacter illorum factiones reprehenderem.

Pede fol. 87 : domnus Lambertus van Rotselaer monachus professus hujus Domus qui primitias suas celebravit anno 1565, et factus est Procurator in hac Domo circa 20 Juny 1570 in quo officio perseveravit usque ad annum 1577, quo verosimiliter missus est subvicarius ad Domum monialium Brugas, et inde creatus est vicarius in Domo de Tuchelausen. Anno autem 1580 absoluto per cartam D° **Nicolas Huart** priore hujus Domus et ad prioratum domus Ziriczeæ translato, per eandem cartam domnus Lambertus hujus Domus Capellæ institutus fuit prior. sed antequam charta hæc ad Domum illam de Tuchelausen pervenerat pie in suo oratiorio obierat et sic fuit inventus mortuus. orationi addictissimus semper fuerat, et tam sanctæ famæ ut visitator Provinciæ Allemaniæ scripserit de eo visitatori hujus provinciæ quod talis et tantus vir Cathalogo sanctorum merito deberet inscribi, hæc Wallius Bruxellensis.

Pede fol. 88 – 94 : domnus Nicolaus Huardt monachus professus hujus domus natus ut credimus in Marka Pago Angiæ vicino, unde ut dicitur familia illa Huardorum originem sumpsit. quo anno hic intraverit nondum inveni nec quo etiam professionem emisens . Procurator erat anno 1557, ad annum usque 1570; quo post cartam Capli translato D° Andrea Loodts ( de quo supra ) hujus Domus priore ad prioratum Domus monachorum, Nicolaus noster electione Conventualium ex Procuratore hujus Domus nostræ factus est prior, 20[a] scilicet mensis Junij.
6[a] Junij 1568 Bruxellis capite plexus est Comes Egmondanus cum Principe de Hornes accusati de rebellione contra Regem Hispaniæ principem nostrum; et deinde varijs in locis jussu Ducis Albani capti sunt et carceribus inclusi, varij, de simili rebellione et hæresi accusati, suspendio perierunt et bona illorum fisco adscripta inter illos erant Cives Angienses plurimi, et aliqui, super bona quorum habebamus nos Redditus annuos . ne autem nos confiscatis illorum hæreditatibus Redditus nostros perderemus; domnus Nicolaus hoc anno 1570, suæ Majestati presentavit Libellum supplicem quatenus per dominus Frasneau ad illas confiscationes Angiæ constitutum obtineremus indemnisationem desuper; quod et obtinuimus.
Augustiniani Angienses eandem viam ingressi etiam indemnisati fuerunt. In nostra supplica nominati sunt super quos Redditus habebamus sequentes: Hermannus de la Warde suspensus, Stephanus Pletijncx etiam Civis Angiensis suspensis sicut Franciscus delawarde, Joannes Daelman Lanius, Adrianus vander Beken.
quidam Joannes Le Veu dictus Jolij fugitivus; habentes Domos suas Angiæ confiscatas . Adrianus de langhendonck et Nicolaus Ghyselins suspensi qui habebant bona in pago Herinensi super quæ habebamus similiter Redditus. Supplicæ P.P. Augustinianiorum nominat Stephanum Pletincx qui supra, Petrum Rogiers, Nicolaum Ghyselins qui supra, Hermannum de la Warde qui supra et Judocum Robyns suspensos et Martinum van der Moette, Judocum de Leene et Egidium Zegers fugitivos. Hæc curiositatis causa. Supplica P. Augustinianorum presentata fuit A° 1573.
Scribit sequens memorabile D Nicolaus de hoc anno 1570. 3[a] inquit Junij circa horam 5[m] vespertinam fuit tanta inundatio aquarum in hoc Conventu et locis vicinis, ut nostra Retinacula piscaria et Pomerium inferius submessa et inundata cernerentur et circa pontem lapideum in platea ante portam videbatur et putabatur
Diluviumin proximo esse iterandum: transcendabat enim aqua altissima Littora existentia circum nostra retinacula ad altitudinem duorum vel trium pedum; nec tenet memoria hominum se vidisse tantam et tam subitaneam inundationem aquarum in hisce Regionibus. Inundavit etiam nostrum vivarium in Scibbeke hocce Diluvium ( si sic dicere fas est ) itaut utriusque effractis cancellis, aqua transcenderet altitudinem aggeris et plateæ a villa de Schibbeke usque ad Tabernam Arnoldi Pletincx . meminisse meminerint Posteri . hæc illo.
Anno 1571 domnus Nicolaus fecit refici et restaurari varias Imagines et sanctorum statuas, quæ nondum refectæ erant, confractæ in hac Ecclesia nostra ab hæreticis Angiensibus et Aldenardensibus anno 1566 ut vidimus supra, de quorum numero forte fuerant hi qui anno 1569 suspensi fuerunt ut hic supra.
domnusNicolaus noster anno 1575 per cartam capituli generalis parvam est passus mortificationem, in his verbis: priori domus Capellæ non fit misericordia : quem hortamur in Domino et rogamus; ut circa spiritualia invigilet, et sæcularium frequentiam, inter quos periclitatur sobrietas, devitet.
Anno 1577 per cartam capituli absolvitur a prioratu hujus domus et mittitur prior ad Domum Ziriczeæ in Zelandia hujus Provinciæ, quem ( inquit hæc Carta ) hortamur ut recuperationi et restaurationi dictæ Domus invigilet: secundum quod illi mandabitur a visitatoribus, et sine consilis eorum nihil faciat. Et
resideat in aliqua Domo Ordinis diu noctuque frequentando divina, donec ad dictam Domum pateat accessus. An ad illam Domum Ziriczeæ accesserit ignoramus, non videmus illum in hac Domo presentem, unde credimus illum resedisse in aliqua Domo Domui Ziriczeæ viciniori.
Hoc eodem anno 1577 Princeps Orangius Rebellium et hæreticorum Ductor et Caput, a Statibus Brabantiæ Bruxellas vocatus fuit ubi summo cum honore receptus creatur Brabantiæ Ruardus; et statim Magistratus hæreticos ibi constituit et veræ Religionis cultum interdixit etc opposuit autem se illis Princeps Joannes Austriacus cum Exercitu Regis Hispaniæ principis nostri, et tandem devicit capta Bruxella et alijs Civitatibus varijs in Brabantia et Hannonia integra ante finem Junij 1578.
Existimo quod hoc tempore cum accessum non haberet noster D Nicolaus ad Domum Ziriczeæ aliquoties ad hanc Domum venerit et etaim forte Bruxellas; ibique verbis liberioribus et objurgatorijs in status Brabantiæ et Baillivium Angiensem, et alios forsan partem Rebellium et hæreticorum tenentibus sit invectus: et ob hanc causum ad se illam proscriptionem attraxerit de qua conqueritur fol. 87 ut supra, ubi dicit quod status Brabantiæ et Baillivus Angiensis coegerunt eum vestere solum mandantes et omnibus liberum declarantes illum interficere, quocumque loco et habitu inveniretur: eo quod ( inquit ) me opponerem
ipsorum conatibus et audacter illorum factiones reprehenderem.

per cartam capituli 1578 ( forte ut periculum non incurrent ) factus est vicarius Domus Trajecti: in qua non diu permansit sed brevi fuit expulsus cum alijs Confratribus habitantibus in illa per Hæreticos rebelles, nam anno sequenti 1578 invenitur in Domo Leodiensi hospes et ibi cum V.P. Visitatore Exul ut scribit supra.
Ex hoc exilio ob petulantiam Rusticorum Herinensium, per Litteras obedientiales V.P. Visitatoris, ad hanc Domum nostram remissus fuit hoc anno, quo Hannonienses in gratiam Catholici Regis redierant, et Rusticos nostros compescuit statim: et factus est secundo hujus Domus Procurator. iterum autem Rustici Herinenses
in nos insurrexerunt nam scribit ipse: anno ( inquit ) 1580 in principio maij cum omnia vergerent in pejus in his Regionibus senatus Herinensis oportunitatem nactus, vocavit nos injus coram Baillivio ( ut vocant ) Hannoniæ, prius habita Montibus Hannoniæ consultatione ut moris est; super quatuor vel quinque articulos qui hic particulariter describentur in futurorum notitiam et securitatem majorem. In primis requirebant a nobis vel potuis nos cogere nitebantur ad distribuendum singulis septimanis pauperibus in Herne bonam quantitatem panis, granorum et Cerevisiæ : vel ut aliqui dicebant: duos modios siliginis, quorum distributionem sibi deberi affirmabant, eo quod nos ipsi hoc præstare minime possemus pro antiqua consuetudine ( cum tunc essemus Domo pulsi ) quæ omnia deberi affirmabant ex certo Legato quod probare nitebantur ex longa consuetudine quam consuetudinem forte induxeramus ante duodecim annos propter improbitatem multorum pauperum et multitudinem; quia illorum in tantum accreverat numerus, quod illis nullus ordo præseribi poterat nisi hoc
modo, et hæc distributio fuit quandoque intermissa, secumdum quod blada care vendebantur. Nulla tamen unquam legitur in Archivis nostris legatio vel obligatis: nihil enim tenemur ex Legato distribuere pauperibus, nisi unum modium Bladi in pane conversum circa festum S. Antonij ex parte D: Joannis Struë. Item feria 6[a]
post Lucæ tenemur distribuere panes quatuor Rosariarum Bladi in Ecclesia Herinensi, in anniversario filiorum van den Leene quod eodem die celebrari debet. Aly tres articuli concernunt particulas aliquas sylvarum aut Terrarum nostrarum, quas ad Pagum suum pertinere pretendebant, prout in Registro dicto Hagen videri possunt et describuntur. ad finem addit : Hæc omnia dicebant Herinenses sibi de jure deberi: verum cum ego vocassem ad me Pastorem Herinensem et Reynerum Robaert, ostendissemque eis nostra munimenta scripturarum, rogavi eosdem hoc velle mayero et senatui indicare, ut antequam procederent ulterius in causa ipsi judicarent quid facto opus esset; ne si successu temporis essent illis aliquæ expensæ faciendæ, nobis imputarent culpam. quibus auditis, a proposito destiterunt. Ex his facile est videre quod Domus hæc tunc temporis a nostris deserta erat, et utipse alibi notavit ab anno 1578 circa Pascha cessavit hic Divinum officium in cantu celebrari propter hæreticorum inquit rabiem nec ab illo anno fuit hæc Domus Capellæ a nostris fratribus in habitata usque ad annum 1593, de his plura in forius.
Interim hoc anno 1580 nominato per cartam D° Adriano Dorpio in hujus Domus Rectorem, cum noviter huc ~~forsan~~ ex Domo Erfordiæ ad quam confugerat forte advenisset: Dominica infra octavas visitationis B° Virginis Mariæ fuit exustum hoc nostrum monasterium Capellæ ab hæreticis qui præsidium habebant in Ninovia. fuerunt autem exusta Ecclesia, sacristia, capitulum, sacellum S. Crucis et pars parvi Claustri; Porta anterior, Camera mulierum, et Stabula Equorum. Itemsecunda porta cum Domo quam abbatiam vocabant; Tres Cellæ fratrum Laicorum cum porta Pomarij et Cella Procuratoris. eodem die exusta etiam fuit Colonia nostra cum Molendino in Scibbeque et aliquanto tempore post Colonia nostra in Ezelenbergh.
ab hoc tempore domnus Adrianus Rector et noster hic Nicolaus Huart Procurator, dimittentes hanc Domum et Refugium nostrum Angiense ubi prævalebant Hæretici et hactenus latuerant, fugerunt ad Montes Hanoniæ circa mensem Octobris 1580 et conduxerunt ibi Domum pro uno anno a festo Andreæ hujus anni ad idem festum usque anni 1581 pro 250 Libris. conduxerunt et Granarium a Confratribus S[æ] Christinæ non procula
porta de Nimij pro termino trium annorum pro quo ( inquit ) tenebimur quotannis numerare 20 Libras turon, expirabit primus annus in festo S. Andreæ 1581. Refugium Angiense per partes varijs elocarunt, Joannes Pletincx elocavit Capellam, cameram illi attenentem cum Cavea etc; tr sonibus incipientibus in vigilia nativitatis Dni 1580.
Cum autem Montibus habitaret domnus Nicolaus noster, ibi scripsit Registrum Reddituum hujus Domus annis 1580 et sequenti: quod adhuc extat nitido Charectere scriptum. Illis autem absentibus nostris hoc anno 1580 Hæreticorum opera, totus pagus Herinensis incendio conflagravit, et in quadragesima feria secunda ante Palmas 1581 Ecclesia parochialis. 20 octobris 1584 domnus Nicolaus noster institutus est Rector Domus nostræ Hollandiæ dictæ vel Montis S[æ] Gertrudis ad confines Brabantiæ, ad quam illi ante 10 May 1585 accessus non patuit, illa tantum die venit Bredam, ut scribit in suo manuali Bredæ scripto, et addit: Et hic notandum quod cum ego venissem Bredæ anno 1585 a Capitulo generali Rector Domus missus, ubi intellexi Domum multis gravati debitis quæ diversis Rebellibus debebantur Antverpiæ, in Monte S[æ] Gertrudis et alijs locis, profectus sum ad

Exercitum Regis prope Antverpiam ubi tum castra fixerat Dux Parmensis: eui exhibuimus Libellum supplicem super hujuscemodi debitis, in eum finem, ut Rex in quem jure fisci hujusmodi debita devoluta erant; nobis condonaret quod et fecit; ut patet per quittantiam super ijs concessam quam habemus. Sed quia vidi Adrianum van den Wijngaerde semper mansisse fidelem et sincerum; de consensu D: Vicarij,
Arnoldi, et Procuratoris; numeravi illi ad bonum computum 18 Rhenenses.
Anno 1589 ( scribit in dicto manuali Bredæ ) in profesto Divæ Gertrudis fuit civitas Montis S. Gertrudis obsessa ab statibus Hollandiæ usque ad 7^m^ aprilis, quo die Dux Parmensis Bredam venit cum Exercitu: quo cognito, Hostes fugam inierunt et obsessi, Regi equissimis acceptis conditionibus sese dederunt tradita Civitate 15^a^ aprilis, et addit: Benedictus Deus ! hac die fluvium trajecit ad Montem S^æ^ Gertrudis, et in Civitate
ob illius reductionem, biberunt in prandio Tria pocula vini et in Cæna poculum vini rubri: pro quo ( addit ) solvi 16 solid In eodem suo manuali Bredæ scripto, scribit anno 1591 sequentia: In mense Augusto cum essem in itinere ab Hooghstraten versus Montem S. Gertrudis, et esset nox valde pluviosa, itaut Cataractæ cæli aperiré viderentur, nec esset spes amenioris auræ conversus ad Dominum, votum feci Domino: quod si nobis redderetur æris serenitas, quod ego facerem cantari missam de B^a^ Matre Anna, musice. quo voto emisso, statim ante mediam horam reddita est nobis serenitas et clara phoebus: et ego voti reus, curavi cantari missam misice de præfata S. Matre Anna, ratione cujus, ego numeravi cantoribus 3 Libras. supra scripta satis læta sunt, sed dolendum quod scribit in memorato manuali: anno inquit 1593. Marty 28^a^ civitatem Montis S. Gertrudis, Rebelles Hæretici iterato obsederunt usque ad festum S. Joannis baptistæ; quo die tractatum de
deditione fuit, et postera die reliquimus Civitatem Hosti. alibi invenio scriptum quod obsessi sic restiterint Principi Mauritio obsidenti ut tres Gubernatores Civitatis in obsedione fuerint occisi. An tunc D Nicolaus prior iterum Bredam confugerit et an illa Civitas pro illo tuta fuerit ignoramus. sed prior mansit semper nomine ad cartam usque 1595 quæ habet:Et quia Domus Hollandiæ non indiget alis priore, D Nicolaus
ultimus prior dictæ Domus resideat in Domo Capellæ suæ Professionis, quem ab officio prioris absolvimus.
Vidimus superius quod circa Pascha 1578 in hac domo Capellæ cessaverit divinum officium in cantu celebrari nec fuisse Domum hanc a fratribus nostris habitatam ab illo anno usque ad annum 1593 circa festum S. Joannis Baptistæ . ab illo festo usque ad profestum S. Brunonis 1596 celebravimus ( inquit ) divinum officium in sacello B^æ^ Mariæ anteriore. hoc autem eodem anno 1596 in profesto S. Patris nostri Brunonis, incepimus iterum divinum officium cum cantu persolvere et hoc in Choro Conversorum qui ( addit ) modo est Chorus noster. incepimus autem a vesperis. hæc in Registro Litterarum in membrana sub. 1344 notato: in Procuratura Huc reversus noster domnus Nicolaus non mansit otiosus, nam hoc quietis suæ anno 1595 et sequenti, scripsit Registrum Reddituum nostrorum in Aheren.
Anno autem 1597, 23^a^ Februarij loco domni Conrardi Graet Procuratoris, pro tertia vice hic institutus est Procurator. Anno 1598 declarata pace inter Regem nostrum Hispaniæ et Regem Galliæ et concesia Hispaniarum Principe Isabella Clara austriaco Principi Alberto cum his regionibus in matrimonij doctern, fecimus a civitate Montensi huc transferri mobilia et ornamenta Ecclesiæ nostræ et Libros et Chartas Procuraturæ et similia quæ illuc a periculis servanda translata fuerant. Posteris suis domnus Nicolaus nihil ignoratum relinquere volens, scribit in Registro quodam notato ad 1508, de anno 1600 sequentia quæ licet ad rem nostram non videantur pertinere; equidem hic notanda judicavi. Hoc inquit anno 1600 fuit valde vehemens gelu et intensum, quod duravit fere a festo S. Agnetis usque ad Octavas Paschæ quæ celebrabatur 9^a^ aprilis; itaut in vigilia et ipso die Paschæ multa nix operuerit terram ad altitudinem pedis, similiter et in ipsis octavis et postridie octavarum; et fuit ijs dem diebus tam vehemens gelu quod multæ arbores obriguerint et congelatæ sint, eoquod propter spissitudinem nivis, non posset gelu intrare terram in tantum, quod hoc anno non habuimus unum acinum, prunum, cerasum; sed nec unam nucem: pauca admodum pira.
sic et sequenti anno 1601 duravit gelu per totam quadragesimam usque ad Dominicam Palmarum 15 aprilis quo tempore adhuc nix operiebat terram, ita quod nec anno hoc habuimus vix unum acinum; cerasa pruna pira et poma habuimus perpauca Initio hujus anni 1600 domnus Nicolaus Huart Procurator, laboribus fractus et senio confectus, quietem obtinuit a curis Procuraturæ absolutus et potuit se ad felicem mortem preparare quæ ei advenit 10 may 1602. Venerabilis hujus viri obitus describitur in Libello qui intitulatur Indiculus Martyrum Ordinis Cartusiensis qui M.S. est in Bibliothæca D prioris Bruxellensis, his verbis :
V.P. Nicolaus Huardus prof. et antiquior et alias prior domus Capellæ Ziriczeæ et Hollandiæ, qui multis superatis laboribus et Hæreticorum periculis 47 annis vixit religiose in ordine.
M.S. hic libellus concordat cum Necrologio Cartusiæ Borboniensis. Habuit Missam de B^a Maria^ per Chartam 1603.

Pede fol. 94 -96 : domnus Conrardus Graet, monachus professus hujus domus in die S[s] Lini Papa 23 septembris 1572, natione Bruxellensis ordines minores recepit in illa Civitate anno 1573, sicut et subdiaconatum 1574. Primitias cantavit A° 1576. anno autem 1578 cum alys hujus Domus Monachis, hæreticis in his partibus prævalentibus solum relinquere coactus fuit; missus verosimiliter ad aliam Provinciam Allemaniæ ut cæteri. Unde fuit revocatus ut in hac Domo Procuraturam ageret loco domni **Nicolai Huart** ad Rectoratum Domus Hollandiæ translati circa initium anni 1585 : subsigant equidem se ut Procurator anno 1588, nec creditur quod alius interfuerit. Hanc notam hic adjungo quia domnus Henricus Cuyckius Theologiæ Doctor Episcopus Ruremundensis qui multa egregie scripsit de hoc infelicissimo ævo quo vivebat; scribit quod sequitur in Epistola parænitica, opusculo Lovany impresso anno 1596. Scribit autem hic de anno 1586 : Circa medium ( inquit ) quadragesimæ hospitatus est prior Cartusianorum Bruxellensium Thenis apud domnum Henricum Boxhoren tunc Pastorem et Decanum Christianitatis ibidem, qui habebat fratrem in Domo Capellæ professum domnum Gasparum uterque Boxhoren retro respexit, vovit uterque, neuter datam Deo fidem servavit : nec mirum ; a carnis petulantia et ijs vitijs ac periculis quæ continentiæ in futuro contraria sunt deserta violataque prima fide, in profundum, et in damnationis præcipitium uterque descendit. sed hoc ad damnatio
nis cumulum vertetur Henrico Boxhorinck, quod ille Gasparum fratrem suum Cartusianum Monachum et Sacerdotem, cum post apostæsiam carcere semel iterumque resipiscens punitus fuisset, et ad extremum Præfecto Cartusianæ familiæ in qua degebat atque itidem æconomo, Toxicum obtulit hauriendum; ad carnis libertatem et ad incæstas nuptias cum Antverpiana quadem fæmina incundas seduxit. Sybillinæ hoc Litera Thenas ab ea missæ testantur, quas ( addit ) mihi redditas domi asservo.
An illa quæ hic scribit auctor ille in suis circumstantijs omnibus vera sint facile potest judicari. nam diu ante hunc annum et longe post, non fuit hic professus Monachus vocatus pronomine Gaspar; cognomen Boxhoren vel Boxhorinck non datur inter professos hujus Domus Capellæ. Toxicum autem offerre priore et procuratori hujus Domus qui illo anno erant Adrianus Dorpius et Conrardus Graet, non potuit; quia aberant et Domus hæc deserta : cers is professis. Si Cartusianus fuerit ille nequam, pessime ergo scribit quod fuerit hujus Domus Capellæ professus, quod certo falsum est ex relatis.
Habuimus quidem et videbimus infra post aliquot annos unum ex nostris professis deviantem *illo* incarceratum, sed vocabatur Eustachius de Bertechamps, qui omnino ad se reversus est, hujus nomina differunt nimis ab alys. Noster hic Procurator domnus Conrardus cum jam ad hanc Domum redijsset e Domo Hollandiæ domnus **Nicolaus Huaert** ab anno 1595 et restitutus Procuraturæ pro tertia vice 23 feb: 1597 absolutus est. unde petijt per Litterus a V.P. Visitatore mutationem ad aliam Domum, et ab illo responsum accepit quod hic adjungo ut ex eo bona fama D Conrardi videatur.
S.P. Venerabilis in Christo, Dñe Confrater dilectissime accepi Literas tuas ex quibus intellexi dolenter, factam mutationem officij tui. fateor equidem mihi non placere . tam preceps consilium et velle me fuisse præmonitum; nec inconsulto me V. Priorem vestrum tale quippiam facere aggressum esse : sed quia statuta ord[e] nostri ejusmodi potestatem concedunt et permittunt prioribus, nec in ea re visitatores consulere tenentur : oportet habere patientiam et ea quæ facta sunt de manu Dei accipere, imo etiam gaudere quod a tot molestijs distractionibus et maximis diffecultatibus liberatus, ad quictis portum et amicam solitudinem professioni nostræ propriam redieris. Quod vero petis ut de alia Domo tibi provideam pro tua majori quiete et consolatione: faciam id lubens et facile; sunt enim plures Domus ubi tua presentia et conversatio grata erit et chara. Sed paululum expectandum est, donec capitulum gle fuerit celebratum, in quo cum alia nonnulla de Provinciæ Domibus et personis, tum etiam de vobis aliquid ordinabitur. Itaque tantisper patienter feras istam
in domo professionis tuæ residentiam, exercens te in cordis stabilitate mentisque quiete et tranquillitate. Ego tui memor ero et vos juvabo, consolabor et promovebo quamtum in me fuerit; diligo enim charitatem vestram ex animo et in visceribus Jesu Christi vos complector: rogans ut in sanctis sacrificijs et orationibus, mei peccatoris memoriam non deponatis: saluto etiam peramanter D.N. cujus Literis hoc tempore non vacat respondere habiturus tamen earum rationem et suo tempore prospectunis utilitati Domus vestræ cum Dei gratia et authoritate capituli generalis. Bene valeas V.P.C. in Christo Jesu. In festo Mathiæ apostoli A° 1597.
Stetit promissis V. P. Visitator nam eodem anno per cartam sequentis capituli cum ad se vel Domum Bruxellensem venire fecit; ubi anno sequenti Papyrum ad illum misimus, in qua imprimeret officia nova sanctissimi nominis Jesu, S.S. Trinitatis et Transfigurationis Domini nostri pro Choro nostro, quod et ibi fecit.
Initio autem anni 1600 cum domnus **Nicolaus Huart** Procurator hujus Domus propter senium fuisset absolutus, noster domnus Conrardus ad Domum hanc suæ professionis fuit revocatus et Procuratura restitutus sub domno Adriano Dorpio priore, et in hoc officio mansit ad mortem usque quæ accidit 2[a] septembris 1608

Testimonium quod de eo dat Wallius Bruxellensis in suis annalibus qui et cum illo Bruxellis habitaverat, breve est, sed multum dicere videtur: Vir inquit puis, et zelator ordinis.

Pede fol. 97 – 101 : domnus Adrianus van den Dorpe Ninovita monachus prof[s] hujus Domus circa annum 1566; sed anno 1578 propter hæreticos cum alys ad exteras Domos exulare compulus, missus fuit ad Domum Erffordiæ ubi non diu post factus est Procurator.
Anno autem 1580 per cartam capituli nominato hujus Domus Capellæ priore D° Lamberto van Rotselaer sed ante adventum Cartæ in Provincia, defuncto; domnus Adrianus per P. Visitatorem e domo Erffordia evocatus est, et hujus Domus institutus est Rector, in qua diu residere non potuit, quia hoc eodem anno ut superius vidimus in V.P. **Huart** Dominica infra Octavas B.V. Mariæ fuit exustum nostrum monasterium vel maxima pars illius ab hæreticis qui præsidium habebant in Ninive junctis Angiensibus sicut et totus Pagus Herinensis, Ecclesia vero Parochialis Herinensis anno 1581 feria 2[a] ante Palmas.
Videri potest et supra in **P[r] Huart** qualiter P. Rector cum eo coactus fuerit fugere ad Montes Hanoniæ ibique ad habitandum Domum conducere pauperrime certe nutriti ac vestiti: nam status Domus quem composuit anno 1581 indicat summam totam Receptorum hoc anno 678 florenorum 13 assium. Hortatur illum Capitulum nostrum generale anni 1581 in Carta his verbis: Rectori domus Capellæ non fit misericordia.; quem hortamur in Domino ut restaurationi Domus cum opportunum fuerit, sedulo invigilet. Anno sequenti 1582 adhuc Montibus hærens per capituli cartam ex Rectore nominatus est prior quem hortamur (inquit) ut data opportunitate restaurationi dictæ Domus viriliter insistat: quod illo tempore certe valde difficile erat, nam totum quod hoc anno ex proventibus Domus recepit ascendit ad 620 florenos et aliquot asses cum quibus ultra dubium ipsi vix sustentari poterant, indigebant namque omnibus, nam et infert pro Cerevisia et granis 105 florenos, pro herbis 4 fl. et 14 asses, pro lignis 15 fl: 9 asses, etc. non loquitur de piscibus, qui certe illis rari erant. aderat illis semper Honestus Juvenis Adrianus Cosyns natus in Appeltere qui cum illis ex Civitate Montensi tandem Angiam venit ubi in Domo nostra vel Refugio habitarunt ubi et receptus est Donatus et contraxit 12 Januarij 1585 cum antea 10[a] scilicet January fecisset suum Testamentum cujus Copiam hic
describere volui ut videant posteri quam miserabilem et pauperem vitam hoc in felicissimo tempore duxerint et domnus Adrianus van den Dorpe et domnus **Nicolaus Huart**: et curiositatis causa.
In den naeme des Heeren Amen. By desen iegenwoordighen Instrumente zy eeniegelyck notoir en openbaer, en sonderlinghe diet souden mogen aengaen, oft competeren; dat desen tienden dagh der maent der maendt van Januario Anno Dñi nostri Gregorij 13 divina providentia Papæ anno 13° Indictione 13" et 1585, is compareert voor my notaris apostolicus en by den kyserlycke majestyt geadmitteert, en getuygen hier ondergenoemt Adriaen Cosyns Cornelis sone van Appelterne in Vlaenderen oudt synde 25 Jaren oft meer, hebbende syn volle verstant, goede memorie, fraey en gesont (Godt lof) en oock by synen eygen vryen wille onbedwonghen syns selfs synde in geenen bedwanck bandt ofte profes synde, Considererende ende wel overleggende de cranckheyt ende broosheyt van de menschen en aenmerckende dat op dese boose wereldt niet en is dan bedrogh ende ziel verlies, ende om dat hij soude moghen Godt almachtigh bequamelyck dienen, mits dat het Goet een groot aftrecken is van Godt ende synen dienst ende de menschen brenght tot menigherlye sonden: zoo wilt hij disponeren en ordineren, en mits desen disponeert en ordineert van alle syn goet dat hem verschenen is oft noch moght verschynen hier naer; en dat by Testamente en uyttenten wille, begeirende dit selve Testament Stadt te grypen ende van valeur te syn van stonden aen sonder eenigh wederroep van desen moghen naermaels te doene; wederroepende alle Testamenten voor desen gemaeckt ofter eenighe gemaeckt waere t' welck niet en is geweest: En ordineert dit irrevocabele Testament in formen en maniere hier naer volghende, Eerst Godt almachtich, de reyne Maghet Maria, alle Godtslieve Hylighen, synen goeden Inghel; nu ter tydt, in de ure des doots ende naer syne doodt; zyne ziele beveelt hy Godt almachtigh - biddende hem te ontfangen in synen Rycke; het Lichaem de hylighe aerde daert den prior van de Chartroysen best believen sal.
Item begeirt dat alle syne Schulden betaelt worden ofter eenige waeren.
Item ofter eenigh ontrechtveerdigh goet oft qualyck verkregen bevonden waere (t' welck hy niet en meent) dat begeirt hy wederom gerestitueert te zyne.
Item aengaende syn erffelyck goet, mits dat hy luttel oft geene - /p. 99/ vrienden ofte naer maghen en heeft die souden succederen, in sulken goet oft Erven die hem Godt almachtigh verleent heeft en hem verstorven syn by den overlede van syn vaeder en moeder, en dat - ter gemeenelyck twist haet nydt ende processen uyt spruyten; en dat hy overpeyst ende bekent den deught jonst ende vriendtschap die hy ontfaen heeft ende noch dagelycks ontfanghende is, te weten onderhouden als van Montcosten Cleederen en alle dinghen die hem nootsaeckelyck hebben geweest alle desen benauden tydt acht jaren lanck duerende continueel oft daerontrent, ende meer andere redenen hem daer toe moverende niet ondanckbaer en onbekint wesende, ende oock aenmerckende de conversatie ende goet leven en godtvruchtigh van de Eerwaerde en goede vrienden Heer Adrianus

Dorpius prior ende **Nicolaus Huart Procurator** van het Godtshuys ende Convent van de Cartuysers in de prochie van Herne in Henegauwe Bysdom van Camerycke geheeten ter Capelle Maeckt ordineert ende geeft, in alle maniere forme voeghe; dat hy doen can oft mach, tsy by onderffenisse oft andersints, eenwerfs anderwerfs en derdewerfs, geene actie meer daer aene van nu voortaen reclamerende; aen de voors Eerw Paters en Convente alle dese partien van Erven hier verclaert, ende dat omme haeren vryen eyghen wille met te doene; tsy vercoopen verwisselen vermangelen, alieneren, vervreemden; zoot henlieden best sal geleghen syn tot haerlieder meest oorboor ende profyte. Ende dat om dat den tydt soo benaut is, en dat hy wel weet dat den voors Eerw en discrete Paters groot gebreck by haerlieder goet geleden hebben, mits dese inlandighen oorloghen, ende dat den Mont kosten boven maeten diere is en de erfgronden niet veel weerdt en zyn, en oft hyse selve verkochte qualyck soude hem daerop konnen bedraghen ende onderhouden van alles dat hem van noode soude moghen syn; en hadde hy by de voorschreve Paters niet geweest desen quaden benauden tydt geduerende, hy saude gelyck meer andere (Godt betert) van gebrecke vergaen hebben ende gestorven. Dit syn de partien van Erve die hy haerlieder geeft in recompense.

Eerst t' Appelterre

De stede met een ovenbueree opstaende groot synde een aagwant en half comende met een zeyde aent goet van Hangereel &c.
Item noch een dagwant liggende op Deygem veldt comende &c.
Item noch een dagwant en half lants liggende int midden de Wildere Cauter daer den voetwegh van Ninove naer Geertsberge door loopt &c.
Item noch een half dagwant lant opt selve Veldt comende &c.
/p. 100/ Item noch twee dagwant lants liggende opt selve veldt &c.
noch een half dagwant lant liggende op de Neder Cauter &c.
Item noch dry lynen landt liggende opt Molenveldt &c.
Item noch een half dagwant liggende opt Appelterre veldt &c. dit is uyt gegeven voor derRente aen Hector van der Haghen.
Item noch 30 roeden landts op Taenvelt gelegen, &c.
Item noch een half dagwant meersch in den Broeckmeersch gelegen
Item noch 3 lynen daer de beke tusschen loopt, &c
Item noch 5 lynen meersch liggende te Woutershove geheeten de Spillemaecker comende etc
Item noch een dagwt en half meersch gelegen op den Dendermeersch, &c.
Item noch Twee Dagwant meersch liggende te Nederstraete comende, &c.
Item noch een stede een half bunder groot te Craeynenbroeck, &c.
Item noch op Oultre dry dagwt lants liggende op den Hooghen Cauter comende, &c.
Den voors testateur als hy het Godtshuys van de Chartroosen boven genoempt voorsien heeft van alsulcken partien van erven boven gespecificeert, wel wetende dat den gemeenen armen huyslieden van den dorpe ende prochie van Appelterre niet en behooren vergeten te syne, aengesien dat hy syn goet geeft ende distribueert tot Godt en synen dienst, ende die almoessen gedaen binnen syn leven syn Godt almachtigh eene welrieckende offerande de sonden blusschende gelyck het water het vier, ende dat dé arme Luyden syn den levenden Tempel van den H[e] Geest. Daer toe oock door den H[e] Geest beroert ende gemoveert synde; uyt synen eyghen vryen wille ; geeft maeckt disponeert en ordineert aen den gemeende Huysaermen van de voors Prochie van Appelterre dese partie van erve hiernaer volgende, te weten :
Een half dagwant lant liggende op den Luyperdaeleveldt, &c.
Ende dat geeft hy in alle maniere formen al boven oock als donatie ofte gift tusschen de levende gedaen, int Latijn donatione inter vivos, &c.
En ofte geviel dat hem hiernaer noch eenigh goet verstorven t'zy erfgront oft roerende haven begeirt hy daer af van den erfgront syn leven lanck syn gebruyck te hebben, om hem daer mede t'onderhauden, ende naer syne doodt maecket ende gevet aen de eerwaerde prior en procurator voors. en aent covent voorgaende en van de ruerende haven begeirt hy die te ontfaen ende daer mede te doene naer synder discretie ; ende naer syn overlyden van dese wereldt ofter iet bevonden waere by hem : dat zy ten profyte van het godtshuys voorschreve.
Ende om dat soude moghen volcomen van poincte tot poincte alle dat boven verclaert es, soo begeirt dat dese voors. ordinantie dispositie en uytterste wille, wet weerdigh zyn en in valeur /p. 101/als een testament irrevocabel toebehoort oft forme van eenighe anderen legatie nietyegenstaende recht oft costuymen der plecke ende verbindt hy hem selve alle syn goet present ende toecomende synen eedt oock doende op syn deel hemelrycx ende opt verlies van syne ziele, dat hy dese donatie inter vivos doet tot ende door goede intentie niet om imant te frauderen, dan alleenelyck tot syne zielen saligheyt.
Van alle datter gedaen es ende gepasseert, den voors. Adriaen Cosyns testateur en donateur begeirt van my notarius hem een instrumente oft meer instrumenten gemaeckt te hebben om hem te dienen daer hyse van doene saude moghen hebben ; als sonder bedrogh ende gelist.

Aldus gedaen binnen der stede van Edinghe ten huyse en woonste der voors. eerwaerde heeren prior en procurator van de cartuyers voors., presenten discreten en eerbaere persoonen Barthel de Leeman en Willim Pauwels van Hernegewout, en daerenboven tot meerdere corroboratie ende verschertheyt met my ende ghetuygenisse boven genoempt, sonderlinghe geroepen Arendt Neeten notarius apostolicus et regalis. Jaer maendt dagh en indictie als boven. Onderteeckent ita attestor Arnoldus Neeten notarius apostolicus et regalis. Neeten. Ende daer onder noch : Et ergo Joannes de Cousenere presbiter sacra apostolica et imperiali authoritate notarius, quia præmissis omnibus et singulis presens interfui et sic omnia fieri audivi scivi et vidi ; id circo hoc presens publicum instrumentum manu licet alterius, fideliter tamen scriptum et in hanc publicam formam redactum, nomine ac cognomine ac signo manuali, in fidem et robur præmissorum omnium subsignavi ad hæc specialiter rogatus et vocatus. Signat J.D Cousenere notarius apostolicus admissus. Collata est hæc presens copia cum instrumento originali, inventa est de verbo ad verbum concordare 1583 die mensis marty duodecima ita attestor J D Cousenere notarius apostolicus admissus. Bona hæc brevi post varijs fuere divendita ex quibus ut alio loco vidimus provenit summa 2200 librarum turonensium quæ fuit applicata ad ædificationem ecclesiæ combustæ nostræ.
fol. 102 : Anno 1596 perfectus tandem est chorus noster ædificatus in loco in quo fuerat antea chorus conversorum, hoc patet ex annotatis **P**[r] **Huart** registro litterarum 1344, his verbis: anno inquit Domini 1596 in profesto domni Brunonis patris nostri, incepimus iterum cantare divinum officium in choro conversorum qui modo inquit est choro noster anno 1598 septembris 24[a] de licentia V.P. visitatoris, domnus Adrianus, prior cum suo conventu ~~contrasit~~ ex una parte et domino abbas Sancti Auberti Cameraci et conventus hujus ex altera parte, contraxerunt et permutarunt inter se varias partes terrarum, innovarunt antiquum contractum pro exemptione decimarum, et onus in nos suscepimus fundationis missæ dictæ de Capella trium missarum per singulas anni hebdomadas in perpetuum, quæ fundatio per sacerdotem sæcularem deserviebatur antea. Litteram originalem hujus fundationis nobis non tradiderunt, sed librum proventuum hujus beneficij quem habebat capellanus ille sacerdos sæcularis : qui annui proventus consistebant in 8 florenis redditus annui parumplus, in uno modio siliginis et in 4 bonarijs 2 jornalibus et 50 /p. 103/virgatis terræ et parva decima in Haycruyssen. Illa 4 bonaria bene nobis constiterunt et considerata fuerunt in permutatione terrarum bonaria quæ illis nos cessimus optima certe totius erant pagi, illa que nobis illi tradiderunt, nec erant nec futura sunt unquam talia. quidquid sit, illa permutatio postea confirmata fuit a principilas hujus patriæ Alberto et Isabella quibus se junxit nuntius apostilicus et Reverendo patri generalis noster.
Pede fol. 103 : Anno sequenti 1599 cum advenisset carta capituli generalis, maxima cum stupefactione conventualis vederunt in illa verba sequentia: priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia, et committimus visitatoribus ut provideant dictæ domui de alio pastore, aut per viam electionis vel ut ipsis videbitur expedire. et domui Monachorum (prope Arnhemium in Gelria) brevi ut speramus restituendæ ordini præficimus in priorem domnum Adrianum Dorpium, propterea a domo Capellæ absolutum; sed residentiam habebit in domo Leodij necquicquam agere sine consilio patris visitatoris præsumat. Hinc conventuales, concessa illis electione, vocatis ad hunc actum patro visitatoribus, absolutum suum et vere dilectum priorem, novo exemplo iterum elegerunt et installaverunt intonantes et cantantes in choro simul canticum: Te Deum laudamus. quibus ut Wallius scribit, visitatores facile consenserunt, cum res Patriæ non pro voto succederent, erant hi conventuales qui rem tam egregiam fecerant sequentes: Philippus van Belle vicarius, **Nicolaus Huart procurator**, Cornelius de Dyer, Joannes Roost sacrista, Augustinus, Robertus de Belle et domnus Joannes Roost.
Lamalle, p. 217-219 : Interim hoc anno 1580, nominato per cartam domno Adriano Dorpio in hujus domus rectorem, cum noviter huc ~~forsan~~ ex domo Erfordiæ ad quam confugerat forte advenisset, dominica infra octavas visitationis Beate Virginis Mariæ fuit exustum hoc nostrum monasterium Capellæ ab hæreticis qui præsidium habebant in Ninovia. fuerunt autem exusta ecclesia, sacristia, capitulum, sacellum S. Crucis et pars parvi claustri, porta anterior, camera mulierum, et stabula equorum. Item secunda porta cum domo quam abbatiam vocabant ; tres cellæ fratrum laicorum cum porta pomarij et cella procuratoris. Eodem die exusta etiam fuit colonia nostra cum molendino in Scibbeque et aliquanto tempore postea colonia nostra in Ezelenbergh. Ab hoc tempore domnus Adrianus rector et noster hic Nicolaus Huart procurator, dimittentes hanc domum et refugium nostrum Angiense ubi prævalebant hæretici et hactenus latuerant, fugerunt ad Montes Hanoniæ circa mensem octobris 1580 et conduxerunt ibi domum pro uno anno a festo Andreæ hujus anni ad idem festum usque anni 1581 pro 250 libris,
Vidimus superius quod circa Pascha 1578 in hac domo Capellæ cessaverit divinum officium in cantu celebrari, nec fuisse domum hanc a fratribus inhabitatam ab illo anno usque ad annum 1593 circa festum Sancti Joannis Baptistæ. Ab illo festo usque ad profestum Sancti Brunonis 1596 celebravimus (inquit) divinum officium in sacello Beatæ Mariæ anteriore. Hoc autem eodem anno 1596 in profesto Sancti Patris nostri Brunonis incepimus iterum divinum officium cum cantu persolvere et hoc in

choro conversorum qui (addit) modo est chorus noster. Incepimus autem a vesperis. Hæc in registro litterarum in membrana sub 1344 notato in procuratura

… Anno sequenti 1599 cum advenisset carta capituli generalis, maxima cum stupefactione conventualis viderunt in illa verba sequentia : priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia et committimus visitatoribus ut provideant dictæ domui de alio pastore aut per viam electionis vel ut ipsis videbitur expedire. Et domui Monachorum (prope Arnhemium in Gelria) brevi ut speramus restituendæ ordini præficimus in priorem domnum Adrianum Dorpium, propterea a domo Capellæ absolutum, sed residentiam habebit in domo Leodij nec quicquam agere sine consilio patris visitatoris præsumat.

Hinc conventuales, concessa illis electione, vocatis ad hunc actum patro visitatoribus, absolutum suum et vere dilectum priorem, novo exemplo iterum elegerunt et installaverunt intonantes et cantantes in choro simul canticum: Te Deum laudamus. quibus ut Wallius scribit (ait, *Lamalle*), visitatores facile consenserunt, cum res patriæ non pro voto succederent. Erant hi conventuales qui rem tam egregiam fecerunt sequentes : Philippus van Belle vicarius, **Nicolaus Huart** procurator, Cornelius de Dyer, Joannes Roost sacrista, Augustinus (Raes), Robertus de Belle et domnus Joannes Roost.

Pede fol. 105 – 106 : domnus Eustachius Bertechamps monachus professus hujus Domus circa annum 1570. sub domno **Nicolao Huart** priore. Anno 1580 exusto monasterio cum alys Confratribus exulare compulsus est ad aliam Domum vel forte Domos, et cæteris anno 1593 reversis credendum est quod et ipse reversus sit. anno equidem 1597 erat hic de conventu et conventualis sed non mansit hic diu nam ex Carta capituli generalis anni 1599 videmus quod tunc erat in Domo Sylvæ Martini incarceratus. Verba Cartæ sunt articulo Sylvæ S. Martini: Et domnus Eustachius professus domus Capellæ ibidem hospes, justis de causis alias per visitatores incarceratus, ad Domum suæ professionis revertatur, ibique incarceretur propter minationem fuga, inobedientiam, et proterviam in superiores. Quamdiu hic in Carcere perseveraverit ignoramus. Signat cum alijs Conventualibus supplicam quandam 9[a] July 1614 et videtur in Cathalogo viventium in hac Domo anno 1620 . moritur autem 14 May 1620. Nullus hujus Domus professorum invenitur hoc tempore qui præter hunc in aliquo arguendus fuit, judicet Lector an in illum cadere possit illa accusatio R[mi] Dñi Cuycky de qua superius fol.

Arsenal:

Sanders p. 203.

ChM196
**Nicolaus Nechelput.**
a - p.: Pierre.
d - 1648.
e - sds 1650
SM hos 1651-1656.

---

RAR 43:

P. Bastin, Gde Chartr., A-(V) 280b, chartreuse d'Enghien, non folioté : 1648, manuale : 26 9bre reçu de Pierre Nechelput pour compte de la profession de son fils 96 fl.

Pede fol. 120 – 121 : domnus **Nechelput** Monachus hujus Domus professus anno 1648 sub domno Adriano Buycx hujus Domus priore qui ad prioratum hujus Domus pervenit anno 1642 et obyt in illo 1654 quod prænotandum judicavi, quia manu hujus prioris scriptum inveni prototypum unius Literæ destinatæ ut apparet V.P. Visitatori hujus Provinciæ consignadie Littera hæc continet quod hic sequitur. R[me] Pater, de fuga et apostasia Confratris nostri domnus .......... **Nechelput** quæ nos omnes vehementer contristavit, et de ipsius ad nos resitu qui nos iterum lætifica verat venerandus P. Visitator jam a mense aut circiter R[m] P[m] vestram plene informavit. receptus itaque reconciliatus et incarceratus satis laudabiliter se gessit et non exigua veræ ut videbatur pænitentiæ indicia præbuit quotidie suspirans et replicans se divinam super se misericordiam veraciter agnoscere et si perpetuo carceri mancipari deberet, se id bene meritum esse etc [a] porro hæretici Civitatis Hulstensis ad quos confugerat ex ipsius fuga turbati et exacerbati, voluerunt sibi satisfieri pro vestibus dicto fugitivo datis et expensis omnibus ibidem factis, minantes graviter nisi id fiat R[do] D[o] Decano Hulstensi alysque Ecclesiasticis et Catholicis circa illas partes morantibus. est autem Hulstum Civitas Flandriæ Diocæsis Gandavensis vix 5 Milliaribus Gandavo dissita ante paucos annos ab Hollandis occupata, in qua et circa quam maxima Catholicorum multitudo etiamnum commoratur. Cogente igitur R[mo] D° Episcopo Gandavensi, ego infra hebdomadam Pentecostes evocatus Gandavum, aliquot diebus ibidem hærere compulsus, conferentia cum dictis Hæreticis ultro citroque habita; tandem negotio composito, feria 3[a] post Dominicam S.S. Trinitatis circa 8[m] Matutinam domum rediens non minime consternatus reperi illum iterum effracto carcere fugisse ipsa nocte immediate præcedente; statimque lustrato carcere visoque foramine per quod eruperat cæterisque omnibus perlustratis; invenimus cum fugisse iudis pedibus sine habitu sine pileo sine Cappa nigra, majori cuculla tamen secum assumpta saccoque etc[a], statimque emissis aliquot ad ipsum quærendum non est inventus: aliquot autem diebus elapsis fideli relatione didicimus ipsum iterum ad antedictam Civitatem Hulstensem profugisse. intrans autem dictam Civitatem ut intelleximus ex Cive ejusdem Catholico 15[a] hujus valde mane similis mendico aut vili rustico, indutus sacco lineo de quo supra, habens alterum sacculum in capite ( erat autem paulo ante rasus ad formam .... vix appareret nuditas capitis. Non dubium quin tam vilis et iteratæ fugæ incentorem instructorem et conductorem habuerit malignum spiritum, adeoque vix quicquam boni post hac de ipso sperandum. sed miserator et misericors Dominus in cujus manu sunt corda omnium filiorum hominum quem ........... errantem oviculam tandem aliquando ad ovile suum reducat et R[m] P[m] vestram sacro ordini nostro quamdiutissime conservet incolumem. Hæc Littera scripta fuit R[s] P. Generali ut ex ultimis verbis apparet. de illo autem ulterius nihil omnino inveni adeoque præsumendum est quod non redierit. non datur nomen ejus in Carta ulla capituli generalis nec in in Calendario Domus hujus.

AC 100:38, p. 82 : ??????????????

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 63, f° 48: MDCL … Presbijteri … frater Nicolaus Nechelput Ordinis Cartusianorum, diœcesis Cameracen: vigore dimissorialium.

ChM197
**Nicolaus Tants**
alias **Tans, Daniez.**
c - études a Louvain.
d - nov 1463.
f - 17 janvier 1477.

---

PB:

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 17 januarius : domnus Nicholaus Tants, monachus domus Capelle.

Lamalle, p. 22 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore prioratus domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Nicolaus tants de Lovanio, monachus domus huius.
Lamalle, p. 66 : anno 63 receptus fuit in hac domo frater Nicolaus tants de Lovanio.
Lamalle, p. 78 : anno eodem 77 in festo S. Anthonii obiit domnus Nicolaus Tants de Lovanio, qui fuerat magister artium et rexerat scholas in diversis locis ante ingressum, receptus ad ordinem a domini Arnoldo priore circa annum 63, et circiter 16 anni fuit hic monachus. Contigit vero ut in die obitus avunculi sui domini Gerardi de Breda celebraret primam missam suam.

Pede fol. 30 : domnus Nicolaus Tants Lovaniensis monachus prof$^{s}$ hujus domus receptus in ordine a V.P.domno Arnoldo Kaerman priore circa annum 1463. ante fuerat Magister Artium Lovanij promotus ~~cum eodem P Arnoldo Kaerman,~~ cantavit primam suam missam feria 4 Paschæ A° 1464 die obitus avuneuti sui D Gerardi de Breda de quo supra rexerat etiam scholas in diversis locis. postquam fuisset 14 annis in ordine obyt ætatis 63°, et 17 January 1477

Arsenal : 17 [januariuis] domni Nycholai Tans monachi huius domus.

AC 100:12:2, p. 33, L11, c.1477: domnus Nicholaus Danicz, monachus professus domus Capelle Beate Marie.

Schrije 188.

ChM198

**Nicolaus Albergati de Behault.**

a - p. : Joannes

e - Bg sac 1763-1764.

f - Ch 23 novembre 1764.

g - = ChM030 ?

---

RABg OKA 292 :

Domus de anno ducentesimo. Nactus est autem post hunc annum tempore reliquo sui prioritus turbulenta tempora, quibus sane requirebatur expertissimus in rerum temporalium administratione prior et officiales. Circa annum 1516 exigere incepit princeps Carolus Bonorum amortisationes quæ solvi debuerunt, et alias subventiones et taxas insolitas et gravissimas annis singulis, certe quid novi pro nobis qui solebamus ab initio fundationis nostris de similibus omnino exempti esse ad liberi. hæ taxæ et subventiones petebantur ratione bellorum quæ princeps noster sustinenda habebat vel contra Gallos et regem illorum Franciscum i[m] vel contra Lutheranos vel contra Turcam; et accreverunt ita, ut anno 1534 sub successore Caroli Serraes daremus taxati valorem dimidiotatis bonorum nostronum omnium. pro quibus taxis solvendis de consensu capituli nostri generalis et reverendi patris, varias hæreditates et varios redditus coacti fuimus vendere. non mirum quod domnus Carolus Serraes pro 720 florenis, cum suo conventu, susceperit pro sua domo onus legendi in perpetuum unam quotidianam missam ad Intentionem domini **Joannis de Behault, patris Confratis nostri Nicolai**. cujus oneris sequitur littera. Cunctis has literas audituris aut visuris : nos frater Carolus Serraes humilis prior domus Capellæ Beatæ Mariæ ordinis Cartusiensis juxta Angiam, diocesis Cameracensis totusque illius loci conventus ; salutem in Domino cum notitia veritatis. Notum facimus qualiter noster bonus amicus et pater in domino **Joannes de Behault** senior moram trahens in Montibus Hannoniæ circa domum ubi venduntur blada (desiderans fundare perpetue unam missam celebrandam secundum exigentiam diei, dicendo officium missæ ad suam intentionem pro vivis et defunctis) requisivit a nobis an vellemus attemptare recipere quotidianam missam perpetue celebrandam per nos et nostros successores secundum officium diei ad suam intentionem pro vivis et defunctis. Nos itaque matura insimul deliberatione habita, considerantes suam continuam instantiam necnon et beneficia ac plurima donaria a longo tempore gratis nobis collata, ac etiam attendentes pro presenti nostram neccessitatem et indigentiam ; ad exonerandam quoque nostram domum de multis debitis et ad providendum commodius conventui de necessarijs et consuetis provisionibus : favorabiliter inclinati ejus instantijs et requestis, assensimus et per præsentes consentimus necnon et acceptamus quotidianam missam celebrandam, sicut dictum est, exceptis diebus in quibus ordo noster interdicit missam celebrare sicut tribus diebus ante festum Paschæ ac in magnis solemnitatibus videlicet Paschæ Pentecostes et Natalis Domini

*7 december* 23 November : obijt 1767, domnus Nicolaus Albergatus De Behault professus domus Capellæ.

ChM199

**Norbertus de Backere.**

b - Petrus-Franciscus
Halkijn (Flandre Occidentale)
ca 1725.

d - 28 janvier 1756.
sds 5 mars 1757.

e - AL vic ? -1776
Ch vic ? -1783.

f - 1794.

g - 1794: prêtre séculier.

---

PB :

Bernaer :

AGR CR 139.

AAM, wijdingen

Gde Chartr., A-(V) 231 (6 Engh. 1), non folioté : status vel personnæ professæ domus Capellæ in januario 1756 : Petrus ee Backere novitius brevi ad professionem recipiendus.

AEL, charta, 2 : 1773 Norbertus de Backer vicarius revertatur ad domus Bruxellarum suæ professionis, ibique exerceat idem officium procuratoris. ?????????

Gde Chartr., A-(V) 231 (6 Engh. 1), non folioté : Religiosi professi huius domus Capellæ 1776 : domnus Norbertus De Backere Vicarius domus Lyræ.

ChM200
**Onuphrius du Bois**
alias **Dubois.**
d - 20 juillet 1721.
e - sds 22 septembre 1725
Di vic c.1735- ?
Ch ? -c.1742
SM vic c.1742, 1743
Lo hos ?- 1756-c.1758
Di coa c.1758-1760
Ch coa ? - †.
f - 19 avril 1767/c.1768.

---

PB:

RAR 51 et 52:

Bernaer:

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 67, f° 105v: Die 22 septembris 1725 quæ erat Sabbatho quatuor temporum in choro Ecclesiæ Metropolitanæ S. Rumoldi Mechliniæ, ab eminentissimo ac reverendissimo domino Cardinale archiepiscopo Mechliniensi, inter Missarum Solemnia promoti sunt Ad S. presbyteratus ordinem … frater Onufrius Du Bois Cartusiæ Bruxel: Diœc: Mechl: Diaconus.

AC 100/28, p. 213, c.1735 : domnum Onufrium du Bois prof ds Capellæ a patribus Visitatoribus super annum in Vicarium (ds Diestensis) institutum confirmamus
AC 100/28, p. 230, c.1742 : domnus Onufrius Dubois vadat ad domum Sylvæ S. Martini ibique exerceat officium vicarii
Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : Sstatus vel personæ professæ domus Capellæ, in januario 1756 : domnus Onuphrius du Bois, professus hujus domus hospes in domo Lovanij.
AC 100/35, p. 181, c.1758 : domnus Onuphrius Du Bois (hospes ds Lovanij) vadat ad Domum Diestensem, ibique exerceat officium Coadjutoris
RAH kart. Zelem 1, f°82, 86 et 91: signe les comptes comme coadjuteur les 22 décembre 1758, 14 janvier 1760 et 19 décembre 1760.
AC 100/35, p. 228, c.1768 : domnus Onuphrius du Bois prof et coadj ds Cappellæ

*7 december* 19 aprilis : domnus Onufrius Du Bois professus et coadjutor domus Capellæ. 1767.

ChM201
**Paulus Montanus**
alias **de Monte.**
d - ord min 20 décembre 1549
subd 21 décembre 1549
e - sac ? - †.
f - 12 décembre 1558.
g - = ChM202 ? (Montanus = Mons)

---

PB:

AC 100:27/3, p. 128, L18-19, c.1559: domnus Paulus Montanus, professus et sacrista domus Capellæ.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 12 december : domnus Paulus Montanus, professus et sacrista domus Angie.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 12 december : domnus Paulus Montanus, professus domus Capellæ.
Arsenal.

AAM, Acta episcopalia Cameracensia, 25, f° 32v: … Accoliti ordinati dicta die vigesima Decembris 1549 tempore generalium Bruxelle per predictum Reveren: Dnum Martinum Episcopum Calcedonien: suffr: celebratorum fuerunt infrascripti ordinati frater Paulus de Monte etiam carthusien: conventus Angien:
AAM, Acta episcopalia Cameracensia, 25, f° 33v: Subdiaconi ordinati altera die, vero XXI Decembris [1549] … frater Paulus de Monte cartusien: conventus de Heren:

ChM202
**Paulus Pauli.**
b - Mons (Hainaut).
f - c.1558.
g - = ChM201 ?

---

Pede fol. 79 : domnus Paulus Pauli Montanus monachus professus hujus Domus, de quo nihil invenimus quam in antiquo hujus domus Calendario, quod scilicet obierit hic sacrista 12 Xbris 1558.

Schrije 192.

AC 100:27/3, pp. 127-129: ne figure pas dans la c.1559.

*BxM141*

***Paulus Walraevens.***

*e -    hos 1704.*

---

ChM203

**Paulus-Justus de Weese**

alias **Weese, de Vriese.**

d - ca 1635.

e - tons & ord min (Bruxelles) 15 février 1636
subd (Bruxelles) 16 février 1636
dia (Bruxelles) 20 septembre 1636
sds (Bruxelles) 19 septembre 1637
AL hos c.1638-1639
AL sac 1639-1640
Ch 1656-c.1659
AL sac c.1659-c.1660
Ch c.1660- †.

f - 15 septembre 1677 sen.

---

PB:

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 62, f° 79v: Bruxellæ XV februarij Anno Dni Millmi sexcentme trigesimo sexto. Ad tonsuram promoti … frater Paulus Justus de Weese Ordis Cartusianorum
… Ad Acolytatus(!) cæterosque minores ordines … frater Paulus Justus de Weese Cartusian:
f° 80: Bruxellæ die XVJa februarij 1636. Illmi dno Pontificalia exercente in Divæ Catharinæ fuerunt promoti Ad subdiaconatum … fratres Paulus Justus de Weese
f° 88: Bruxellæ XXa Septembris 1636… Ad diaconatum … frater Paulus de Weese Ordinis Cartusianorum diœc: Cameracen: vig: dimiss:
f° 99: Eodem die [Bruxellæ decima nona septembris 1637] promoti ad Presbiteratum … Paulus de Weese Ordis Cartusianorum, diœces: Cameracen: Vig: dimiss:

AC 100/28, p. 127, c.1638 (RABg CE 966): Paulus de Vriese vadat ad domum Lyræ
AC 100/34, p. 77, c.1639 : domnum Paulum in sacristam a Patre priore institutum confiramus
AC 100/13, p. 25, c.1659 (RABg OKA 338): Paulus Weese, prof Capellæ, exerceat officium sacristæ (ds Lyræ)
AC 100/13, p. 32, c.1660 5RABg OKA 338): Paulus de Weese, ibidem sacrista (ds Lyræ), revertatur ad domum Capellæ, suæ professionis
AC 100:27/6, p. 70, L14-15, c.1678 : † domnus Paulus Justus de Veese, proessus et Sacrista domus Capellæ

Pede fol. 118 : domnus Paulus Justus de Weese Monachus hujus Domus professus circa annum 1635 nam in 7bris 1637 ivit ad ordines verosimiliter ad Presbyteratum quia anno 1638 ad Domum Liræ fuit missus per cartam
capituli generalis . in illa Domo permansit hospes usque ad cartam 1656,qua ad hanc suæ professionis Domum fuit remissus post tot annos residentiæ in Domo Lirana in qua ultimo anno sacrista factus fuerat. huc autem reversus factus est sacrista quod officium exercuit ad mortem usque antiquior Domus, obyt autem 15 7bris 1677

Pede fol 125 – 128 : domnus Franciscus Bodart Wavriensis professus Domus Liræ a prioratu Domus Lovanij ad prioratum Domus hujus Capellæ translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni Henrici Raeymakers absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem Carta translati . hoc tempore ubique Bellum, ubique ruinæ in his partibus quæ revera in hac Domo talem virum requirebant. Habebamus in Civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum Refugium in vico dicto Willoy Straete, unde
factæ fuerant tres Domus majores cum una minore, quæ locabantur Extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. Petit prior et Conventus anno 1677 consentientibus V.V.P.P. Visitatoribus a Rdo Patre Generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a V. Patre Bodart et suo Conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. Visitatoribus concessa petitis a Rdo Patre Generali 11a Xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare Domus illæ fuerint venditæ et quomodo venditio hæc maxime nobis profuerit in amortisatione Bonorum nostrorum anno 17
Reverendissimo in Christo Patri priori Majori Cartusiæ et totius ordinis Cartusiensis Generali debitam obedientiam et Reverentiam. Infrascripti prior et Conventuales Domus Capellæ beatæ

Mariæ prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, Domos, quæ a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem Domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum: hæc considerantes juxta consilium proborum virorum, Domus nostræ utilitati convenire judicamus, ut præfatæ Domus dentur in Emphyteusim vel vendantur, et earum prætium juxta Statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo Redditu sine onere reparationum et Reddituum solutione quibus dictæ Domus gravantur, pro quo jam præmisso ~~debt~~ debito cum Conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam VV$^{dis}$ Patribus Visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a Reverendissima Paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus, quod sperant cum omni humilitate subscripti Reverendissime Pater. Humiles fily et servi vestri. frater Henricus Petit prior frater Theodorus Mallants vicarius. **frater J. de Weese**. frater Egidius Thienpont S$^{a}$ frater Andreas Langhenhove. frater Joãn Bapt$^{a}$ Verstrepen. frater Joannes Janssens. frater Hieronymus de Hoppenbrouwer Procurator. frater Petrus Oostelinck.

Cum aperte constet venditionem requisitam utilem Domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus . actum in Cart$^{a}$ Lyrana die 29$^{a}$ Marty 1677. frater Petrus Antonius Pecquius, prior domus Lyræ Visitat

frater Hugo de Molinghen prior D Lovanij Convisitator.

Conceditur prout petitur. Datum Cartusiæ hac 26 Junij 1677. Reverendissimo in Christo Patri priori majoris Cartusiæ totius ordinis Cart$^{æ}$ Generali meritissimo nec non VV$^{dis}$ P.P. Provinciæ Teutoniæ visitatoribus.

Exponunt debita cum reverentia Conventuales Cartusiæ Herinensis alias Capellæ beatæ Mariæ prope Angiam : ad suas devenisse manus Libellumquemdam supplicem a se respective et prædeceporibus suis, prius V.V.P. Visitatoribus, dein R$^{mo}$ Patri oblatum et ab utrisque respective 29$^{a}$ Martij 1677 signatum et 26 Junij, quo propter rationes inibi allatas ) licentia conceditur prout ex huic juncta copia videre est, vendendi et alienandi Tres majores cum una parva, quas in præfata Civitate Angiensi habent Domos: quod tamen hactenus factum non est : sed cum eadem adhuc militent rationes et Domus nostra insuper ære alieno misere

gravata sit, quod mercenarijs et operarijs ægestatem et inopiam patientibus (quorum mercedem nequidem usque mane apud nos morari debet Levil. 19) multa debeamus nec aliundo satisfacere possimus; ne ergo eos

victu privando interfecisse dicamur . nam juxta Eccles 34: qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem.

Humiliter et obnixe rogamus et petimus, quatenus R$^{m}$ Pater et V.V.P.P. Visitatores, votis nostris suffragantes, consentire dignentur ut pretij harum Domorum medictas (quod tatole ad 3600 floren præter propter summam forsitan ascendet) applicari possit ad solutionem debitorum istorum maxime urgentium et in cælum clamantium: orabimus præterea Dominum Deum ut Reverentiam vestram et venerandas Paternitates vestras diu servet incolumes. Datum in Domo Capellæ hac 17$^{a}$ novembris 1694. frater Franciscus Bodart prior . frater Petrus Wouwermans vicarius . frater Joañ bapt$^{a}$ Verstrepen . frater Joannes Janssens. frater Anthelmus Schoonheyt

Procurator. frater Guilielmus vanden Looven Sacrista.

Nos infrascripti considerantes presentem Domus necessitatem ac rei vendendæ utilitatem; harum Domorum approbamus venditionem, modo una prætij medictas applicetur ad solutionem debitorum, et altera ad emptionem aliorum bonorum immobilium. Actum in Cartusia Bruxell$^{a}$ 22 9bris 1694. frater Hugo Gaethovius prior domus Bruxellensis Visitator. frater Constantinus Magnus prior domus Gandavi Convisitator.

*BxM142*
**Petrus d'Alvarez.**
*e -   hos 1624-1631.*

ChM204
**Petrus Beerinx**
alias **Bierinckx, Betrinc.**
b - Veltem (Brabant).
c - prêtre séculier a St-Pierre a Louvain.
d - nov 1487.
e - sac ? - ?
vic ? - †.
f - 28 juillet 1504/1501.
g - copiste.

---

PB:

de Wal, 7044, f° 17v:

Lamalle, p. 90 et 111:

Pede fol. 41 : domnus Petrus Beerincx de Velthem prope Lovanium monachus professus hujus Domus, alias Capellanus ad S[m] Pertum Lovanij et ibidem Rector Scholarum vel Submonitor, receptus a D° Gasparo van
der Stock Lovaniensi ac priore, et vestitus in die Cathedræ S. Petri anno 1487, professus anno sequenti. fuit deinde sacrista in hac Domo vir teste Chronico 2° fol. 68 Religiosus et peritus in arte musica sed obsonam habens vocem quasi concavitatem in palato non habuisset ita canebat. Scripsit diversos libellos, duos sermones D° Augustini quibus explanatur cap 34 Ezechielis Prophætæ, unum de Pastoribus et alterum de ovibus, item libellum mandenilem et alia quædam opuscula Divi Augustini. Obyt in hac Domo Vicarius 28 July 1501.

Pede fol. 59-60 : domnus Joannes de Lelloe, monachus professus hujus domus ante sacerdos sæcularis, oriundus de prope Nivellam. receptus et vestitus a domno Arnoldo Kaerman priore, anno 1478 in Purificatione Beatissimæ Virginis Mariæ et anno sequenti eadem die professus. Pergit 2[m] Chronicon fol. 89: Hic posteaquam fecit professionem, scripsit duas quinsuagenas, secundam et tertiam commentariorum domini Aurely Augustini in Psalterium Davidicum: qui solent in Bibliothæca jacere Libri, et atia quædam præterea scripsit. hic etiam fuit per aliquot tempus æditus sive sacrista hujus Domus ut A° 1487, a quo ministerio absolutus factus est Procurator (sed per breve certé tempus) a quo etiam ministerio absolutus, factus est Cantor Chori quod ministerium multis annis administravit: quia sicut robustus erat corpore, sic etiam fortem habebat vocem satisque bonam si bene regere eam scivisset et gubernare. Sed in arte Musica non fuit peritissimus. deinde postquam obyt domnus **Petrus Beerincx** Vicarius Domus hujus 28 July 1501 successit illi in hoc ministerium, ac deinceps multorum fuit magister et Insitutor novitiorum, quibus prima ordinis Cartusiani tradebat elementa, observationes et ceremonias, quomodo deberent eas observare nocte ac die ubique temporum ubique locorum. Fuit etiam corrector aliquando et ordinator eorum quæ legenda sunt in Choro et in cænaculo. Atque tentationibus multis interim et infirmitatibus et afflictionibus et ægrotationibus frequenter afficiebatur
quibus tandem incommodis, ejus alioqui ferocitas cicurabatur, domitabatur mitigabatur sic: ut in annis senilibus, animositate ejus jam reflaccescente; placidus ac lenis esset. Infirmitates enim et afflictiones
si moderate tolerantur, introducunt in animam hominis favente Deo multam virtutem, patientiam probationem spem bonam erga Deum. inter alias infirmitates quious afficiebatur domnus Joannes, podagra sæpi fuit illi permolesta: qua circiter vitæ suæ finem sic erat attenuatus, ut nonnisi ægre admodum quiverit inambulare, idque non absque scipione. denique postremo die quo vixit inter nos, erat secundus dies minutionum mense Julio, et post prandium quidem fratres ibant ad campos, ipse vero manebat domi. Illo tempore ego etiam ita sciatim patiebar ut extra monastery septa non irem. Ipse pergebat in hortum pomorum et precoqua pyra unum aut alterum collegit ibi. non erat quidem ægrotus corpore sed pedibus dumtaxat firmus non fuit. inambulabat autem scipione fultus. deinde venit ad portam ostenditque nobis fructum novum. deinde post sesqui horam cum esset nobiscum in Choro, circa finem divini officij velociter quantum valuit exivit e templo, sic ut aliqui mirarentur. Et cæna facta unusquisque fuit in sua quiete. At matutino tempore, infirmarius ut vidit non adesse vicarium in Choro, properavit ad Cellam ejus. Et ecce ibi neque cuculla neque tunica superiore vestitus, jacuit homo ante lectum suum defunctus. quem Infirmarius prius offendit pedibus quam usurpavit oculis. nam etsi cum Laterna venit, oculos tamen ad lectum conjecit, non ad solum ubi jacuit, pedibus versus lectum, capite versus lectulum quem vocant misericordiam. ad cujus stipitem

ut opinamur læsus, habebat vulnus in capite. non magnum quidem quia testa capitis non erat fracta; sed pellis dumtaxat soluta, cum modica sanguinis effluctione fuit. Ibi uti autumamus, vesperi cecidit quando exuebat vestimenta sua exteriora, parans se sumpturus coenam. quandoquidem et mensa parata erat, cibusque mensæ suppositus et illibatus, qui pro coena vesperi cum potu fuit ministratus. Jacuit autem supinus sicuti finitis matutinis vidimus, interioribus indumentis et capitio vestitus ac toto corpore extensus. Et iste quibem hoc modo discessit quarto nonas hoc est 4° July 1525 post viginti quatuor annos vicariatus hujus Domus.

Schrije 193.

AC 100:27/2, p. 88, c.1502: domnus Petrus Petrine, vicarius Capellæ.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 28 julius : domnus Petrus, vicarius Capelle.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 28 julius : domnus Petrus Berinx, vicarius Capellæ.

ChM205
**Petrus Brassart.**
b - Ath (Hainaut)
d - 1° Ch >1416
2° Valenciennes (HFM101).
e - Ch moi ? – c.1421
Abbeville P c.1421 -c.1425
Val-St-Pierre rec c.1425-c.1426
Val-St-Pierre P c.1426-c.1432
Montdieu hos c.1432-c.1438
Valenciennes c.1438- †.
f - 28 décembre (c.1439)
g - copiste.

---

Lamalle, p. 21 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui non fuerunt hic anno M°CCC°XC° sed postea venerunt et sunt defuncti usque ad anum M.CCCC.LVI.), dominus Petrus Brassardi, primo doms huius professus et secundo domus Valencenarum.
Pede fol. 11 : domnus Petrus Brassart Athensis monachus professus hujus domus qui anno 1416 absolvit hic libellum sua manu scriptum qui hic existat Henrici Coesvelt in die Sancti Britij, qui anno 1421 per cartam capituli generalis factus est prior domus Abbatis Villæ, et 2° professus est in domo Valencenarum. obijt autem 28 decembris.

AC 100:44, p. 78, L26-28, c.1421 : domnum Petrum Bassard monachum professum domus Capellæ prope Angiam preficimus in priorem dictæ domus Abbatisvillæ.
AC 100:10, p. 53, L15-18, c.1421 : dompnus Firminum Verrit ut supra absolutum a domo Abbatis Ville, preficimus in priorem Montis Dei. Et domnum Petrum Bassard monachum professum domus Capelle prope Angiam, preficimus in priorem dicte domus Abbatis Ville.
AC 100:24, p. 40, L12-14, c.1421 : domnum Firmimum Velis ut supra absolutum a domo Abbatis Ville preficimus in priorem Montis Dei. Et domnum Petrum Brassardum monachum professum domus Capelle prope Angiam, preficimus in priorem dicte domus Abbatis Ville.
AC 100:8, p. 29, L11, c.1422 : priori domus Sancti Honorati prope Abbatis Villæ non fit misericordia.
AC 100:10, p. 63, L25-26, c.1422 : priori Sancti Honorati prope Abbatis Ville non fit misericordia.
AC 100:8, p. 48, L20, c.1423 : priori Abbatis Villæ non fit misericordia.
AC 100:8, p. 68, L6, c.1424 : priori domus Sancti Honorati non fit misericordia.
AC 100:24, p. 60, L41, c.1424 : priori domus Sancti Honorati non fit misericordia.
AC 100:8, p. 91, L8, c.1425 : priori Abbatis Villæ fit misericordia et relinqutur electio conventui.
AC 100:24, p. 72, L35-38, c.1425 : priori Vallis Sancti Petri fit misericordia et domnum Petrum Brassardi nuper absolutum a prioratu Abbatis Ville preficimus in ibi in priorem.
AC 100:10, p. 89, L30-31, c.1425 : priori domus Vallis Sancti Petri fit misericordia. Et domnum Petrum Bassardi nuper absolutum a prioraru Abbatis Ville preficimus inibi in priorem.
AC 100:8, p. 91, L9-10, c.1425 : priori Vallis Sancti Petri fit misericordia, et domnum Petrum Brassardi nuper absolutum a prioratu Abbatis Villæ præficimus in ibi in priorem.
AC 100:8, p. 112, L22, c.1426 : priori domus Vallis Sancti Petri non fit misericordia
AC 100:24, p. 80, L33-35, c.1426 : rectori domus Vallis Sancti Petri fit misericordia et preficimus eum in priorem dicte domus.
AC 100:8, p. 130, L21, c.1427 : priori domus Vallis Sancti Petri non fit misericordia.
AC 100:9, p. 12, L28-29, c.1428 : rectori domus Vallis Sancti Petri fit misericordia, et committitur electio coventui more statutotum.
AC 100:9, p. 30, L12, c.1429 : priori domus Vallis Sancti Petri non fit misericordia.
AC 100:10, p. 127, L1, c.1429 : priori Vallis Sancti Petri non fit misericordia.
AC 100:10, p. 138, L15-18, c.1430 : priori Vallis Sancti Petri non fit misericordia. & iniungitur visitatoribus ut simul aut saltim alter eorum cum socio priore aut monacho cicius quo fieri poterunt dictam domum visitent & de licencijs quas petit repondebitur ad partem.
AC 100:9, p. 53, L21, c.1431 : priori domus Vallis Sancti Petri non fit misericordia.
AC 100:9, p. 76, L15, c.1432 : priori domus Vallis Sancti Petri fit misericordia.

AC 100:24, p.160, L22-24, c.1438 : domnus Petrus Brassardi ibidem hospes (domus Montis Dei) revertatur ad domum Valencienarum sue ultime professionis.
AC 100:3, p. 25, L23-24, c.1438 : dominus Petrus Brassardi, ibidem hospes (Montis Dei), revertatur ad domum Valencienarum sue ultime professionis.

AC 100:10, p. 213, L25-26, c.1439 : domnus Petrus Brassardi monachus professus domus prope Valencianas, sacerdos pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:24, p. 164, L8-9, c.1439 : dompnus Petrus Brassardi monachus professus prope Valencianas, sacerdos pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].

Arsenal : 28 decembris, obitus domni Petri Brassardi monachi domus hujus.

*ALM210*
***Petrus Daems.***
*e - P c.1625-c.1629.*

---

*Lamalle, p. 15 : (catalogus priorum) Franciscus Schot patricius Bruxellensis itidem professus domus Lovanii ; is præfuit usque ad annum 1625, quo missus fuit per cartam ad regimen domus Lyræ et his per cartam substitutus est in eius locum dominus Petrus Daems Antwerpiensis, professus dictæ domus Lyræ, qui vum gubernasset domum hanc usque ad annum 1629, facta est per cartam mutatio pioratuum inter ipsum et dominum Laurentium Sherians middelburgensem.*

*Pede fol. 109 : Fundatio anniversarij domini Danielis Cappon, patris hujus, etc. in hac domo : « Nous soussignez Conventuels de la Chapelle de Nôtre Dame de Herines, aiant entendu que Mademoiselle Anne Lionielles veuve de feu Daniel Cappon de Lille en flandres, nous offre an aumosne la somme de cinq cens florins de vingt patars la piece; a la charge qu' on donnera tous les ans a l' entour de la fete de S[te] Lucie vierge qui est la jour de la profession de son fils nôtre Confrere Dom Joseph Cappon, au Couvent une bonne pitance de poissons et a chaque Pere une pinte de vin d' Espagne, et qu' on chantera semblablement tous les ans au meme jour une messe Conventuelle de Requiem, et chaque Prêtre dira une messe, non celebrants les sept psaumes de penitence cum Litanijs pour l' ame dudit defunt Daniel Cappon ses parents et amis tant vivans que trepassez. Nous accordons et acceptons tant qu' en nous est pour nous et successeurs et promettons a la susdite Demoiselle qu' on le fera ainsi apres qu' aurons reccu l' argent. fait a Herines le 11 de mars 1627. Signe frater Pierre Daems Prieur, f Robert de Belle vicaire frater Judocus Fortius Antiq[r] frater Henricus Byl Procurator. frater Franciscus Boissart. frater Ludovicus Bourlart. f Balthasar de Wolff. f Joannes de La Motte, frater Josephus Cappon. in ferius habetur: nous accordons la dite Requete. fait durant Le Chapitre general 1627 f Bruno Prieur de Chartreuse »*

Pede fol. 111 – 112 : domnus Franciscus Schotte Bruxellensis, Monachus prof[s] Domus Lovanij qui absoluto D° Michaele Jensema Domus hujus priore cum suo Procuratore D° Petro Lambrechts de mandato Reverendi Patris 18[a] february 1621, a Conventualibus hujus Domus electus est prior, vir (teste Wallio) admodum pius et religiosus: quam electionem Carta capituli generalis anno 1622 confirmavit. Sed anno 1625 per cartam ejusdem capituli ad prioratum Domus Liræ fuit translatus eet hic prior positus domnus **Petrus Daems** de quo infra. Obyt domnus Franciscus Schotte prior in Domo illa Lyræ 1 9bris 1639.

Pede fol. 113 – 114: domnus Petrus Daems Antverpiensis professus Domus Liræ Hic per suos Parentes et Amicos Reverendum Patrem Generalem circa annum 1620 sollicitaverat ad habitandum in majori Cartusia promittentes expensas ipsius solvere quamdiu ibi degisset; tandem accepta ad hoc licentia et Litera obedientiali Rev[i] Patris hoc anno hinc discessit. adveniens autem in Cartusiam assignavit illi Reverendus Pater Magistros qui melius eum formarent in cantu et cæremonijs ordinis. post paucos annos R[ds] Pater qui erat domnum Bruno d' Affringues misit cum vicarium ad Domum Vallis S[ts] Hugonis quod officium adhuc gerens anno 1625, misso per cartam capituli generalis D° Francisco Schotte priore hujus Domus Capellæ ad prioratum Domus ~~Diesthemij~~ Liræ, D Petrus Daems institutus est hujus nostræ Domus prior. sub hoc priore anno 1627 sequens supplica presentata fuit Revendissimo Patri nostro Generali a Dño Joanne Ernault Pastore hujus Pagi nomine Communitatis Herinensis. Reverende Domine prior. Aliquot præteritis ab hinc annis cæpta fuit restaurari anterior pars Capellæ B[æ] Virginis Monasterij vestri herinensis, prout fabrilia ligna ad opud illud incadem Ecclesia aptata testantur. Patres interea illius temporis, quo consilio ducti nescio, partem fabrilium lignorum in usum structuræ illius ex opposito majoris portæ vestræ impenderunt hac lege et promisso; ut si suo
tempore ædificium Capellæ perficeretur, se tantumdem vel æquivalens reddituros. Quia in erectionem tam pij quam necessarij operis plærique beneficium satis liberale contulerunt, abbas inprimis Camberonensis selectissimas aliquot suarem Sylvarum quercus donavit. fecit idipsum Rev: Abbas S[ti] Autberti Cameracensis, nec inferior in hac liberalitate exhibenda fuit nobilissimus Princeps noster (piæ memoriæ) dominus Comes d' Arenberg pietate motus erga B[æ] Virginis Capellæ honestissimum et pijssimum ædificium, eoquod ruina hæc maxime dehonestaret monasterium hoc vestrum Cartusiarum quapropter obnixe rogamus ut ad Dei opt. max. gloriam et B[æ] Virginis honorem, ac Monasterij decus et ornamentum hanc Capellæ partem restaurari faciatis; quo facto, obloquentium hominum sæcularium loquacitatem, qui interdum sive in processionibus nostris duabus, sive in Concionibus audiendis sub dio residere coguntur ) obmutescere facietis. Hoc unum optat et precatur Dñs Joannes Ernault Pastor Herinensis nomine suæ Communitatis supplicans etc
Infra scriptum est: Conventus præfatus satisfaciat prima sua opportunitate. Cartusiæ sedente Capitulo 1627. frater Bruno prior Cartusiæ.

Anno sequenti 1628 Ecclesia anterior ædificata, fuit operta scalijs, simul numero 47500 et constarunt cum opere 567 fl: 16 assibus et circa hujus anni finem antiqua Cella Procuratoris quæ pariter a Geusijs combusta
fuerat, ædificata est et operta scalijs.
Anno 1629 venit Carta Capli per quam domnus Petrus Daems ex prioratu domus hujus translatus est ad prioratum Domus in Zeelhem et successor ejus nominatus fuit domnus Laurentius Serjants prior Zeelhemensis de quo infra. de Hoc D° Petro scribit Wallius: iste venerabilis Pater hanc Domum Capellæ multum reparavit ac picturis et suppllectili decoravit atque novim Ecclesiæ per Geusios destructam tegere incepit, imo texit. obyt 13 July 1653. Ante obitum tamen suum A° 1632 a prioratu D
~~Diesthemij~~ Zeelhem per cartam absolutus, remissus est ad Domum Ripaliæ unde venerat, ex qua sequenti anno 1633 iterum per talem cartam ad hanc nostram Provinciam remissus fuit ut prior D Antverpiæ.

PB:

de Wal, 7048, f° 95v:

Lamalle, p. 15 et 188:

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 13 julius : domnus Petrus Daems, professus hujus domus, prior domus Antwerpiæ et alias domorum Capellæ et Diestensis.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 27 julius : illustris ac magnificus domnus Petrus Daems, eques toparcha Dionis et magistri Montis S. Grator Antverp. Sing: benef: Cart: Antv:
AC 100/34, p. 84, c.1641 (RABg CE 2494): Illustrissimus ac magniificus domnus Petrus Daems eques toparcha Dionis et Nigrimontis senator Antverpiensis singularis benefactor cartusiæ Antverpiensis habens missam de B. Maria per totum ordinem et anniversarium perpetuum scribendum onkalendariis domorum sub die obitus sui qui fuit 27ª Julii

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 1 september : 1635 nobilis domina, domina Elisabeth de Witte uxor nobilis et clarissimi domini Petri Daems, equitis Aurati, toparchæ Dionis et Nigrimontis, senatoris Antwerpiensis/. Et thesaurarij eiusdem vobis metropolitanæ Brabantiæ.
AC 100/34, p. 54, c.1636 : Nobilis domina Elisabeth de Witte uxor nobilis et Clarissimi domini Petri Daems Equitis aurati Toparchæ Dionis et Nigrimontid, Senatoris Antverpiensis habens Anniversarium perpetuum scribendum sub die obitus sui 2ª Septembris

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 13 juli, professus Lyræ, prior domus Antverpiæ et alias domus Capellæ et Diestensis.

RABg CE 2481

AAM, Bax, t. I, p.50, n° 971: Petrus Daems, cartusiæ Miranæ remigiosus; Lutis heroico versu Encomisericordia.sticum(?) solitudinis Cartusianæ; nomine quiodem suppresso sed quod ho anagrammate satis expressit, <u>spes mea durat</u>. Antv. Typis versussum 1623 in 4°.

AC 100/28, p. 63, c.1625 (RABg Aanw 593): … et præficimus in priorem dictæ ds (Capellæ) domnum Petrum Dames prof ds Lyræ et vicarium ds S. Hugonis
AC 100/28, p. 74, c.1626 (RABg Aanw 593): priori ds Capellæ non fit misericordia.
AC 100/28, p. 83, c.1627 (RABg CE 738): priori ds Capellæ non fit misericordia.
AC 100/28, p. 91, c.1628 (RABg CE 739): priori ds Capellæ non fit misericordia.
AC 100/28, p. 98, c.1629 (RABg Aanw 593): … et præficimus in priorem dictæ ds domnus Petrus Daems propterea a prioratu ds Capellæ absolutum
AC 100/34, p. 18, c.1630 : priori domus Diestensis non fit misericordia.
AC 100/28, p. 108, c.1631 (RABg Aanw 593): priori ds Diestensis non fit misericordia.
AC 100/28, p. 118, c.1632 (RABg Aanw 593): priori ds Diestensis alibi necessario fit misericordia.
AC 100/34, p. 29, c.1633 : … et præficimus in priorem dictæ domus domnum Petrum Daemps prof. domus Lyræ
AC 100/34, p. 37, c.1634 : priori ds Antverpiensis non fit misericordia.
AC 100/34, p. 46, c.1635 : priori ds Antverpiensis non fit misericordia.
AC 100/34, p. 56, c.1636 : priori ds Antverpiensis non fit misericordia.

AC 100:39, p. 125, L21-23, c.1636: *Hoc anno administratio domus Campensis et aliarum domorum destructarum committi incipit priori domus Antverpiensis, cum antea committerentur Patribus Visitatoribus.*
AC 100/34, p. 67, c.1637 : priori ds Antverpiensis non fit misericordia.; p. 67: Administrationem domus Campensis et aliarum domorum destructarum committimus Patri Cartusiæ Antverpiensis
AC 100/28, p. 128, c.1638 (RABg CE 966): priori ds Antverpiensis non fit misericordia.; Administrationem ds Campensis et aliarum domorum destructarum committimus Patri Cartusiæ Antverpiensis
AC 100:39, p. 127, L4-6, c.1637: Diffinitores Capitulo fuere: priores domorum … Antverpiæ, &c.
AC 100/34, p. 77, c.1639 : priori ds Antverpiensis non fit misericordia; p. 77: Administrationem domus Campensis et aliarum domorum destructarum committimus Patri priori Antverpiensi
AC 100/28, p. 137, c.1640 : priori ds Antverpiensis non fit misericordia.; Administrationem ds Campensis et aliarum domorum destructarum committimus Patri priori Cartusiæ Antverpiensis
AC 100/34, p. 87, c.1641 (RABg CE 2494): priori ds Antverpiensis non fit misericordia; Administrationem domus Campensis et aliarum domorum destructarum committimus Patri priori Cartusiæ Antverpiensis
AC 100/28, p. 145-146, c.1642 (RABg CE 731): priori ds Antverpiensis non fit misericordia.; Administrationem ds Campensis et aliarum domorum destructarum committimus Patri priori Cartusiæ Antverpiensis
AC 100/34, p. 95, c.1644 (RABg CE 1504): priori ds Antverpiensis non fit misericordia; Administrationem domus Campensis et aliarum domorum destructarum committimus Patri priori Cartusiæ Antverpiensis
AC 100/34, p. 103, c.1645 (RABg CE 2410): priori ds Antverpiensis non fit misericordia; Administrationem domus Campensis et aliarum domorum destructarum comittimus Patri priori Cartusiæ Antverpiensis
AC 100:39, p. 152, L17-p.153, L25, c.1648: Sequitur senentia lata a Capitulo in domo Bruxellensi:
In causa incorrigibilitatis vertente inter venerabilem Patrem domnum Agathangelum Le Clerc cartusiæ Bruxellensis priorem et Visitatorem Provinciæ Teutoniæ, qualitate qua actorem ex una, et domnum N. monachum præfatæ cartusiæ professum in eadem incarceratum reum ex altera partibus, actitata coram venerabilibus Patribus domno Henrico van Breuseghem priore cartusiæ Lyræ, domno Joanne Richardo Vicario eiusdem cartusiæ Bruxellæ, et adhuc coram prædicto domno Henrico van Breuseghem et venerabili Patre domno Petro Daems priore cartusiæ Antverpiensis, Commissariis ad id specialiter a Reverendo Patre Generali per patentes sub dat. 17 Februarii 1646 et 16 Februarii 1647 respective delegatis: Visis et diligenter consideratis omnibus et singulis in præfatæ causæ processu actis, testium depositionibus, rei interrogationibus, confessionibus et literis, cæterisque videndis visis; Quia ex iis nobis constat præfatum domnum N. statim fere ab emissa professione sua in Ordine nimirum anno 1622° usque ad diem ultimæ incarcerationis suæ, quinque cartusias Teutoniæ impudicæ et flagitiosæ conversationis scandalis fœdasse, &c., violentas manus in confratres suo ac in Vicarium cartusiæ Zeelemensis intulisse, unde aliquiot guttarum sanguinis effusio secuta est, libello incuriose diffamatorio unum ex superioribus suis aliasque subinde Ordinis personas proscidisse, furti, proprietatis rebellionisque culpabilem aliquoties convictum fuisse, ob ea et alia flagitia diversis vicibus paterne admonitum, increpitum, inquisitum, processatum, variis Ordinis pœnitentiis mulctatum, ex more Ordinis flagellatum, sæpius incarceratum, sæpius sub spe emendationis mite relaxatum, cumque tot pœnitentiis totque gravibus pœnis, tanta nihilominus humanitate et lenitate toties ipsi exhibita, resipiscere debuisse et ad meliorem frugem se recipere, quarter effractis interdum carceribus ruptisque compedibus fugisse, nec unquam ad sanam mentem rediisse aut ullam emendationem fecisse, quin potius obdurato animo adhuc in sua pernicacia perseverare, et novissime, præsenti lite pendente, ex assignato sibi carcere ad pœnitentiæ probationem iuxta præscriptum decreti Sacræ Congregationis de apostatis et eiectis aufugisse; Ideo ex his et aliis iustis causis, pro Dei gloria et zelo iustitiæ atque Ordinis bono et quiete, ne contagione pestifera præfatus reus ceu peius morbida ac putre membrum plurimos perdat et inficiat, nos servatis servandis ex prædicto decreto insequentes aliud rescriptum eiusdem Sacræ Congregationis datum Romæ 22 Decembris 1646, solum Deum præ oculis habentes eiusque nomine invocato, dicimus, decernimus, declaramus et diffinitive pronuntiando sententiamus præfatum domnum N. fore et esse ab Ordine nostro præscindendum, expellendum, et eiiciendum tanquam vere incorrigibilem, prout præsenti sententia ipsum a præfato Ordine nostro præscindimus, expellimus et eiicimus, omnibusque eiusdem Ordinis bonis temporalibus et spiritualibus privamus, et venerabilibus Patribus domno Petro Daems priori cartusiæ Antverpiensis et domni Angelo Schotte Procuratori cartusiæ Lyræ, vel uni eorum cum socio a se assumendo altero impedito, præsentis sententiæ nostræ executionem committimus et mandamus, dantes eis ad hoc plenam nostram potestatem.

AC 100/28, p. 155 c.1651 (RABg CE 732): priori ds Antverpiensis non fit misericordia.; Administrationem ds Campensis et aliarum domorum destructarum committimus Patri priori ds Antverpiensis
AC 100/34, p. 123, c.1652 (RABg CE 2320): priori ds Antverpiensis non fit misericordia.; Administrationem domus Campensis et aliarum domorum destructarum comittimus Patri priori domus Antverpiensis
AC 100/34, p. 132, c.1653 (RABg CE 2418): priori ds Antverpiensis non fit misericordia.; Administrationem domus Campensis et aliarum domorum destructarum comittimus priori domus Antverpiensis
AC 100/34, p. 135, c.1654 (RABg CE 2481): domnus Petrus Daems prof. domus Lijræ prior domus Antverpiensis et alias domus Capellæ et Distensis habens plenum cum psalteriis monachatum et missam de B. Maria per totum ordinem et anniversarium perpetuum scribendum in Calendariis domorum sub die obitus sui qui fuit 13 Julij
AC 100:27/5, p. 78, L16-18, c.1654: domnus Petrus Daens, professus domus Lyræ, prior domus Antverpiensis, et alias domomrum Capellæ et Diestensis, habens plenum monachatum et missam de Beata. per totum ordinem, &c., obijt 15. Julij

1929 - Dirk SACRÉ, *Over Petrus Daems' Encomisericordia.sticum solitudinis cartusianæ (Antwerpen, 1613)* in *De Gulden Passer*,69, 1991, p. 171-179.
Bij Hieronymus I **Verdussen** verscheen in 1613 (en niet '1623') een lofdicht op het kartuizerleven door Petrus Daems O. Carth. (ca. 1590-1653). Biografische en literairhistorische studie. [M. d. S.]

*NCM024*

***Petrus Hispanus.***

*d - Utrecht*
*e - Utrecht ? -c.1574*
*Ch hos c.1574-1574*
*El Paular hos ? – c.1591 - ? - †*
*f - c.1604*

---

*AC 100:49/2, c.1574 : Et domnus Petrus Hispanus vadat hospitatum ad domum Capellæ.*
*AC 100:38, p. 38, L41 : c.1591 : … frater Petrus Ximenez ….*
*Scholtens, AAU 53 (1929) 342:*
*de Wal, 7044, f° 135v. : 1574, Nec ipse solus domnus Wilhelmus recessit a domo Ultrajectina, sed et per ordinationem capituli generalis …. domnus Petrus Hispanus ad domum Capellæ ac versus Hispaniam, … omnes isti professi dictæ domus.*
*AC 100:27/4, p. 84, L15, c.1604 : domnus Petrus Ximenes, professus Traiecti, hospes in domo de Paulari.*

*LoM125*
***Petrus Lambrechts.***
*e - proc 1620-1621.*

---

Delvaux, MB, p. 1482:

de Wal, 7047, f° 113:
de Wal, 7047, f° 113v:
de Wal, 7048, f° 66:
de Wal, 7048, f° 66v:
de Wal, 7048, f° 80v:

Lamalle 14, 220, 222-3:

Pede fol. 103 – 105 : Hoc anno chorus noster aperibus tectus est et anno sequenti 1602 domnus Adrianus Dorpius prior hujus domus iterum institutus est convisitator provinciæ et anno 1608 ascendit ad capitulum generale anno 1609 factum est sub generali Brunone D'Affringues, memorabile quid non solum in hac domo sed et in tota provincia : hic reverendus pater et capitulum generale provinciam nostram integram quod officiales subverterunt suscitati a quo, ignoratur. Deputati aut commissarij pro visitanda provincia erant domnus Petrus Serval prior domus Montis Dei et domnus Martinus Bleneau prior domus Noviomi visitatores ordinarij provinciæ Picardiæ, hi circa calendas novembris hoc anno domum Bruxellensem visitarunt in qua prior erat domnus Hercules Winckelius prof domus ~~Lovany~~ Bruxellæ et visitator hujus provinciæ. Hoc actu visitationis finito, venerunt ad hanc domum Capellæ in qua domnus Adrianus prior erat et provinciæ convisitator, quem in visitationis actu absolverunt dante: conventualibus electionem. ad hanc ut se rite prepararent secundum statuta interea temporis domum Sylvæ Sancti Martini adierunt ibique domini illi plenipotentiarij, idem fecerunt et absolverunt priorem domnus Jacobum Denijs, qui tamen tam egregius vir erat ut postea factus sit visitator, et miserunt illum Gandavum ad domum suæ professionis functurus in illa officio vicarij. tunc repetentes hanc domum Capellæ in qua conventuales in electione non concordarant instituerunt in rectorem domnum Robertum van Belle vicarium, et priorem absolutum domnum Adrianum fungi jubent officio vicarij in quo officio obyt. Domnum Augustinum van Doorne instituunt procuratorem absoluto procuratore domus tum Bruxellam reversi absolvunt domnum Herculem priorem hujus domus provinciæ visitatorem qui absolutus elegit domum habitationis suæ Diestensem in qua ex hydropisi brevi post obyt 5[a] scilicet july præfecerunt autem domui Bruxellensi domnum Joannem Emmechoven professum et priorem domo Lovanij in qua domnum Godefridum de Haelmale constituerunt rectorem.
Erat in domo Leodij prior domnus Joannes de Steelant, quem ad se Bruxellas venire jusserunt et ibidem illum absolverunt et mittunt ad domum Diestensum vicarium. Deinde Brugas pervenientes absolverunt in domo monachorum vicarium et procuratorem, vicariatum imponentes in domnum Joannem Marensem professum domus Leodij et procuraturam dantes domni Guidoni. In rectorem domus Sylvæ Sancti Martini instituunt domnum Livinum de Jaghere professum domus Gandavi, in vicarium domnum Cornelium La Rousse professum domus monachorum Brugis, in procuratorem domnum Egidium Blitterswyck professum domus Bruxellarum præcedenti procuratore domno Petro Lamberti professo domus Lovanij remisso ad domum suæ professionis. qui brevi post factus est hic procurator, absoluto domno Augustino. In domo Diestensi similiter vicarium ac procuratorem absolverunt in vicarium eo miserunt absolutum domnum priorem Leodiensem ut supra in procuratorem instituentes domnum Petrum Eikermans.
Gandavi absolutis officialibus illis etiam duobus mittunt ad illam Domus vicarium ut supra, et alterum domnum Laurentium t Serjants professum domus Lovanij In Domo Leody Rectorem nominarunt domnum Joannem Brial professum majoris Cartusiæ et anno sequenti domnus Henricus Orto Vicarius fuit missus hospes ad Domum Sophiæ. in qua et Patres Commissarij et priorem absolverunt et novum priorem posuerunt domnum Joannem Taperum professum domus Leodij et absoluto pariter ibidem Procuratore Procuraturam dederunt domni Joanni Nanningio professo domus Leodij debebant etiam per egregios illos Reformatores turbari moniales, nam apud illas absolventes Procuratorem, loco ejus posuerunt domnum Melchiorem Charles, professum domus Lovanij quod officium (teste Wallio) proficue exercuit illisque ædificavit Ecclessiam et in eo officio usque ad mortem perseveravit, quamovi electus (addit) in priorem D Capellæ.

Pede fol. 106 – 107 : domnus Michael Jensema monachus professus Domus Lovany qui mortuo hujus Domus priore domno Hieronimo de Wydts mense septembri 1616 electione Conventualium electus est hujus Domus

prior. de hac electione scribit Wallius: Conventuales Herinenses in locum defuncti domni Hieronimi elegerunt domnum Melchiorem Charles Procuratorum monialium Brugis professum domus Lovanij. Sed P[r] Visitator noluit cum confirmare quia erat uilis et necessarius æconomus dictæ Domus, et non videbatur habere sufficientem Litteraturam pro officio prioris; quamvis moniales prætendant se privilegium habere quo sibi invitis non possint subtrahi officiales . quidquid sit, ipse libens cessit electione de se factæ, et R[dus] Pater dedit rursus Conventui electionem qua agre satis electus est domnus Michael etc jam ætate grandævus et qui prioratum in varijs Domibus gesserat, ut Lovany, Leodij et Buscoducis; quare D, van Emechoven [Con]visitator subridendo, multos annos ei precabatur. Hæc Wallius. qui anno 1620 scribit: Hoc anno ait circa festum S. Joannis Baptistæ venit Bruxellas domnus Joannes Meldeman Namuramus professus Majoris Cartusiæ et ibidem Coadjutor

quem Reverendus Pater cum domno Emmechovio Convisitatore post Capitulum gle dimiserat ut propius cognosceret de statu Provinciæ. dissimulabat rem propter quam venerat et agebat cum quodam Comite de negotijs majoris Cartusiæ et visitabat suos Parentes etc officiales Domorum ad quas divertebat, omnibus obsequijs illum excolebant itaut Reverendus Pater gratias per Literas egerit, quod Religiosum a se missum tam amice tractassent. querelæ autem publicæ erant de domno Michaele Jensema priore et **domno Petro Lambrecht Procuratore** quod sine requisita auctoritate Domum nostram Angiæ reædificassent, unde in Charta [hujus] anni ~~presedentes 1619~~ [1620] jam de illis querelis jam mentio facta fuerat per hæc verba: priori D Capellæ õ fit misericordia. et P.P. Visitatores sive alter eorum cum socio provideant super edificijs contentiosis nostra plena auctoritate. Pater ille Namuranus sine dubio hæc retulit Reverendo Patri, nam scribit Wallius ad annum sequentem 1621, visitata Domo Bruxellensi 18[a] februarij ab ordinarijs visitatoribus prior domus Capellæ Bruxellas adveniens vocatus a P[r] Visitatore invenit se absolutum cum suo Procuratore ex mandato Reverendi Patris, eo quod contra Bullam summi Pontificis et Statuta nostra ædificassent Domum in oppido Anghiæ, non habito consensu totius Conventus, cujus potior pars scripsit desuper ad Illustrissimum Nuntium, qui Conventualibus rescripsit: ut primo scriberent ad superiorem ordinis et si ille non faceret justitiam, tunc suis partibus non defuturum.

domnus Michael (pergit Wallius) fuit Pater Venerabilis et Vir antiquis moribus nec panum spiritualis qui alijs quoque Domibus præfuit, in Domo Capellæ familiam aliquot personis auxit; et quia senio premebatur, curam externorum in Procuratorem suum domnum **Petrum Lamberti** rejecerat et permisit eum conceptam fabricam, utilem quidem sed non plane necessariam perficere etc. ambo hinc discesserunt reddito statu Domus paulo ante quadragesimam. domnus Michael obyt 9 Martij 1622, vixerat in ordine ultra 52 annos, habuit in Carta Capli generalis missam de B[a] per totam ordinem. domnus **Petrus Lamberti factus Procurator** est in Domo Lyræ.

Pede fol. 110 – 111 : domnus Robertus van Belle Binchiensis Monachus professus hujus Domus anno 1577 qui sequenti anno 1578 propter hæreticos cum alys Conventualibus hanc Domum deserere coactus fuit missus ad aliam et securiorem Domum. erat industrius Tornator et huc reversus Procurator diversis vicibus pecunias recepit ab illis quibus ex ejus operibus quædam presentaverat, et anno 1598 summam quandam ab abbate S. Autberti pro cavea ad includendam in ea avem ab illo recepit, quas sic receptas pecunias portat in annuo Computu Domus. Anno 1606 erat in hac Domo vicarius, et mense novembri 1609 in visitatione absoluto domus Adriano Dorpio hujus D priore et Convisitatore Provinciæ per Plenipotentianrios Patres Reverendi Patris Generalis cum data fuisset electio Conventualibus in qua non concordarant, hic domnus Robertus vicarius, ab illis nominatus est hujus Domus Rector et sequenti anno 1610 per cartam institutus est prior. hanc tamen Præsidentiam diu non tenuit, nam Carta capituli generalis anni 1614 a prioratu fuit absolutus. Anno 1615 sequenti supplicæ subsignavit presentatæ a Conventualibus hujus Domus Reverendo Patri et Capitulo Generali : quoad misam De Behault. Reverendo Patri priori majoris Cartusiæ, totiusque Ordinis Cartusiensis

Ministro generali Exponunt cum omni reverentia et humilitate prior et Conventus Cartusiæ Capellæ B[a] Mariæ prope Angiam: quod ex virtute et tenore cujusdam Contractus olim ante annos circiter 87 initi, inter priorem et Conventuales ejus temporis; et honorandum virum Joannem de Behault Montium Hannoniæ incolam: obligati sint ad celebrationem quotidianæ unius Missæ in perpetuum, ob certam septingentorum viginti florenorum summam, tunc eisdem numeratam; quam ex eodem contractu cujus est hic annexa Copia constat fuisse consumptam in quibusdam debitis quibus tunc domus gravabatur persolvendis, necessarijs que provisionibus ordinarijs coemendis cum intentione tamen impendendi in futurum, quando uberiores suppeterent facultates similem summam in comparandis Redditibus annuis pro securitate ejusdem fundationis: quod nihilominus nunquam factum est, quare missarum numerum venerandus P[r] Hercules hujus Provinciæ Teutoniæ non ita pridem Visitator, ad quatuor singulis septimanis redegit. quod onus tamen adhuc satis molestum et

grave sentientes ob Religiosorum paucitatem et quo immerito se gravari quandoquidem nullum ex inde pereipiunt emolumentum censent se posse conqueri, supplicant humillime ut cum auctoritate et permissione R[dæ] vestræ Paternitatis et benigna dispensatione super obligatione præfati contractus eidem liceat eis supplicantibus satisfacere per missam privatam de B[a] Maria quæ ex ordinis more legitur; quandoquidem nulli hujus Domus Benefactori adhuc dicata est; addita oratione proprîa Inclina in plurali pro Fundatoris intentione orabuntque pro felici prosperitate R[dæ] P[a] Vestræ frater Hieronymus de Wydts prior frater Adrianus Dorpius vicar[s] frater Joannes Roost senior f Jacobus Goossens pro et sacrista frater Robertus de Belle ejusdem Domus professus frater Augustinus van Doren prof ejusdem D° frater **Petrus Lamberti Proc**, frater Judocus Fortius professus.
infra : committimus Patribus Visitatoribus ut nostra authoritate provideant supplicantibus. Cartusiæ sedente Capitulo1615 frater Bruno prior Cartus
Et inferius: Juxta authoritatem nobis concessam, considerata Domus necessitate, supplicantium petitioni libenter annuimus. Datum in Cartusia Domus Capellæ in actu visitationis ejusdem 8[a] 7bris 1615 f Jacobus Dionysius prior Cartusiæ Gandensis. frater Van Emechove prior Cart° S. Sophiæ, Visitatores provinciæ Teutoniæ. Nota: descripsi suprascripta sicuti orginaliter jacent. Anno 1619 defuncto hujus domus vicario domno Dorpio, hic domnus Robertus iterum fuit institutus vicarius in quo officio perseveravit ad mortem usque quæ illi
venit 9[a] Marty 1634 postquam 58 annis laudabiliter vixisset in ord[ne].

Pede fol. 111 – 112 : domnus Franciscus Schotte Bruxellensis, Monachus prof[s] Domus Lovanij qui absoluto D° Michaele Jensema Domus hujus priore cum suo Procuratore D° **Petro Lambrechts** de mandato Reverendi Patris 18[a] february 1621, a Conventualibus hujus Domus electus est prior, vir (teste Wallio) admodum pius et religiosus: quam electionem Carta capituli generalis anno 1622 confirmavit. Sed anno 1625 per cartam ejusdem capituli ad prioratum Domus Liræ fuit translatus et hic prior positus domnus Petrus Daems de quo infra. Obyt domnus Franciscus Schotte, prior in domo illa Lyræ 1 9bris 1639.

Pede fol. 112 – 113 : domnus Augustinus van Doren Antverpiensis Monachus hujus domus, professus circa annum 1602, qui S. Ordines suscipiens Cameraci Diaconus factus est anno 1605 in 7bri et postea Sacerdos. placuit autem conversatio ejus Patribus Commissarijs plenipotentiarijs de quibus supra nam anno 1609 hanc Domum visitantes in mense novembri et ut vidimus priorem et Procuratorem qui erat domnus Jacobus Goossens absolventes, hunc domnum Augustinum instituerunt Procuratorem in quo officio licet per cartam capituli anno sequenti fuerit confirmatus tamen diu non hæsit, nam anno 1613 et forte prius hic Procurator erat domnus **Petrus Lambrechts.**
Anno 1623 per similem cartam capituli generalis missus fuit ad Domum Leodij et inde ad Domos Trevirensem et Coloniensem pro (reflectit Wallius) tædio suo sublevando, et solvimus prioribus Domorum istarum cuilibet 48 Libras reversus e domo Coloniensi ad hanc suæ professionis Domum, non diu hic mansit, nam per cartam capituli 1627 iterum emittitur ad Domum videlicet monachorum Brugis unde per cartam 1629 rursum reversus est; et signavit se in quodam hujus Domus instrumento, antiquiorem Domus; sed brevi post denuo ambulandi forsan causa missus est ad Domum Diesthemij ex qua tandem ad maternum gremium reversus est per cartam anno 1635 amplius non migraturus nisi ad alteram et æternam mansionem, ad quam pervenit 26[a] Marty 1653 antiquior tunc Domus qui ultra 50 annos vixerat in ordine.

Pede fol. 114-115 : domnus Adrianus Buycx, Welpius, professus monachus hujus domus ad quam venit circa annum 1615. Initio anni 1621 absoluto domno **Lambrechts** hujus domo procuratore, factus est in hac domo procurator, sed post tres annos per cartam 1624 ex procuratura hac missus est ad domum Sanctæ Sophiæ procurator. domnus autem Schotte, prior hujus domus cum vidisset in carta : Et prior provideat sibi de alio procuratore, elegit sibi domnum Henricum Byl conprofessum suum domus Lovaniensis, qui tamen procuraturam non tenuit nisi ad annum ~~sequentem~~ 1627 cum vidit in carta, articulo domnus Sophiæ : Et domnus Adrianus Buycx ibidem procurator, revertatur ad domum Capellæ suæ professionis et ibi exerceat idem officium procuratoris. mansit autem hic procurator usque ad cartam capituli anni 1632 qua factus est prior domus Diestensis inde anno 1635 translatus per cartam ad prioratum domus Sylvæ Sancti Martini unde post quinque annos per cartam prior factus est domus Gandavi 1640, ultimo deinde loco, per cartam 1642 missus est prior ad hanc ejus professionis domum Capellæ. Hic anno sequenti a fundamentis ædificavit ædificium in area anteriori quam domum lactis appellamus ubi carnes a domesticis preparantur et manducantur et cum hoc eodem anno villa nostra de Cromrycke casu fortitito ad solum usque a voracibus flammis fuisset consumpta 13° augusti, materiam et hanc reædifandi habuit, cum solertissimo suo procuratore domno Baltasaro de Wolf cujus egregia ædificia infra suo loco videbimus. Anno 1650 sub illo chori nostri testudo facta est quod opus constitit absque virtualibus et pegmatibus 400 florenis semel anno

1653 facta est Antverpiæ tabula summi altaris in nostro choro a magistro **Joanne van Houbraken pictore** majus altare verosimiliter immediate antea constructum fuerat. Domum hanc plurimum auxit bonis imo optimis religiosis ~~inter quos egregius domnus Pecquius fuit quem et habetit successorem~~ obyt autem domnus Adrianus optime meritus in hac domo 30 octobris 1654, inveni alicubi quod fuerit provinciæ hujus aliquo tempore convisitator quod melius postea examinandum.

AC 100/28, p. 44, c.1623 : domnus Petrus Lamberti prof ds Lovanij (procurator in Lyræ) eat ad domum Diestensem, et ibi exerceat officium vicarij
AC 100/28, p. 54, c.1624: domnus Petrus Lamberti prof ds Lovanij ibidem vicarius (Diestensis) revertatur ad domorum suæ professionis prout instanter petit
AC 100:27/5, p. 98, L31-32, c.1658: domnus Petrus Lamberti, professus domus Lovanij, habens missam de Beata in Provincia Teutoniæ.

PB.

AAM, Acta Episcopalia Mechliniensia, 60, niet gefioleerd: die 16 aprilis 1604 promoti ad minores ordinem, frater Petrus Lambertj ord. carthusianorum
die 17 aprilis 1604 promoti ad sacrum subdiaconatus ordinem, frater Petrus Lamberti ord. carthusianorum
Die XII junij 1604 promoti ad sacrum diaconatus ordinem, frater Petrus Lamberti ord. carthusianorum
eodem die (18 7bris 1604) ad sacrum presbiteratus, frater Petrus Lamberti carthus: Mechlin: Anglor:

*BxM147*
***Petrus Leeuwis.***
alias **Leeuwensis.**
b - La Haye (Hollande-Septentrionale,Pays-Bas).
e - cité 1574
moi ? -1578
Ch hos 1578.

---

Lamalle, p. 214:

Pede 107 : domnus Cornelius Eeckhaut Alostanus licet alibi sit professus potest inter hujus nostræ [Domus] professos numerari. Receptus est enim in hac Domo a domno Judoco de Moor priore et vestitus ab eo veste novitij in Festo S. Brunonis anno 1577. exactis hic in Novitiatu Decemmensibus et prævalentibus hic Hæreticis, cum Religiosorum nostrorum quædam pars fugeret 6[a] Aprilis 1578. Litteris obedientialibus V.P. Visitatoris ex hac Domo ad Domum Ultrajectensem missus est domnus **Petrus de Leeuwis hic hospes prof[s] D Bruxellarum**, et cum
eo frater Cornelius Novitius. exactis et in Domo Ultrajectensi Decem mensibus, compulsus fuit cum cæteris Conventualibus, præmentibus ibidem et hæreticis et illam Domum relinquere et se cum alijs ad Civitatem conferre, ubi in Domo Præpositi Cathædralis Ecclesiæ per annum cum dimidio habitarunt. inde missus fuit ad Domum Coloniensem, in qua ordinante V.P. Visitatore post probationem sex Hebdomadarum fecit professionem nomine Domus Ultrajectinæ quod anno sequenti 1581 a generali Capitulo fuit ratificatum.
Iverat ex hac Domo Capellæ ad Domum Ultrajectensem cum optimo Testimonio V.P. Visitatoris, sui prioris et omnium Conventualium hujus Domus, de bona pia ac religiosa conversatione ejus, et antequam professus est presente D[m] Andrea Loots priore domus Monachorum munitus erat egregio Testimonio Conventualium Ultrajectensium. Fuit novitius duobus annis et decem mensibus. factus est postea Procurator in Domo Monachorum, et Ultrajecti anno 1604. magna certe stabilitas et constantia in novitio. Obyt Hospes in Domo Diestensi Anno 1623.

de Wal, 7043, f° 18:

Pil, p. 234n

*LiM186*
***Petrus Loncin.***
*e -    hos 23 novembre 1702-1703.*

ChM206
**Petrus Naghel**
alias **Naghels.**
a - p.: Egide
m.: Elisabeth.
b - Alost (Flandre Orientale).
c - prêtre séculier.
d - ca 1344.
e - AL P 3 juillet 1362-5 mai 1365
Ch P ca 1366-1373
moi 1390- †.
f - 1 mai 1395.
g - frere de ChM111.

---

Lamale, p. 12 : (catalogus priorum) domnus Petrus Naghel quondam monachus et prior huius domus.
Lamalle, p. 20 : (anno domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellæ XVII personæ aliis vestibus indutæ, scilicet istæ) dominus Petrus Naghel frater prædicti Iacobi, monachus et alias prior huius domus.
Lamalle, p. 31-32 : anno 1343 vel circa fuit hic in habitu sæculari Petrus Naghel tamquam clericus de Alst. Credo quod iste fuerit hic postea monachus et prior. ertum enim nobis est quod quidam dominus Metrus Naghel de Alst fuerit monachus huius domus et prior et quod ipse obierit anno 1395, et sic videtur quod fuerit lus quam 50 annis monachus huius domus, incluso tempore sui prioratus. Quo autem tempore ipse hanc domum rexerit nos latet, nisi forte ipse fuerit prior circa annum Domini 1370, quia tunc certo ponetur in litteris quibusdam prior huius domus dictus dominus Petrus et subiungitur dominus Iacobus Naghel, qui fuit frater eiusdem Petri et sub eo procurator huius domus, domnus Iacobus de Gallo, domnus IOannes de Veris, dominus Egidius de Allodio. Item prædictus dominus Petrus Naghel prior existens huius domus et domnus Iacobus frater eius procurator bene rexerunt domum hanc. Unde fertur prior Antwerpiæ dixisse, postquam dem Petrus hic prior esse desiit, sive per mortem sui, sive per absolutionem, quod domus Capellæ esset multum disligata. Credo tamen pro veriori quod non fuerit hic prior usque ad mortem, quia scribitur in martyrologio quondam prior huius domus, quod non fit quando in prioratu moriuntur. Inveni in quadam littera quod quidam dictus Petrus Naghel fuerat circa illa tempora prior Antwerpiæ, in qua etiam littera patet quod fuerit de Alosto. Credo pro veriori quod obieritin hac domo antiquus anno quo supra, quia anno 1390 scribuntur dominus Iacobus et dominus Petrus Naghel seniores huius domus.
Lamalle, p. 31, note : Cart. I, f. 65 : domnus Iacobus Naghel, monachus domus supradictæ ac germanus prioris supradicti ex mandato ejusdem prioris (1370) ; ibid. f. 66v (1373). —
Lamalle, p. 34 : Eo tempore (1373) fuit prior huius domus quidam dictus Petrus, sed incertum nobis quis duorum fuerit, an præscriptus dominus Petrus Naghel, vel dominus Petrus de Prucia ….
Lamalle, p. 35 : anno 1371 fuerunt impositæ priori huius domus a capitulo generali septem abstinentiæ præter consuetas, quia non venerat ad capitulum generale, et data fuit ei licentia a capitulo educendi monachos qui erant suspecti de lepra extra alios ad probandum eos. Iste prior fuit dictus Petrus unus de supra nomnatis. Unde patet quod leprosus unus vel plures hic fuerunt circa annum 1370, vel postea. Adhuc monstratur locus ubi uondam domuncula pro leprosi fabricata fuerat.

Lamalle, p. 182 : catalogue des prieurs de la chartreuse d'Hérinnes (ARB, arch. eccl. du Brabant, n. 14206) : n° 10, domnus Petrus Naghel, annis 1370, 1373, etc. Obiit 10 maii 1395.
Lamalle, p. 220 : ????
Pede fol. 4 : domnus Petrus Naghel Alostanus professus hujus domus circa annum 1343 nam hoc anno invenimus cum hic fuisse adhuc in habitu sæculari vel clericali, quia seribitur quod fuerit ante ordinis ingressum Clericus. Hunc videmus hujus domus priorem annis 1370 et 1373 quibus consideratis debet præcedens dominus Jacobus fuisse hic secundo prior constitutus quod est possibile. Obijt Petrus hic 1[a] may 1395.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis* : 1 maius, domnus Petrus Nagel prior domus hujus.
AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis* : 28 januarius, Egidius ac Elizabeth parentes domni Petri Naghels, quondam prioris nostri de quibus habemus XXI grossos flandrinos.
Arsenal :

Delvaux, MB, p. 1437 :

ChM207
**Petrus Oosterlinx**
alias **Oosterlinck, Osterlinx, Oosterlinckx.**
d - 1675.
subd (Bruxelles) 20 décembre 1675
sds (Bruxelles) 21 mars 1676
e - sac 1678- ?
f - 20 décembre 1693./ 9 février

---

PB:

Pede fol. 124 : domnus Petrus Oosterlinck Monachus hujus Domus et in illa professus in Maijo 1675. deinde ordinis sacros recepit et brevi post factus sacrista in hac Domo, in quo officio perseveravit ad obitum usque qui accidit in vigilia S. Thomæ apostoli 1693.

Pede fol 125 – 128 : domnus Franciscus Bodart Wavriensis professus Domus Liræ a prioratu Domus Lovanij ad prioratum Domus hujus Capellæ translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni Henrici Raeymakers absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem Carta translati . hoc tempore ubique Bellum, ubique ruinæ in his partibus quæ revera in hac Domo talem virum requirebant. Habebamus in Civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum Refugium in vico dicto Willoy Straete, unde
factæ fuerant tres Domus majores cum una minore, quæ locabantur Extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. Petit prior et Conventus anno 1677 consentientibus V.V.P.P. Visitatoribus a R[do] Patre Generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a V. Patre Bodart et suo Conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. Visitatoribus concessa petitis a R[do] Patre Generali 11[a] Xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare Domus illæ fuerint venditæ et quomodo venditio hæc maxime nobis profuerit in amortisatione Bonorum nostrorum anno 17
Reverendissimo in Christo Patri priori Majori Cartusiæ et totius ordinis Cartusiensis Generali debitam obedientiam et Reverentiam. Infrascripti prior et Conventuales Domus Capellæ beatæ Mariæ prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, Domos, quæ a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem Domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum: hæc considerantes juxta consilium proborum virorum, Domus nostræ utilitati convenire judicamus, ut præfatæ Domus dentur in Emphyteusim vel vendantur, et earum prætium juxta Statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo Redditu sine onere reparationum et Reddituum solutione quibus dictæ Domus gravantur, pro quo jam præmisso ~~debt~~ debito cum Conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam VV[dis] Patribus Visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a Reverendissima Paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus, quod sperant cum omni humilitate subscripti Reverendissime Pater. Humiles fily et servi vestri. frater Henricus Petit prior frater Theodorus Mallants vicarius. frater J. de Weese. frater Egidius Thienpont S[a] frater Andreas Langhenhove. frater Joãn Bapt[a] Verstrepen. frater Joannes Janssens. frater Hieronymus de Hoppenbrouwer Procurator. **frater Petrus Oostelinck**.
Cum aperte constet venditionem requisitam utilem Domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus . actum in Cart[a] Lyrana die 29[a] Marty 1677. frater Petrus Antonius Pecquius, prior domus Lyræ Visitat
frater Hugo de Molinghen prior D Lovanij Convisitator.
Conceditur prout petitur. Datum Cartusiæ hac 26 Junij 1677. Reverendissimo in Christo Patri priori majoris Cartusiæ totius ordinis Cart[æ] Generali meritissimo nec non VV[dis] P.P. Provinciæ Teutoniæ Visitatoribus.
Exponunt debita cum reverentia Conventuales Cartusiæ Herinensis alias Capellæ beatæ Mariæ prope Angiam : ad suas devenisse manus Libellumquemdam supplicem a se respective et prædeceporibus suis, prius V.V.P. Visitatoribus, dein R[mo] Patri oblatum et ab utrisque respective 29[a] Martij 1677 signatum et 26 Junij, quo propter rationes inibi allatas ) licentia conceditur prout ex huic juncta copia videre est, vendendi et alienandi Tres majores cum una parva, quas in præfata Civitate Angiensi habent Domos: quod tamen hactenus factum non est : sed cum eadem adhuc militent rationes et Domus nostra insuper ære alieno misere
gravata sit, quod mercenarijs et operarijs ægestatem et inopiam patientibus (quorum mercedem nequidem usque mane apud nos morari debet Levil. 19) multa debeamus nec aliundo satisfacere possimus; ne ergo eos

victu privando interfecisse dicamur . nam juxta Eccles 34: qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem.
Humiliter et obnixe rogamus et petimus, quatenus R[m] Pater et V.V.P.P. Visitatores, votis nostris suffragantes, consentire dignentur ut pretij harum Domorum medictas (quod tatole ad 3600 floren præter propter summam forsitan ascendet) applicari possit ad solutionem debitorum istorum maxime urgentium et in cælum clamantium: orabimus præterea Dominum Deum ut Reverentiam vestram et venerandas Paternitates vestras diu servet incolumes. Datum in Domo Capellæ hac 17[a] novembris 1694. frater Franciscus Bodart prior . frater Petrus Wouwermans vicarius . frater Joañ bapt[a] Verstrepen . frater Joannes Janssens. frater Anthelmus Schoonheyt
Procurator. frater Guilielmus vanden Looven Sacrista.
Nos infrascripti considerantes presentem Domus necessitatem ac rei vendendæ utilitatem; harum Domorum approbamus venditionem, modo una prætij medictas applicetur ad solutionem debitorum, et altera ad emptionem aliorum bonorum immobilium. Actum in Cartusia Bruxell[a] 22 9bris 1694. frater Hugo Gaethovius prior domus Bruxellensis Visitator. frater Constantinus Magnus prior domus Gandavi Convisitator.

AAM, Acta episcopalia Mechlinia, register 64, Die vigesimo mensis Decembris 1675 quæ fuit sabbathoo quatuor temporum et ipso festo Sti Thomæ Bruxellis in ecclesia Stæ Catharinæ ab Illustmo ac Revermo Dno Alphonso de Berghes Archiepo Mechlinien: Ordinati sunt Subdiaconi … frater Petrus Oostelinckx Carthusianus Diœcesis Cameracen: vig. dimiss:
Die sabbatho ante Dominicam passionis quæ fuit 21a marty 1676 ab Illust[mo] ac Rver[mo] Dno Alphonso de Berghes Archiepo Mechlinien: Brux[is] ordinati sunt Persbyteri … frater Petrus Oostelinckx carthusianus Diœcesis Cam: vig: dimiss:

AC 100/35, p. 29, c.1694 (RABg CE 1874): † domnus Petrus Osterlinx prof. ds Capellæ

28 januarius : 9 Februari: domnus Petrus Oosterlinck professus domus Capelle

ChM208

**Petrus Orlemans.**

b - Jean.
d - ca 10 janvier 1711.
e - dia 18 octobre 1714
sds 6 avril 1715
An vic 1731, c.1732- ?
Ch vic 1741
SA vic 24 octobre 1741-1756
Ga P c.1756- †.
f - 9 octobre 1760.

---

Gde Chartreuse, A-V 231, 6 Enghien 1, non folioté : Status vel personæ professæ Domus Capellæ, in januario 1756 : domnus Petrus Orlemans professus domus hujus vicarius monialium Brugis.
PB:

d'Ydewalle, p. 252, 295:

SABg Cal

AC 100/35, p. 155, c.1732 (RABg CE 1219): domnum Petrum Orlemans prof ds Capellæ a patribus visitatoribus super annum in vicarium (ds Antverpiæ) institutum Confirmamus
AC 100/28, p. 230, c.1742 (RABg CE 276): domno Petro Orlemans prof et vicario ds Capellæ in vicarium et superiorem ds monialium Brugis a reverendo Patre super annum constitutum non fit misericordia.
AC 100/35, p. 181, c.1758 (RABg CE 2512): priori domus Gandavi non fit misericordia.
AC 100/35, p. 191, c. 1760 (RABg CE 2512): priori domus Gandavi non fit misericordia.
AC 100/35, p. 192, c.1760 (RABg CE 2512): Concordat cum suo originale quod attestor F. Petrus Orlemans prior Gandensis

L. Vercammen (OCCR) : Antwerpen, wijdingen.

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 30 october : domus Petrus Ortemans, professus domus Capellæ, prior domus Gandavi, quondam vicarius monialium Brugis nec non vicar. domorum Antverpiæ et Capellæ. 1760.

*LiM188*
***Petrus van Pruschen.***
*alias* ***de Prucia.***
*e - Ga P ca 1380-1385*
*Ch P 1385-c.1388*
*SM rec(?) c.1388- †.*
*f - 2 aout 1388.*
*g - ~~a rapprocher de LiM175.~~*

---

*de Wal, 4051-68, f° 125, 125v et 131:*

*Lamale, p. 12 : (catalogus priorum) domnus Petrus de Prucia quondam prior huius domus.*
*Lamalle, p. 34 : Eo tempore (1373) fuit prior huius domus quidam dictus Petrus, sed incertum nobis quis duorum fuerit, an præscriptus dominus Petrus Naghel, vel dominus Petrus de Prucia ….*
*Lamalle, p. 182 : catalogue des prieurs, 12e dominus Petrus de Prussia, prior Capellæ eodemque tempore rector domus Sylvæ Sancti Martini, professus domus Leodii, præfuit circa annum 1380. Obiit 2do augusti 1388.*
*Pede fol. 4 : domus Petrus de Prussia professus domus Leodij prior hujus domus simul et rector consitutus domus tunc pauperis Sylvæ Sancti Martini. De eo dubitatur an idem non sit quem Raissius ad 2 m martij vocat anonymum, qui causa orti Schismatis in Ecclesia anno 1373 Gandavum fugit quæ civitas prout cartusia nostra. partes tenebat Urbani pontificis. Calendarium nostrum habet obitum hujus Petri ad 2 augusti, et invenimus alibi annum scilicet 1388.*
*AC 100:25, p. 46, L30-p. 47, L7, c….. : priori Sanctæ Mariæ de Capella non fit misericordia. Et ordinamus quod donnus Bartholomeus, monachus domus Capellæ et hospes in fomo Gandavi, remaneat hospes in dicta domo Gandavi ad ordinis voluntatem sine, contributione expensarum, alias ad domum suæ professionis Capellæ celeriter revertatur. Et quia inordinate venit ad donnum Cartusiæ, pro hoc non detur sibi aliqua disciplina nisi furtum commisisset in revertendo, nam per dictum donnum Cartusiæ acriter disciplinatus fuit in carcere. Et domnus Goswinus habeat patientiam, donec domus Sylvæ ad meliorem fortunam ex Dei misericordia perducatur.*
*AC 100-25, p. 71, L30-32, c.1388 : priori Capellæ non fit misericordia. Et donnus Petrus prior olim dictæ domus, qui de domo Antwerpiæ schismatica confugit ad gremium Ordinis, in eadem domo Capellæ amodo sit professus.*

*Delvaux, MB, p. 1438:*

*AnM038*
***Petrus Wouwermans.***
*e - vic 1693-c.1695.*

---

Pede fol 125 – 128 : domus Franciscus Bodart Wavriensis professus Domus Liræ a prioratu Domus Lovanij ad prioratum Domus hujus Capellæ translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni Henrici Raeymakers absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem Carta translati . hoc tempore ubique Bellum, ubique ruinæ in his partibus quæ revera in hac Domo talem virum requirebant. Habebamus in Civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum Refugium in vico dicto Willoy Straete, unde
factæ fuerant tres Domus majores cum una minore, quæ locabantur Extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. Petit prior et Conventus anno 1677 consentientibus V.V.P.P. Visitatoribus a R[do] Patre Generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a V. Patre Bodart et suo Conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. Visitatoribus concessa petitis a R[do] Patre Generali 11[a] Xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare Domus illæ fuerint venditæ et quomodo venditio hæc maxime nobis profuerit in amortisatione Bonorum nostrorum anno 17
Reverendissimo in Christo Patri priori Majori Cartusiæ et totius ordinis Cartusiensis Generali debitam obedientiam et Reverentiam. Infrascripti prior et Conventuales Domus Capellæ beatæ Mariæ prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, Domos, quæ a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem Domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum: hæc considerantes juxta consilium proborum virorum, Domus nostræ utilitati convenire judicamus, ut præfatæ Domus dentur in Emphyteusim vel vendantur, et earum prætium juxta Statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo Redditu sine onere reparationum et Reddituum solutione quibus dictæ Domus gravantur, pro quo jam præmisso ~~debt~~ debito cum Conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam VV[dis] Patribus Visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a Reverendissima Paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus, quod sperant cum omni humilitate subscripti Reverendissime Pater. Humiles fily et servi vestri. frater Henricus Petit prior frater Theodorus Mallants vicarius. frater J. de Weese. frater Egidius Thienpont S[a] frater Andreas Langhenhove. frater Joãn Bapt[a] Verstrepen. frater Joannes Janssens. frater Hieronymus de Hoppenbrouwer Procurator. frater Petrus Oostelinck.
Cum aperte constet venditionem requisitam utilem Domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus . actum in Cart[a] Lyrana die 29[a] Marty 1677. frater Petrus Antonius Pecquius, prior domus Lyræ Visitat
frater Hugo de Molinghen prior D Lovanij Convisitator.
Conceditur prout petitur. Datum Cartusiæ hac 26 Junij <u>1677.</u> Reverendissimo in Christo Patri priori majoris Cartusiæ totius ordinis Cart[æ] Generali meritissimo nec non VV[dis] P.P. Provinciæ Teutoniæ Visitatoribus.
Exponunt debita cum reverentia Conventuales Cartusiæ Herinensis alias Capellæ beatæ Mariæ prope Angiam : ad suas devenisse manus Libellumquemdam supplicem a se respective et prædeceporibus suis, prius V.V.P. Visitatoribus, dein R[mo] Patri oblatum et ab utrisque respective 29[a] Martij 1677 signatum et 26 Junij, quo propter rationes inibi allatas ) licentia conceditur prout ex huic juncta copia videre est, vendendi et alienandi Tres majores cum una parva, quas in præfata Civitate Angiensi habent Domos: quod tamen hactenus factum non est : sed cum eadem adhuc militent rationes et Domus nostra insuper ære alieno misere
gravata sit, quod mercenarijs et operarijs ægestatem et inopiam patientibus (quorum mercedem nequidem usque mane apud nos morari debet Levil. 19) multa debeamus nec aliundo satisfacere possimus; ne ergo eos
victu privando interfecisse dicamur . nam juxta Eccles 34: qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem.
Humiliter et obnixe rogamus et petimus, quatenus R[m] Pater et V.V.P.P. Visitatores, votis nostris suffragantes, consentire dignentur ut pretij harum Domorum medictas (quod tatole ad 3600 floren præter propter summam forsitan ascendet) applicari possit ad solutionem debitorum istorum maxime urgentium et in cælum clamantium: orabimus præterea Dominum Deum ut Reverentiam vestram et venerandas Paternitates vestras diu servet incolumes. Datum in Domo Capellæ hac 17[a] novembris 1694. frater Franciscus Bodart prior . **frater Petrus Wouwermans vicarius** . frater Joannes bapt[a] Verstrepen . frater Joannes Janssens. frater Anthelmus Schoonheyt
Procurator. frater Guilielmus vanden Looven Sacrista.

Nos infrascripti considerantes presentem oomus necessitatem ac rei vendendæ utilitatem; harum Domorum approbamus venditionem, modo una prætij medictas applicetur ad solutionem debitorum, et altera ad emptionem aliorum bonorum immobilium. Actum in Cartusia Bruxell[a] 22 9bris 1694. frater Hugo Gaethovius, prior domus Bruxellensis visitator. frater Constantinus Magnus, prior domus Gandavi convisitator.

ChM209
**Petrus-Antonius Pecquius**
alias **Peckius, van Pecque, Pecke, Peckinus.**
a - p.: Pierre (chancelier du Conseil du Brabant) † 28 juillet 1625
m.: Barbara-Maria Boonen; sœur de l'archeveque de Malines; † 21/25 octobre 1629.
b - Bruxelles; 30 janvier 1614.
c - 1629: études a Louvain.
chanoine de Ste-Gudule a Bruxelles.
d - entré en 1632
pfs 30 avril 1633.
e - ord min (Bruxelles) 6 avril 1635
subd (Bruxelles) 7 avril 1635
dia 16 février 1636
sds (Bruxelles) 27 février 1638.
Bx vic 1642-1645
Bx coa 1645-c.1652
Di P c.1652-1654
Ch P 6 novembre 1654- mars 1658
Valenciennes P mars 1658-c.1664
An P c.1664-c.1666
AL P c.1666- †.
cvs Picardie 1658-1663
cvs 1668-1672
vis 1672- †.
f - 19 décembre 1679.
g - auteur.

---

PB:

de Wal,

AC 100/28, p. 145, c.1642 : domnum Petrum Antonium Pecquium prof ds Capellæ in Vicarium a Patre priore institutum confirmamus
AC 100/34, p. 123, c.1652 : … et præficimus in priore dictæ domus (Diestensis) domnum Antonium Pecquium, professus domus Capellæ, et coadiutorem in domo Bruxellensi.
AC 100/34, p. 132, c.1653 : priori domus Diestensis non fit misericordia.
AC 100/34, p. 142, c.1654 : priori domus Diestensis non fit misericordia.
AC 100/13, p. 18, c.1655 : domno Petro Antonio Peckio a conventalibus domus Capellæ super annum in priorem electo et a reverendo patre confirmato, non fit misericordia.
AC 100/34, p. 150, c.1664 : et præficimus in priorem dictæ domus (Antverpiensis) domnum Petrum-Antonium Peckium propterea a prioratu domus Valencenarum absolutum ; administrationem domus Campensiss et aliarum domorum destructarum committimus priori domus Antverpiensis.
AC 100/34, p. 158, c.1665 : priori domus Antverpiensis non fit misericordia.; Administrationem domus Campensiss et aliarum domorum destructarum committimus priori domus Antverpiensis
AC 100/28, p. 172, c.1669 : priori ds Lyræ non fit misericordia.
AC 100/28, p. 181, c.1670 : priori ds Lyræ non fit misericordia.
AC 100/13, p. 45, c.1673 : priori Lyræ non fit misericordia.
AC 100/13, p. 52, c.1674 : priori Lyræ non fit misericordia.
AC 100/13, p. 59, c.1675 : priori Lyræ non fit misericordia.
AC 100/13, p. 63, c.1677 : priori Lyræ non fit misericordia.
AC 100/13, p. 71, c.1679 : priori Lyræ non fit misericordia.
AC 100:27/6, p.81, L5-8, c.1680 : domnus Petrus-Antonius Requius, professus domus Capellæ, prior domus Lyræ, visitator Teutoniæ, almisericordia.s prior domorum Diestensis, Capellæ, Valencenarum, et Antverpiæ, habens plenum monachatum et missam de Beata per totum ordinem, 1c., obijt 19 decembris.
AC 206, p. 3, note 1 : dans l'ordre : P a Ch, Valenciennes, (conv. Picardie, 1658-1673), An, Ga, AL

AAM, Acta Episcopalia Mechlinia, register nr 62, f° 72v: Mechliniæ Minores die 6 April 1635 … frater Petrus Antonius Peckius Carthusian:
f° 73: Subdiaconatum Mechliniæ 7ma Aprilis 1635 … frater Petrus Antonius Peckius Carthus Herin: diœc: Camerac: v.d. … sponte et libere professi

f° 80v: Promoti ad diaconatum XVJ[a] februarij 1636 … frater Petrus Antonius Peckius Carthusianus
f° 103: Eodem die [vigesimo septimam february A° 1638] promoti ad Presbiteratum … frater Petrus Peckius Ordinis Cartusianorum

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, Bruxellensis, professus domus Capellæ, prior hujus domus, visitator hujus provinciæ, convisitator Picardiæ, procurator domorum Diestensis, Capellæ, Valenciarum et Antverpiæ

AAM, Bax, t. III, p. 100: Petrus Peckius, Petri Ziericzæi juris utriusque Doctoris in universitato Lovaniensi, et Supremi Concilii Belgici Senatoris. Obiit Bruxellis a° 1625. Relicta vidua Barbara Maria Boonen Mechliensis Archiepiscopi sorore, perorante pro Funere Laurentio Uweno ê Societate Jesu. Conditus in Templo virginum Annuntiatarum Bruxellis, Hoc Epitaphio ad partem Borealem muro affixo: Hic situs Petrus Peckius, Toparchia Bouchaulti, Borsbeke, Hove etc. … defunctis A° XDCXXV, XXVIII julii, viro tot virtutibus et honoribus Claro Barbara Maria Boonen uxor incestissima posuit. Obiit XXV octobris MDCXXIX.
p. 107: Cornelius est pater Jacobi Boonen Archiepisco^pus Mechliniensis, obiit 11 julii 1580.

Abbé F.A. Lefebvre, *La chartreuse de N.D.des Prés*, a Neuville sous Montreuil sur Mer, Paris, 1881, p. 416: Convis., 1658 jusque vers 1669, Antoine de Peck.

SAL, bundel 356: …geopent worden, ende den liberen uijtganck daer behouden al oft die noeijnt gesloten, oft toegemetst ende hadde geweest, alsoo het selve geschiet tot onsen versuecke, sonder eenigh recht ter contrarien daer doore te willen pretenderen, maer dat die vande stadt altijtsullen blijven op hun geheel, des toirconden hebben dit tot meerder vastigheijt onderteeckeny, om die van de stadt hun daer mede te comen behelpen, desen twintighsten april xvj[C] sevenenseventigh ende was onderteeckent frater Petrus Anthonius Peckius prior ende frater Franciscus Bodart procurator onder concordat met het origineel quod attestor onderteeckent
J. Verreijcken Ita est

E. Lamalle, p. 15 (catalogus priorum) In locum dicti domini Adriana demortui, electus fuit 6 novembris 1654 dominus Petrus Antonius Pecquius, patricius Bruxellensis, professus huius domus et ideo dimittere coactus prioratum quo tunc fungebatur domus Diesthensis ; sub quo sunt facta duo altaria in choro laicorum, sanctæ Annæ scilicet et sancti Patris Brunonis, insuper et odeum uti nunc cernitur ; altare etiam deauratum quod summum esse solebat curavit poni in capelle B. Virginis Mariæ. Is cum præfuisset usque ad mensem martium anni 1658 missus fuit a reverendo patre ex hac domo ad cartusiam Valencenensem gubernandam, sub titulo covisitatoris provinciæ Picardiæ, et simul ad gerendam curam novæ plantationis Duacensis, etc. Obiit P. Pecquius prior domus Lyræ 19 decembris 1679, visitator huius provinciæ

Pede fol. 115-116 : domnus Laurentius Serjants, monachus professus domus Lovanij ex prioratu quem exercebat in domo Diestensi, ad prioratum hujus domus Capellæ transfertur per cartam capituli nostri generalis anni 1629 quo anno familia nostra consistebat incluso priore in quatuordecim monachis inter quos duo hospites. Anno 1637 prior noster factus est convisitator provinciæ quod tamen non mansit nisi tribus annis hic est prior qui inter alios varios in hac domo recepit ad ordinem **Antonium Pecquium** filium defuncti cancellarij Brabantiæ qui professus est circa ultimam aprilis 1633, de quo plura inferius. per cartam capituli generalis anno 1642 a prioratu domus hujus domnus Laurentius ivit ad prioratum domus Gandavensis et domnus Adrianus Buycx professus noster qui Gandavi prior erat translatus est ad prioratum hujus domus suæ professionis. Prior hic absolutus domnus Laurentius 3[a] july antequam hinc discederet reddidit statum hujus domus, in quo videre est quantum bonus hic pater pro hac domo fecerit tempore sui prioratus. Ex illo statu in lingua nostra Flandrica scripto exscripsi quæ sequuntur. primo emit 20½ jornalia terræ et sylvæ pro quibus solvit 3476 florenos, deinde recepit pro ecclesia quæ sequuntur. Van de moeder van Heer Joseph Cappon 50 guldens, van M[r] Van Helleweghen 30 guldens, van den aertsbischop van Mechelen voor eene venster in den clynen pandt 50 guldens, van jouffrouwe Isabelle Pecqius 50 guldens, van den baillu van Beveren Hendrick Cogen 25 guldens, van H[r] Niclaes Francq proost van Vorst 25 guldens; van frere Michiel stervende my overgegeven 26 – 10, van frere Pier 91 gulens. Item van weghen frere Pier noch ontfanghen 900 guldens om daer voor te doen maken een autaer kleet en silvere candelaeren. Item is ons gelegateert by testamente van mevrauw Anne de Croij, hertoginne van Aerschot tot maecken van eenen gauden celck 1000 guldens ex ijs pecunijs fieri fecit et solvit :
voor een silveren becken met 2 silvere ampullen op de canten vergult ---- 120 = 0

voor eenen silveren vergulden kelck ---------------------------------------------- 145 = 0
voor eene silvere doose om de hostien in te leggen ----------------------------- 40 = 16
voor eene silvere vergulde remonstrantie ---------------------------------------- 386 = 16
voor de custodie van de selve remonstrantie ---------------------------------- 11 = 6
voor een silvere reliquatre --------------------------------------------------------- 10 = 0
aen M[r] Joachim dilversmit tot Brussel voor 6 silvere sandelaers ------------- 1230 = 0
aen den selven voor t' maecken van 2 silvere vergulde kelcken die
gemaeckt syn uyt het legaet van Anna de Croij van 1000 generalis ----------------- 358 = 0
Item voort maecken van den derden kelck waer van de cuype en patene gaut 650 = 0
Item soo heb ick noch doen maecken 4 silvere vergulde kelcken en een silvere
cruys om in de processie te dragen en op rekeninge gegeven --------------- 857 = 15
Item in volle betalinghe daervan ----------------------------------- ------------- 263 = 19 ½

voor 3 gelase vensters samen ----------------- f 4073 = 12 ½
in den clynen pandt f 108 = 0

Voor ornamenten.

Voor 14 ellen silvere laecken met gaude bloemen a 26 guld d'elle ------------ 364 = 0
14 ellen wit damast met gaude bloemen a 18 guld d'dlle ------------------------ 252 = 0
58 ellen groen armesyn a 3 = 10 d'elle -------------------------------------------- 203 = 0
80 ellen groen seyen damast a 3 = 15 --------------------------------------------- 300 = 0
30 ellen wit seyen damast a 3 = 0 ------------------------------------------------- 92 = 0
2 ellen wit seyen damast met gaude Bloemen a 11 gl d'elle --------------------- 22 =0
20 ellen silvere laecken voor O.L.Vrauwe Capelle ----------- ------------------- 280 = 0
f 1513 = 0

Obyt hic V. Pater de domo hac tam egregia meritis 1 aprilis anno 1655, habuitque in carta capituli generalis anni sequentis plenum cum psalterijs monachatum et missam de Beata Maria per tot ordinem.

Pede fol. 119 – 120 : domnus Petrus Antonius van Pecque alias Pecquius Bruxellensis Monachus hujus Domus in qua ad novitiatum est receptus a D° Laurentio Serjants priore anno 1632 et professus est anno sequenti 1633 in fine mensis aprilis, nam 28° mensis hujus fecit suum Testamentum jam jam profiteri intendens in hoc Testamento relinquit huic Domui aut Domibus in quibus in ordine postea mansurus erat Redditum 200 florenorum annue pro emendis ornamentis ad Ecclesias vel altaria. Tunc succedentibus annis sacros ordines suscepit et initio anni 1642 ex hac Domo vicarius missus est per obedientiales P. Visitatoris ad Domum Bruxellæ: et per sequentem cartam confirmatus. deinde in illa Domo Bruxellensi factus est Coadjutor donec per cartam capituli generalis anno 1652 super Candelabrum positus missus est prior ad Domum Diestensem. defuncto autem hujus Domus priore domno Adriano Buycx 30[a] Octobris 1654 et data electione Conventui noster domnus Pecquius electus hic prior est et anno sequenti per cartam Capli confirmatus. tunc anno 1656 pingi fecit ab Excellentissimo Pictore Gaspare de Crayer Tabulam Altaris S[te] Annæ pro qua solvit 220 florenos. circa finem anni 1657 vel initio anni sequentis 1658 per obedientiales Literas Reverendi P. nostri Generalis ex hac Domo missus fuit ad prioratum Domus Valencenarum et data fuit hic Conventualibus facultas eligendi sibi novum priorem quod fecunt eligentes domnus De Wolf qui fuit in Carta 1658 confirmatus. ab illo prioratu Domus Valencenarum translatus est ad prioratum Domus Antverpiæ per cartam anno 1664 in quo per biennium tantum mansit nam inde translatus est ad prioratum Domus Liræ per cartam anni 1666. Convisitator hujus Provinciæ designatus est per Capitul gle anni 1668 et pricipalis visitator per Capitulum gle anni 1672. In hoc
officio moritur in Domo Lyræ 19 Decembris 1679. supra scriptis lucet hic adscribere quæ de hoc excellenti viro scripsi in Cathalogo priorum hujus Domus Capellæ scilicet: domnus Petrus Ant. Pecquius claris ortus
parentibus Patre nimirum incomparabili viro D: Petro Pecquio Brabantiæ Cancellario, matre pyssima femina domina Barbara Maria Boonen Archiepiscopi Mechliniensis sorore. huic æpplicamus ut paucis hunc priorem depingamus illud Ciceronis: nullum monumentum clarius relinquere pater potest, quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenij, filium. Tale parentibus suis gloriosum monumentum Pecquius noster fuit: qui licet prioratus et Visitatoris officijs ad finem usque vitæ gravatus, ita studijs se occupavit ut in
quinque Domibus in quibus præfuit, rarus liber sit, quem doctissimis ubique notis ac observationibus fuse non illustrarit. Tanta nitidissimo Charactere et pulcherrimo, elegantissimoque stylo scripsit, ut si sic ubique sparsa in unum colligi possent, varia efficerent volumina pyssimi ac doctissimi operis. Visitatoris officio fungens elegantissimas Visitationis Chartas in Visitatis Domibus

composuit et reliquit. ex his judicamus Pecquium nostrum, magno Bibautio si non majorem equidem in scientia non inferiorem.

Pede fol 125 – 128 : domnus Franciscus Bodart Wavriensis professus Domus Liræ a prioratu Domus Lovanij ad prioratum Domus hujus Capellæ translatus est per cartam capituli anno 1694, loco domni Henrici Raeymakers absoluti et ad vicariatum monialium nostrarum Brugis eadem Carta translati . hoc tempore ubique Bellum, ubique ruinæ in his partibus quæ revera in hac Domo talem virum requirebant. Habebamus in Civitate Angiensi antiquum nostrum amplum et spatiosum Refugium in vico dicto Willoy Straete, unde
factæ fuerant tres Domus majores cum una minore, quæ locabantur Extraneis qui continuo reparationes et etiam novitates sollicitabant, sicque nobis maxime erant oneri. ad illas vendendas V.P. Petit prior et Conventus anno 1677 consentientibus V.V.P.P. Visitatoribus a $R^{do}$ Patre Generali licentiam obtinuerant, quod tamen tunc factum non fuit. resumpta hec res fuit a V. Patre Bodart et suo Conventu et nova supplica desuper presentata 17 9bris 1694 et approbantibus V.V.P.P. Visitatoribus concessa petitis a $R^{do}$ Patre Generali $11^{a}$ Xbris. addo hic ambas illas supplicas ut videatur ratio quare Domus illæ fuerint venditæ et quomodo venditio hæc maxime nobis profuerit in amortisatione Bonorum nostrorum anno 17
Reverendissimo in Christo Patri priori Majori Cartusiæ et totius ordinis Cartusiensis Generali debitam obedientiam et Reverentiam. Infrascripti prior et Conventuales Domus Capellæ beatæ Mariæ prope Angiam notum facimus quod in oppido Angiensi habeamus tres magnas cum quarta parva, Domos, quæ a pluribus annis insumpserunt et insumunt adhuc modo, sumptuosas valde reparationes, earumdem Domorum elocationis pretium valde exiguum, tarde solutum et subinde nullum: hæc considerantes juxta consilium proborum virorum, Domus nostræ utilitati convenire judicamus, ut præfatæ Domus dentur in Emphyteusim vel vendantur, et earum prætium juxta Statuta in aliarum rerum immobilium acquisitionem convertatur, quod fiet cum duplicato annuo Redditu sine onere reparationum et Reddituum solutione quibus dictæ Domus gravantur, pro quo jam præmisso ~~debt~~ debito cum Conventualibus tractatu et eorumdem habito consensu, consentientibus etiam $VV^{dis}$ Patribus Visitatoribus, humiliter postulamus licentiam a Reverendissima Paternitate vestra, quam multis annis ad suam gloriam et omnium nostrum salutarem directionem servet pijssimus Deus, quod sperant cum omni humilitate subscripti Reverendissime Pater. Humiles fily et servi vestri. frater Henricus Petit prior frater Theodorus Mallants vicarius. frater J. de Weese. frater Egidius Thienpont $S^{a}$ frater Andreas Langhenhove. frater Joãn $Bapt^{a}$ Verstrepen. frater Joannes Janssens. frater Hieronymus de Hoppenbrouwer Procurator. frater Petrus Oostelinck.
Cum aperte constet venditionem requisitam utilem Domui fore, libenter ex parte nostra in eamdem consensimus . actum in $Cart^{a}$ Lyrana die $29^{a}$ Marty 1677. frater **Petrus Antonius Pecquius**, prior domus Lyræ visitator, frater Hugo de Molinghen prior domus Lovanij, convisitator.
Conceditur prout petitur. Datum Cartusiæ hac 26 Junij 1677. Reverendissimo in Christo Patri priori Majoris Cartusiæ totius ordinis $Cart^{æ}$ Generali meritissimo nec non $VV^{dis}$ P.P. provinciæ Teutoniæ visitatoribus.
Exponunt debita cum reverentia conventuales cartusiæ Herinensis alias Capellæ Beatæ Mariæ prope Angiam : ad suas devenisse manus Libellumquemdam supplicem a se respective et prædeceporibus suis, prius V.V.P. visitatoribus, dein reverendissimo patri oblatum et ab utrisque respective $29^{a}$ martij 1677 signatum et 26 junij, quo propter rationes inibi allatas ) licentia conceditur prout ex huic juncta copia videre est, vendendi et alienandi Tres majores cum una parva, quas in præfata Civitate Angiensi habent domos : quod tamen hactenus factum non est : sed cum eadem adhuc militent rationes et domus nostra insuper ære alieno misere gravata sit, quod mercenarijs et operarijs ægestatem et inopiam patientibus (quorum mercedem nequidem usque mane apud nos morari debet Levil. 19) multa debeamus nec aliundo satisfacere possimus; ne ergo eos victu privando interfecisse dicamur nam juxta Eccles 34: qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem. Humiliter et obnixe rogamus et petimus, quatenus reverendum pater et V.V.P.P. visitatores, votis nostris suffragantes, consentire dignentur ut pretij harum domorum medictas (quod tatole ad 3600 floren præter propter summam forsitan ascendet) applicari possit ad solutionem debitorum istorum maxime urgentium et in cælum clamantium: orabimus præterea Dominum Deum ut reverentiam vestram et venerandas paternitates vestras diu servet incolumes. Datum in domo Capellæ hac $17^{a}$ novembris 1694. frater Franciscus Bodart prior . frater Petrus Wouwermans vicarius . frater Joannes Baptista Verstrepen . frater Joannes Janssens. frater Anthelmus Schoonheyt, procurator. frater Guilielmus vanden Looven, sacrista.
Nos infrascripti considerantes presentem domus necessitatem ac rei vendendæ utilitatem ; harum domorum approbamus venditionem, modo una prætij medictas applicetur ad solutionem debitorum, et altera ad emptionem aliorum bonorum immobilium. Actum in cartusia $Bruxell^{a}$ 22 9bris 1694. frater Hugo Gaethovius prior domus Bruxellensis visitator. frater Constantinus Magnus prior domus Gandavi convisitator.

*LoM128*

***Philippus van Belle.***

*a - p.: Philippus*
*m.: Josyne de Heere.*

*b - Bruges*
*6 novembre 1564.*

*d - 21 mars 1586.*

*e - sds 24 juin 1589*
*sac ? -1595*
*proc 1595*
*Li rec 1596*
*Li P 1597-25 novembre 1597*
*SM hos 1597-1598*
*Ch vic 1598, 1599- ?*
*Lo proc ? - †.*

*f - 29 septembre 1629.*

*g - dans RABg OKA 277, sont cités dans les comptes de 1608 et 1609 les noms de Graphiarius et Hieronymus van Belle. Est-ce lui ?*

---

*Delvaux, MB, p. 1464:*

*PB:*

*Stiennon, MB, p. 513:*

*de Wal, 7047, f° 44v:*
*de Wal, 7047, f° 50v:*

*AC 100:38, p. 90, L9-23, c.1597 : hortamur priores provinciæ Teutoniæ, ut aliquid suis necessitatibus subtrahant, et istas bonas vigines (moniales domus Brugis) in extrema penuria constitutas sicut omnibus dat affluente perceturi, quia cum domus ista sit membrum provinciæ Teutoniæ, iustum iudicamus si uno membro dolente, reliqua compatiantur. Ordinamus igitur et præcipimus, ut domus subscriptæ persolvant taxam pro auxilio dictarum virginum prout sequitur, dimidietatem statim recepta charta, et alteram dimidietatem ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum ; prior Capenn solvet 24 florenos ; prior Brugis 18 florenos ; prior Lyræ et Hollandiæ 30 florenos ; prior Gandavi 36 florenos ;* ***prior Leodii*** *50 florenos ; prior Diestensis 40 florenos ; prior Traiecti 24 florenos ; prior Bruxellæ 36 florenos ; prior Sophiæ 30 florenos. Receptorem huius taxæ constituimus* ***priorem domus Leodii, convisitator provinciæ Teutoniæ. ( ???)***
*AC 100/34, p. 13, c.1630 : domnus Philippus van Belle prof. domus Lovany alias prior domus Leodij.*
*AC 100:27/4, p. 217, L11, c.1630: domnus Philippus Vambela, professus Lovanij, alias prior Leodij.*

*ASE 51 (1901) 21:*
*ASE 51 (1901) 69:*
*ASE 51 (1901) 75:*
*ASE 51 (1901) 109:*

*Lamalle, p. 217-219 : Interim hoc anno 1580, nominato per cartam domno Adriano Dorpio in hujus domus rectorem, cum noviter huc ~~forsan~~ ex domo Erfordiæ ad quam confugerat forte advenisset, dominica infra octavas visitationis Beate Virginis Mariæ fuit exustum hoc nostrum monasterium Capellæ ab hæreticis qui præsidium habebant in Ninovia. fuerunt autem exusta ecclesia, sacristia, capitulum, sacellum S. Crucis et pars parvi claustri, porta anterior, camera mulierum, et stabula equorum. Item secunda porta cum domo quam abbatiam vocabant ; tres cellæ fratrum laicorum cum porta pomarij et cella procuratoris. Eodem die exusta etiam fuit colonia nostra cum molendino in Scibbeque et aliquanto tempore postea colonia nostra in Ezelenbergh. Ab hoc tempore domnus Adrianus rector et noster hic Nicolaus Huart procurator, dimittentes hanc domum et refugium nostrum Angiense ubi prævalebant hæretici et hactenus latuerant, fugerunt ad Montes Hanoniæ circa mensem octobris 1580 et conduxerunt ibi domum pro uno anno a festo Andreæ hujus anni ad idem festum usque anni 1581 pro 250 libris,*
*Vidimus superius quod circa Pascha 1578 in hac domo Capellæ cessaverit divinum officium in cantu celebrari, nec fuisse domum hanc a fratribus inhabitatam ab illo anno usque ad annum 1593 circa festum Sancti Joannis Baptistæ. Ab illo festo usque ad profestum Sancti Brunonis 1596 celebravimus (inquit) divinum officium in sacello Beatæ Mariæ anteriore. Hoc autem eodem anno 1596 in profesto Sancti Patris nostri Brunonis incepimus iterum divinum officium cum cantu persolvere et hoc in choro conversorum qui (addit) modo est chorus noster. Incepimus autem a vesperis. Hæc in registro litterarum in membrana sub 1344 notato in procuratura*

*… Anno sequenti 1599 cum advenisset carta capituli generalis, maxima cum stupefactione conventualis viderunt in illa verba sequentia : priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia et committimus visitatoribus ut provideant dictæ domui de alio pastore aut per viam electionis vel ut ipsis videbitur expedire. Et domui Monachorum (prope Arnhemium in Gelria) brevi ut speramus restituendæ ordini præficimus in priorem domnum Adrianum Dorpium, propterea a domo Capellæ absolutum, sed residentiam habebit in domo Leodij nec quicquam agere sine consilio patris visitatoris præsumat.*
*Hinc conventuales, concessa illis electione, vocatis ad hunc actum patro visitatoribus, absolutum suum et vere dilectum priorem, novo exemplo iterum elegerunt et installaverunt intonantes et cantantes in choro simul canticum: Te Deum laudamus. quibus ut Wallius scribit (ait, Lamalle), visitatores facile consenserunt, cum res patriæ non pro voto succederent. Erant hi conventuales qui rem tam egregiam fecerunt sequentes :* **Philippus van Belle** *vicarius, Nicolaus Huart procurator, Cornelius de Dyer, Joannes Roost sacrista, Augustinus (Raes), Robertus de Belle et domnus Joannes Roost.*
*Pede fol. 103 : Anno sequenti 1599 cum advenisset Carta capituli generalis , maxima cum stupefactione Conventualis vederunt in illa verba sequentia: priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia, et committimus visitatoribus ut provideant dictæ Domui de alio Pastore, aut per viam electionis vel ut ipsis videbitur expedire. et Domui Monachorum (prope Arnhemium in Gelria) brevi ut speramus restituendæ ordini præficimus in priorem domnum Adrianum Dorpium, propterea a Domo Capellæ absolutum; sed residentiam habebit in Domo Leodij necquicquam agere sine Consilio Patris Visitatoris præsumat. Hinc Conventuales, concessa illis electione, vocatis ad hunc actum P° Visitatoribus, absolutum suum et vere dilectum priorem, novo exemplo iterum elegerunt et installaverunt intonantes et cantantes in Choro simul Canticum: Te Deum laudamus. quibus ut Wallius scribit, visitatores facile consenserunt, cum res Patriæ non pro voto succederent, erant hi Conventuales qui rem tam egregiam fecerant sequentes:* **Philippus van Belle vicarius.** *Nicolaus Huart Procurator, Cornelius de Dyer, Joannes Roost sacrista, Augustinus, Robertus de Belle et domnus Joannes Roost.*

ChM209a

**Philippus Jacobs**

f -    19 mai ?

---

AC 279/2, *Obituaria Cartusiæ Lirensis*, 19 maius : domnus Philippus Jacobs, professus domus Capellæ.

ChM210
**Raso vanden Borre**
alias **de Fonte.**
b - Moerbeke (Flandre Orientale).
c - études a Louvain.
d - entré 26 juillet 1505.
pfs 26 juillet 1506.
e - dia ? décembre 1507
sds Tournai 7 septembre 1508
vic ? - †
f - 21 septembre (c.1540)
g - = ChM095 ? oui

---

Lamalle, p. 132-3 :

Pede fol. 77-78 : domnus Raso de Fonte alias van den Borre ex Moerbeke, monachus professus hujus domus. Vestitus sub domno Carolo Serraes priore in die Sanctæ Annæ 26[a] anno 1505, et anno sequenti eadem die professus.
Sequentia scribit de illo noster ammonius in 2° Chronico fol. 86 : Juvenis inquit bonæ indolis, qui venerat huc a Lovanio ubi habitarat cum domno Petro Theniense, doctore utriusque juris. cum autem haberet quædam ecclesiastica beneficia, essentque permulti qui rogarent ea sibi resignari; commodum quidam religiosus sacerdos Lovaniensis a terra Sancta venerat domnus Petrus; quem jussit ad se vocari frater Raso, et sua beneficia gratis illi cum benevolentia contulit. hic etiam frater Raso germanum fratrem habuit Carmelitam professum apud fratres Carmelitas prope Angiam, vocabaturque domnus Georgius, et in spaciamentis apud nos quandonque salutarem habuit sermonem. Raso noster gradatim ascendit ad ordines, factus diaconus in xbri 1507 tandem sacerdos consecratus est Tornaci in 7bri 1508. Postquam autem diu religiose que vixisset in ordine, obyt 21 7bris, quo vero anno ignoramus quia hoc nec calendarium habet, et cartæ capituli nostri generalis hujus temporis plurimæ nobis desunt : fuit hîc etiam vicarius.

Schrije 197:

Arsenal.

AC 100:27/3, p. 25, L11, c.1540 : domnus Hugo de Fonte, professus et vicarius Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 21 septembris : domnus Raso de Fonte, vicarius Capellæ.

ChM211
**Raso Wiel**
alias **Keyser, Cæsarius, Wicks.**
a - p.: Jean.
b - Alost (Flandre Orientale).
c - prêtre séculier apres son veuvage.
d - nov 1439.
f - 4/7 septembre 1459.
g - copiste.
fils de ChD054.

---

PB:

Lamalle, p. 21 : (Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti ab anno 1456 a tempore domini Arnoldi Kaerman et deinceps) dominus Raso Wiel de Alst, monachus domus huius. Lamalle, 62 : anno 1470 obiit in profesto Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis dominus Raso Wiel alias Keyser de Alosto, receptus ad ordinem a domino Laurentio priore huius domus, a quo

Pede fol. 23-24 : domnus Raso Wiels alias Keyser Alostanus, monachus professus hujus domus, de quo quidem invenimus in libris procuraturæ quædam hinc inde sparsa sed quæ minoris sunt momenti. De eo autem Raissius in auctario suo ad natales sanctorum Belgy 7 septembris scribit sequentia ex chronico Capellæ : de Beato Rasone Cesario cartusiano. Capellæ Transitus Beati Rasonis Cesarij ejusdem domus professi. Hic Alostensis erat et ad ordinem a Laurentio Masschezelio ( sancto viro de quo supra ) susceptus a quo etiam plurimum dilectus fuit propter sanctitatem. Erat sacerdos ante ordinis ingressum, habuitque prius in matrimonio filiam quæ postea facta est mater sororum in Syon + juxta Aldenardum. Annis 20 ordinem tenuit, nunquam ad dexteram vel ad sinistram vergens, erat justus et timoratus valde et calore devotionis succensus, *et* perpetuus Beatissime Virginis amator, quam semper in ore semper in *cor*de gestabat. in ea tota qua erat voluptas totæ suæ deliciæ. per hanc innumeras consolationes copiosumque munus gratiæ adeptus est. Vitæ suæ integrum tempus quod in conventu exegit, sacræ orationi vigilys, lachrymis, meditationibus quibus carnis incentiva  mabat et mentem sæpe coelestibus secretis inserebat, insumpsit ad cujus agonem Dei genitrix Maria dignanter accurrit et suum dilectum prompta revisens, magnum illi in extremis laboribus auxily et solatij beneficium impendit. aderant etiam nonnulla probabilia indicia præsentis virginis, propter signum quoddam reverentiæ quod fecit detegens caput, suum et ex hilari claroqua vultu morientis et ex infusa repente in mentibus adstantium reverentia et amore quibus ad dulcissimam cæli Reginam movebantur. Sub hoc articulo ille animam exhalans in sinum Beatissimæ Virginis patronæ suæ lætus superna conscendit anno 1459 septembris septima, in profesto nativitatis ejusdem Beatissimæ Virginis Mariæ. Fratres hæc videntes laudibus magnis Deum extulêre et ædificati plurimum cum gaudio ad Cellas redière. addit Chronicon nostrum scriptum a Vl. P. D° Arnoldo Beeltrisen de quo infra: Hic fuit Magister meus in ordine postquam primus magister meus domnus Joannes Balen fuit missus ad domum Bruxellæ noviter inhabitatæ. etiam fuit magister fratrum Antonij Moens de Lovanio et Joannis Gillaert de Sancte Audomaro qui anno eodem quo ego fuerunt recepti scilicet 1456. Scripsit unum Missal in cujus prima pagina V. Prior anno 1451 depingi fecit imaginem Crucifixi Domini, quæ constitit 24 solidos.

Pede fol. 32 : domnus Joannes Gilliaerts de S[to]. Audomaro monachus prof[s] hujus Domus, receptus a D°. Henrico de Loe priore qui supra A° 1456 professus autem sub D°. Arnoldo Kaerman priore, A° 1457. magistrum
novitiorum habuit domnum **Rasonem Wiel** Alostanum qui supra. Anno 1470 tres monachi ex hac domo fuerunt missi ad initiandam novam domum nostri ordinis Delphis, quorum hic D. Gilliaerts unus erat factus que est in illa vicarius. Anno autem 1477 ex vicario domus istius per cartam capituli generalis prior factus est domus Ziericzeæ in quo officio ad obitum usque perserveravit, qui in illa domo accidit 15 novembris 1483.

Le Vasseur, *Ephemrides*, III, 231-232, Raso Wiel, Herne, 1459, 7 september. De quo *Chronicon Capellæ* meminit in hunc modum ; « domnus Raso Wiel, quem vulgo Cæsarius appellabant, huius domus professus, patria Alostensis, a Laurentio Muscheselio susceptus ad ordinem, a quo etiam plurimum dilectus fuit propter sanctitatem. Erat sacerdos ante ordinis ingressum, habueratque prius in matrimonio filiam, quæ postea facta est mater sororum in Syon iuxta Aldernardam. Annis viginti ordinem tenuit, numquam ad dexteram vel sinistram vergens. Erat Justus et timoratus valde, et calore devotionis succensus, et perpetuus B. V. M. amator, quam semper in ore, semper in corde gestabat : in ea tota sua erat voluptas, totæ suæ deliciæ : per hanc innumeras consolationes,

copiosumque gratiæ munus adeptus est. — Vitæ suæ integrum tempus quod in ordine exegit, sacræ orationi, vigiliis, lachrymis, meditationibus, quibus carnis incentiva edomabat et mentem sæpe inserebat cælestibus secretis, insumpsit. Ad cuius agonem Dei genitrix Maria accurrit dignanter, et suum dilectum prompta revisens, magnum illi in extremis laboribus impendit auxilii et solatii beneficium. Aderant enim nonnulla probabilia iudicia præsentis Virginis, propter signum quoddam reverentiæ quod fecit detegens caput suum, et ex hilari claroque vultu morientis, et ex infusa repente in mentibus adstantium reverentia et amore, quibus ad dulcissimam Cæli Reginam movebantur. Sub hoc articulo ille animam exhalans in sinum B. V. Patronæ suæ, lactus superna conscendit, die 7 Sept., a. 1459, relicta sanctitatis opinione. Ejus obitus signatur in Charta a.1460. » — Unde male refert *Georgius Garnefelt* in *Iudiculo SS. Ordinis Cartusiensis*, eius obitum ad annum 1470. ***De Rasone agit Dorlandus in Chronico, lib. 7, cap. 26.***

AC 100:11, p. 189, L12-13, c.1460 : domnus Raso [Wicks, monachus professus domus Capelle Beate Marie] ; sacerdos, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].
AC 100:27, p. 41, L26-27, c.1460, domnus Raso Vuicls, professus domus Capellæ.
AC 279, *Calendarium Cartusiense Bruxellensis*, 4 septembris : domnus Raso de Wiel, monachus Capellæ.
Arsenal, 7 septembre : fratris Rasonis de Wiel monachi domus huius.

Schrije 199.

*LoM132*
***Reynerius van Essche.***
*e -* *hos c.1661-1661*
*vic 1661-c.1664.*

---

ChM212

**Robertus van Belle.**

b - Binche (Hainaut).
d - 1577.
e - cité 1599
proc ? - ?
vic ? - ? novembre 1609
rec ? novembre 1609-c.1610
P c.1610-c.1614
vic 1619- †.
f - 9 mars 1634.

---

Lamalle, p. 14 : (catalogus priorum) Anno Domini 1609, in novembri, absolvitur a prioratu huius domus dominus Adranus Dorpius et ei subrogatur sub titulo rectoris dominus Robertus de Bel, professus huius domus, oriundus ex walo Brabantio confirmaturque per cartam capituli generalis anni sequentis in priorem, quo munere functus est usque ad annum 1614.

Domino Roberto de Bel absoluto successit dominus Hieronymus Wyts, professus domus Audomarensis, qui cum præfuisset domui annos duos et menses tres migravit ex hac vita in festo Exaltationis sanctæ Crucis anno 1616.

Lamalle, p. 187 : (catalogue des prieurs, n° 40) domnus Robertus de Belle, professus Capellæ, natione binchensis, qui nno sequenti 1610 per generale capitulum fuit nominatus prior, per illud autem anni 1614 non invitus absolvitur in vicariatum repositus.

Pede fol. 109 : Fundatio anniversarij domini Danielis Cappon, patris hujus, etc. in hac domo : « Nous soussignez Conventuels de la Chapelle de Nôtre Dame de Herines, aiant entendu que Mademoiselle Anne Lionielles veuve de feu Daniel Cappon de Lille en flandres, nous offre an aumosne la somme de cinq cens florins de vingt patars la piece; a la charge qu' on donnera tous les ans a l' entour de la fete de S[te] Lucie vierge qui est la jour de la profession de son fils nôtre Confrere Dom Joseph Cappon, au Couvent une bonne pitance de poissons et a chaque Pere une pinte de vin d' Espagne, et qu' on chantera semblablement tous les ans au meme jour une messe Conventuelle de Requiem, et chaque Prêtre dira une messe, non celebrants les sept psaumes de penitence cum Litanijs pour l' ame dudit defunt Daniel Cappon ses parents et amis tant vivans que trepassez. Nous accordons et acceptons tant qu' en nous est pour nous et successeurs et promettons a la susdite Demoiselle qu' on le fera ainsi apres qu' aurons reccu l' argent. fait a Herines le 11 de mars 1627. Signe frater Pierre Daems Prieur, f Robert de Belle vicaire frater Judocus Fortius Antiq[r] frater Henricus Byl Procurator. frater **Franciscus Boissart.** frater Ludovicus Bourlart. f Balthasar de Wolff. f Joannes de La Motte, frater Josephus Cappon. in ferius habetur: nous accordons la dite Requete. fait durant Le Chapitre general 1627 f Bruno Prieur de Chartreuse »

Lamalle, p. 217-219 : Interim hoc anno 1580, nominato per cartam domno Adriano Dorpio in hujus domus rectorem, cum noviter huc ~~forsan~~ ex domo Erfordiæ ad quam confugerat forte advenisset, dominica infra octavas visitationis Beate Virginis Mariæ fuit exustum hoc nostrum monasterium Capellæ ab hæreticis qui præsidium habebant in Ninovia. fuerunt autem exusta ecclesia, sacristia, capitulum, sacellum S. Crucis et pars parvi claustri, porta anterior, camera mulierum, et stabula equorum. Item secunda porta cum domo quam abbatiam vocabant ; tres cellæ fratrum laicorum cum porta pomarij et cella procuratoris. Eodem die exusta etiam fuit colonia nostra cum molendino in Scibbeque et aliquanto tempore postea colonia nostra in Ezelenbergh. Ab hoc tempore domnus Adrianus rector et noster hic Nicolaus Huart procurator, dimittentes hanc domum et refugium nostrum Angiense ubi prævalebant hæretici et hactenus latuerant, fugerunt ad Montes Hanoniæ circa mensem octobris 1580 et conduxerunt ibi domum pro uno anno a festo Andreæ hujus anni ad idem festum usque anni 1581 pro 250 libris,

Vidimus superius quod circa Pascha 1578 in hac domo Capellæ cessaverit divinum officium in cantu celebrari, nec fuisse domum hanc a fratribus inhabitatam ab illo anno usque ad annum 1593 circa festum Sancti Joannis Baptistæ. Ab illo festo usque ad profestum Sancti Brunonis 1596 celebravimus (inquit) divinum officium in sacello Beatæ Mariæ anteriore. Hoc autem eodem anno 1596 in profesto Sancti Patris nostri Brunonis incepimus iterum divinum officium cum cantu persolvere et hoc in choro conversorum qui (addit) modo est chorus noster. Incepimus autem a vesperis. Hæc in registro litterarum in membrana sub 1344 notato in procuratura

… Anno sequenti 1599 cum advenisset carta capituli generalis, maxima cum stupefactione conventualis viderunt in illa verba sequentia : priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia et committimus visitatoribus ut provideant dictæ domui de alio pastore aut per viam electionis vel ut

ipsis videbitur expedire. Et domui Monachorum (prope Arnhemium in Gelria) brevi ut speramus restituendæ ordini præficimus in priorem domnum Adrianum Dorpium, propterea a domo Capellæ absolutum, sed residentiam habebit in domo Leodij nec quicquam agere sine consilio patris visitatoris præsumat.
Hinc conventuales, concessa illis electione, vocatis ad hunc actum patro visitatoribus, absolutum suum et vere dilectum priorem, novo exemplo iterum elegerunt et installaverunt intonantes et cantantes in choro simul canticum: Te Deum laudamus. quibus ut Wallius scribit (ait, *Lamalle*), visitatores facile consenserunt, cum res patriæ non pro voto succederent. Erant hi conventuales qui rem tam egregiam fecerunt sequentes : Philippus van Belle vicarius, Nicolaus Huart procurator, Cornelius de Dyer, Joannes Roost sacrista, Augustinus (Raes), Robertus de Belle et domnus Joannes Roost.
Pede fol. 103 : Anno sequenti 1599 cum advenisset carta capituli generalis, maxima cum stupefactione conventualis vederunt in illa verba sequentia: priori domus Capellæ alibi necessario fit misericordia, et committimus visitatoribus ut provideant dictæ domui de alio pastore, aut per viam electionis vel ut ipsis videbitur expedire. et domui Monachorum (prope Arnhemium in Gelria) brevi ut speramus restituendæ ordini præficimus in priorem domnum Adrianum Dorpium, propterea a domo Capellæ absolutum; sed residentiam habebit in domo Leodij necquicquam agere sine consilio patris visitatoris præsumat. Hinc conventuales, concessa illis electione, vocatis ad hunc actum patro visitatoribus, absolutum suum et vere dilectum priorem, novo exemplo iterum elegerunt et installaverunt intonantes et cantantes in choro simul canticum: Te Deum laudamus. quibus ut Wallius scribit, visitatores facile consenserunt, cum res Patriæ non pro voto succederent, erant hi conventuales qui rem tam egregiam fecerant sequentes: Philippus van Belle vicarius, Nicolaus Huart procurator, Cornelius de Dyer, Joannes Roost sacrista, Augustinus, **Robertus de Belle** et domnus Joannes Roost.

Pede fol. 103 – 105 : Hoc anno chorus noster aperibus tectus est et anno sequenti 1602 domnus Adrianus Dorpius prior hujus domus iterum institutus est convisitator provinciæ et anno 1608 ascendit ad capitulum generale anno 1609 factum est sub generali Brunone D'Affringues, memorabile quid non solum in hac domo sed et in tota provincia : hic reverendus pater et capitulum generale provinciam nostram integram quod officiales subverterunt suscitati a quo, ignoratur. Deputati aut commissarij pro visitanda provincia erant domnus Petrus Serval prior domus Montis Dei et domnus Martinus Bleneau prior domus Noviomi visitatores ordinarij provinciæ Picardiæ, hi circa calendas novembris hoc anno domum Bruxellensem visitarunt in qua prior erat domnus Hercules Winckelius prof domus ~~Lovany~~ Bruxellæ et visitator hujus provinciæ. Hoc actu visitationis finito, venerunt ad hanc domum Capellæ in qua domnus Adrianus prior erat et provinciæ convisitator, quem in visitationis actu absolverunt dante: conventualibus electionem. ad hanc ut se rite prepararent secundum statuta interea temporis domum Sylvæ Sancti Martini adierunt ibique domini illi plenipotentiarij, idem fecerunt et absolverunt priorem domnus Jacobum Denijs, qui tamen tam egregius vir erat ut postea factus sit visitator, et miserunt illum Gandavum ad domum suæ professionis functurus in illa officio vicarij. tunc repetentes hanc domum Capellæ in qua conventuales in electione non concordarant instiuerunt in **rectorem domnum Robertum van Belle vicarium**, et priorem absolutum domnum Adrianum fungi jubent officio vicarij in quo officio obyt. Domnum Augustinum van Doorne instituunt procuratorem absoluto procuratore domus tum Bruxellam reversi absolvunt domnum Herculem priorem hujus domus provinciæ visitatorem qui absolutus elegit domum habitationis suæ Diestensem in qua ex hydropisi brevi post obyt 5[a] scilicet july præfecerunt autem domui Bruxellensi domnum Joannem Emmechoven professum et priorem domo Lovanij in qua domnum Godefridum de Haelmale constituerunt rectorem.

Erat in domo Leodij prior domnus Joannes de Steelant, quem ad se Bruxellas venire jusserunt et ibidem illum absolverunt et mittunt ad domum Diestensum vicarium. Deinde Brugas pervenientes absolverunt in domo monachorum vicarium et procuratorem, vicariatum imponentes in domnum Joannem Marensem professum domus Leodij et procuraturam dantes domni Guidoni. In rectorem domus Sylvæ Sancti Martini instituunt domnum Livinum de Jaghere professum domus Gandavi, in vicarium domnum Cornelium La Rousse professum domus monachorum Brugis, in procuratorem domnum Egidium Blitterswyck professum domus Bruxellarum præcedenti procuratore domno Petro Lamberti professo domus Lovanij remisso ad domum suæ professionis. qui brevi post factus est hic procurator, absoluto domno Augustino. In domo Diestensi similiter vicarium ac procuratorem absolverunt in vicarium eo miserunt absolutum domnum priorem Leodiensem ut supra in procuratorem instituentes domnum Petrum Eikermans.

Pede fol. 110 – 111 : domnus Robertus van Belle Binchiensis Monachus professus hujus Domus anno 1577 qui sequenti anno 1578 propter hæreticos cum alys Conventualibus hanc Domum deserere coactus fuit missus ad aliam et securiorem Domum. erat industrius Tornator et huc reversus Procurator diversis vicibus pecunias recepit ab illis quibus ex ejus operibus quædam presentaverat, et anno 1598 summam quandam ab abbate S. Autberti pro cavea ad includendam in ea avem ab illo recepit, quas sic receptas pecunias portat in annuo Computu Domus. Anno 1606 erat in hac Domo vicarius, et mense novembri 1609 in visitatione absoluto domus Adriano Dorpio hujus D priore et Convisitatore Provinciæ per Plenipotentianrios Patres Reverendi Patris Generalis cum data fuisset electio Conventualibus in qua non concordarant, hic domnus Robertus vicarius, ab illis nominatus est hujus Domus Rector et sequenti anno 1610 per cartam institutus est prior. hanc tamen Præsidentiam diu non tenuit, nam Carta capituli generalis anni 1614 a prioratu fuit absolutus. Anno 1615 sequenti supplicæ subsignavit presentatæ a Conventualibus hujus Domus Reverendo Patri et Capitulo Generali : quoad misam De Behault. Reverendo Patri priori majoris Cartusiæ, totiusque Ordinis Cartusiensis
Ministro generali Exponunt cum omni reverentia et humilitate prior et Conventus Cartusiæ Capellæ B[a] Mariæ prope Angiam: quod ex virtute et tenore cujusdam Contractus olim ante annos circiter 87 initi, inter priorem et Conventuales ejus temporis; et honorandum virum Joannem de Behault Montium Hannoniæ incolam: obligati sint ad celebrationem quotidianæ unius Missæ in perpetuum, ob certam septingentorum viginti florenorum summam, tunc eisdem numeratam; quam ex eodem contractu cujus est hic annexa Copia constat fuisse consumptam in quibusdam debitis quibus tunc domus gravabatur persolvendis, necessarijs que provisionibus ordinarijs coemendis cum intentione tamen impendendi in futurum, quando uberiores suppeterent facultates similem summam in comparandis Redditibus annuis pro securitate ejusdem fundationis: quod nihilominus nunquam factum est, quare missarum numerum venerandus P[r] Hercules hujus Provinciæ Teutoniæ non ita pridem Visitator, ad quatuor singulis septimanis redegit. quod onus tamen adhuc satis molestum et grave sentientes ob Religiosorum paucitatem et quo immerito se gravari quandoquidem nullum ex inde pereipiunt emolumentum censent se posse conqueri, supplicant humillime ut cum auctoritate et permissione R[dæ] vestræ Paternitatis et benigna dispensatione super obligatione præfati contractus eidem liceat eis supplicantibus satisfacere per missam privatam de B[a] Maria quæ ex ordinis more legitur; quandoquidem nulli hujus Domus Benefactori adhuc dicata est; addita oratione proprîa Inclina in plurali pro Fundatoris intentione orabuntque pro felici prosperitate R[dæ] P[a] Vestræ frater Hieronymus de Wydts prior frater Adrianus Dorpius vicar[s] frater Joannes Roost senior f Jacobus Goossens pro et sacrista frater Robertus de Belle ejusdem Domus professus frater Augustinus van Doren prof ejusdem D° frater Petrus Lamberti Proc, frater Judocus Fortius professus.
infra : committimus Patribus Visitatoribus ut nostra authoritate provideant supplicantibus. Cartusiæ sedente Capitulo1615 frater Bruno prior Cartus
Et inferius: Juxta authoritatem nobis concessam, considerata Domus necessitate, supplicantium petitioni libenter annuimus. Datum in Cartusia Domus Capellæ in actu visitationis ejusdem 8[a] 7bris 1615 f Jacobus Dionysius prior Cartusiæ Gandensis. frater Van Emechove prior Cart° S. Sophiæ, Visitatores provinciæ Teutoniæ. Nota: descripsi suprascripta sicuti orginaliter jacent. Anno 1619 defuncto hujus domnus vicario domno Dorpio, hic domnus Robertus iterum fuit institutus vicarius in quo officio perseveravit ad mortem usque quæ illi
venit 9[a] Marty 1634 postquam 58 annis laudabiliter vixisset in ord[ne].

Arsenal:

Delvaux, MB, p. 1448.

AC 100/34, p. 32, c.1634 : domnus Robertus Vambeki prof. vicarius et alias prior domus Capellæ
AC 100:27/4, p. 245, L5-6, c.1634: domnus Robertus Vambelle, professus, Vicarius, et alias prior domus de Cacalla (Capellæ)

*HFM109*
***Robertus de Bray.***
*d -* *Val-St-Pierre.*
*e -* *Ch P 1314-ca 1317*
*Gosnay P ? - ? octobre 1322*
*f -* *17 février c.1324*

---

*Arsenal : 17 [februarius] domni Roberti primi prioris huius domus.*

Gde Chartreuse, P. Bastin, A-v 179d, *Paris* : Catalogus monachorum Vallis Viridis ( tiré des notitiæ. Se trouve la suite des prieurs). Robertus de Brayo monachus et sacerdos obiit habens tricenarium obiit ex ch.1324.
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-v 102a, *chartreuse de Gosnay* : Prieurs de Gosnay les moines, de ? à octobre 1322, Robert de Brai. (Gosnay a été fondé en 1320)
Gde Chartreuse, P. Bastin, A-v 102b, *chartreuse de Gosnay* : compte des recettes et dépenses rendu par le prieur dudit couvent 1322-1323 (1er mercredi d'octobre 1322 à 1323 samedi après 25 janvier (1324 n. s.) « Chest li comptes du prieur de le maison du Val St Esprit et le gouvernement depuis le tans que il vint premierement à le maison devant dite chest a savoir puis le merkredi après le saint Remi qui fu en l'an M.CCC et XXII juskes au samedi apres le conversion S. Pol en l'an M.CCC et XXIII (en style nouvreau cela fait 1324). – Receptr en l'an M.CCC.XXII premierement pour le chense des terres d'Auchi XXVI + muis de blei parmi IX muis que don Robiers de Brai rechut ou tans que il fu prieur de la maison devant dite. »
« Item paiiet XVIII libres les queus on devoit du tans de dan Robiert de Brai prieur de la maison. »
« Item pour parfaire un antiphonaire que dans Nicholas avoit commenchiet ou tans que il demoura aveukes dan Robiert prieur ou castel, XVI sols.

Universis presentes litteras visuris et audituris fratri Robertus humilis prior domus Capelle Beate Marie iuxta Angia ordinis Carthusiensis Cameracensis dyocesis Totusque conventus eiusdem loci salutem in Domino sempiternam cum de gratie speciali reverendi patres nostri domnus prior carthusie ceterisque diffinitores capituli generalis dicti nostri ordinis nobis licentiam concesserint cum venerabilibus prioribus et fratribus dno priore et conventu domus Beate Katherine iuxta Antwerpiam prefati nostri ordinis contrahendi et nobis innicem caritative concedendi plenum monachatus beneficium ul' aliqua restrictione ut diminutione prout in litteris supra his confectis plenius continetur Idcerco nos prior et conventus perlibate domus Capelle ex certa scia presentium tenore nos et nostros successores obligamus et obligatos nos esse recognoscimus videlicet § pro quolibet professo de monachis dumtaxat et clericis redditisdicte domus Beate Katherine tam presentibus q: futuris semel faciemus pius obitum cuiuslibet iam dictorum cum de ipso perceperimus unum tricenarium defunctorum Et anniversarium conventuale singulis amicis et perpetuis temporibus ?? q'dem anniversarium scribi debeat in kalendario nostro conventuale ipso die obitus, si alio vel alijs anniversarijs illa dies in nostro iam dicto kalendario occupata fuerit ; si aut vacaverit, dies illa scribi debeat cum primo anniversario sequente. Et insuper dicemus singuli pro quolibet predicorum professorum sex missas defunctorum vel duo psalteria in cuius testimoni sigillum prefate domus nostre Capelle presentibus duximus apponendum datum a° dni M CCC XCVIIJ die prima mensis augusti.
2e colonne

Lamalle, p. 12 : cathalogus priorum, dominus Robertus primus prior huius domus.
Lamalle, p. 23 : attamen primus prior huius doms dominus Robertus fuit de domo Vallis Sancti Petri, sicut audivi a quodam converso nostro qui dicebat se hoc in quadam schedula vidisse scriptum. Forte quod aliqui alis venerint de illa vel alia domo, quamvis hoc nihil certi habeatur.
